١٣٩٣

# كشف الظنون
عن
اسامى الكتب والفنون

# LEXICON
## BIBLIOGRAPHICUM ET ENCYCLOPÆDICUM

A

**MUSTAFA BEN ABDALLAH**

**KATIB JELEBI** DICTO ET NOMINE **HAJI KHALFA** CELEBRATO

COMPOSITUM.

AD CODICUM VINDOBONENSIUM PARISIENSIUM ET BEROLINENSIS

FIDEM

PRIMUM EDIDIT LATINE VERTIT ET COMMENTARIO INDICIBUSQUE

INSTRUXIT

**GUSTAVUS FLUEGEL**

SCHOLÆ REGIÆ AFRANÆ QUÆ MISENÆ IN SAXONIA FLORET PROFESSOR.

---

**TOMUS QUINTUS**

LITERAS KÁF — MÍM (-MOGHÍTH) COMPLECTENS.

LONDON:

PRINTED FOR THE ORIENTAL TRANSLATION FUND

OF

GREAT BRITAIN AND IRELAND.

# HAJI KHALFAE

## LEXICON

## BIBLIOGRAPHICUM ET ENCYCLOPAEDICUM.

VOL. V.

Quod in limine quarti tomi diximus „sperare licet, partem libri reliquam esse sine mora prodituram", id sane ad effectum adduci non potuit. Morbus gravissimus et longinquitate productus impedivit, quo minus per duos fere annos studiis qualibuscunque servirem, et hoc ipso tempore nondum me sanitate frui satis integra optime sentio. Attamen nunquam intermisi cogitando quidem ad *Hájí Khalfam* animum referre, et ubi primum me aliquantulum firmiorem esse credidi, ad librum continuandum me accinxi.

Jam eo perveni, ut media in litera *Mím* subsistens quintum tomum absolverem; pars satis magna ejusdem literae superest, quae minime huic tomo addi potuit.

In sexto tomo, qui nullo intervallo interjecto prelio subjicietur, textus ipse ad finem adducetur, et tomus septimus commentarium brevem et indices absolute necessarios continebit.

Brevi igitur tempore data occasio erit, ea quae emendatione et adnotatione digna videantur suo loco exponendi; et cum tomis antecedentibus, quae praeter cetera corrigenda et adnotanda fuerint, sint praemissa, in fronte hujus tomi ea tantum enotabimus, quae vel omissa erant in tomis prioribus, vel ad tomum novissimum adnotanda esse videantur. Inde tamen minime concludendum erit, quae passim emendata et enotata videris, sola suppetere. Alia eaque majore ex parte graviora ad commentarium sunt releganda. Cogita igitur, illa omnia ideo tantum hic prolata esse, ut documentum sint indefessi laboris, quo libro emendando et absolvendo remedia adhibere studemus.

Inter hoc tempus vero minime contigit, ut novi fontes ad textum retractandum et melius constituendum aperirentur. Qui enim in Anglia et Petropoli libri manuscripti lexici nostri asservantur, aut minoris sunt

pretii, aut ita legibus et decretis custoditi, ut in terras exteras eos mittere nequaquam liceat. Quae tamen Fraehnius et Nicollius V. V. Cl. ex manuscriptis illis variis locis excerpserant, ex iis facile perspici potuit, libros istos diligentia et correctione longe inferiores esse codicibus, quibus uti hucusque concessum erat. Jam aditus mihi patebat ad ceteros fontes omnes, qui in Europa inveniendi et tanti faciendi essent, ut iis supersedere non possemus. Attamen haud ignoro, multos errores, quorum auctor vel ipse *Hájí Khalfa* fuit, qui extrema lineamenta libro non attulit, vel conditio manuscriptorum ab eo in usum vocatorum, ex solis codicibus in bibliothecis Europaeis et Asiaticis asservatis corrigi posse. Plura enim exempla me docuerunt, *Hájí Khalfa*m vel manuscriptis usum esse minus correctis, vel in transcribendo, excerpendo et contrahendo in errores incidisse, qui tantum examinatis ipsis codicibus in lexico consignatis et descriptis tolli poterunt.

In tanta nominum propriorum copia nonnisi tempore procedente orthographia unice recta multis locis detegenda et restituenda erat. Hinc factum est, ut scriptio nonnullorum nominum in variis tomis non ubique eadem esset; et ipsa literarum vocalium enunciatio et scriptura varietatem lectionis genuit. Ad haec omnia certis denique regulis adstringenda commentarius et indices occasionem dabunt idoneam, cum ita comparati sint, ut simul memoriam adjuvent.

Ceterum in hoc quoque tomo haud parvum locorum numerum habes, in quibus emendandis et vertendis Fleischerum doctissimum consului.

Jam reliqua omnia ad ultimum tomum relego, et lectorum indulgentiae separatim hoc volumen commendo. Scribebam Misenae XII. Cal. Mart. MDCCCL.

**Gustavus Flügel.**

## EMENDANDIS ET ADNOTANDIS QUAE IN LIMINE TOMORUM PRAECEDENTIUM LEGUNTUR ADJICIANTUR HAEC:

### TOMUS PRIMUS.

Pag. Lin. [1])

16. 8. pro فيكون l. فتكون

32.*10. - Taschköprizadeh l. *Táshköprizádeh*

38. 9. - روّاته l. رواته

50. *6. - quin unquam l. qui nunquam

155. 2. - الرابعة al. الرآئقة

170.*13. - *Abu'lfatúh* l. *Abu'lfotúh*

175.*16. - pausarum in Corano legendo observandarum al. legatorum

177. *5. - statutorum. l. astronomiae judiciariae.

182. 1. - بالغنى l. بالمغنى

— *2. - *El-Ghiná* l. *El-Moghni*

Pag. Lin.

228. 10. pro ارآء المدينة l. ارآء اهل المدينة

278. *3. - *Asad* l. *Osd*

279.*13. - caduco l. praesente

294. *8. - *Aswác* l. *Iswác* et pro fora l. impulsio

— *19. - *Cotlubeghá* l. *Cotlubogha*

302.*20. - *Muhákimát* l. *Mohákemát*

321. *4. - suspensa l. poetarum

346.*18. - *el-conú* l. *el-canú'*

407. *9. - *Rejes* l. *Rejez*

423.*13. - *el-alahi* l. *el-ilahi*

426.*14. - *Alahi* l. *Ilahi* et pro metaphysicas l. de rebus divinis

458.*17. - *ithr* l. *ather*

494.*19. - *Kunz* l. *Kanz*

503.*13. - *Jenbu'* l. *Yenbu'*

1) Numeri, quibus asteriscum praeposuimus, lineas indicant translationis latinae.

## TOMUS SECUNDUS.

Pag. Lin.

29. *14. pro adorantium l. adorantium, auctore *Abd-el-latif*, vulgo *Ibn-elmelik* (s. *Ibn Melik*) dicto.
115. *8. - *Ibn-elfardhi* l. *Ibn-elfaredhi*
132. *16. - *Abi* l. *Obayyi*
169. 9. - يمنى l. يمينى
— *18. - *Yemeni* l. *Yemini*
182. 6. - المتنبّه l. المنتبه
— *12. - el-motenebbih, liber, quo attentus — ambiguis l. el-montebih, liber, quo evigilans ad cogitandum excitatur. Recognitio libri *Moshtebih* i. e. *Moshtebih el-asmá* de ambiguis nominibus — emendandisque
209. *7. - bona metaphysicae expositio l. ratio Corani recte recitandi
247. 1. - السريحية l. السريجيّة
— *2. - *Seríhíyet* l. *Soreijíyet*
276. *4 et al. - Turjemán l. Turjumán
277. *12 et 398. *8 et *9 - *Sehháh* l. *Sihháh*
312. *18. - mortuo l. mortuo]
404. *7 et al. - *Zuzeni* l. *Zauzeni*
414. *20. - succincta anomaliarum in Corano obviarum expositio l. succincta textus Coranici cum auctoritatum viis et variis traditoribus expositio
416. *10. pro lucernarum l. libri *Mesábíh*
433. *5. - *Kushtásib* l. *Gushtasp*
501. *13. - corpus principia traditionum legati divini continens l. liber, in quo sex corpora traditionum canonica in unum collegit
513. *2. - *Moslími* l. *Moslimi*
523. 1. - بن مسير l. بن المنيّر
— *1. - *Ben Mosayyer* l. *Ben-elmonayyer*
532. 6. - والمسعى al. والمنتقى
— *10. - *El-Mos'i* al. *El-Muntecá*
562. *3. - القاضى l. قاضى
— *5. - *Ibn-elcádhi* l. *Ibn Cádhi*
578. *11. - *Bendenji* l. *Bendeniji*
582. *4. - el-macábelet l. el-mocábelet
587. *15. - „Non, Non fort. cur? cur?
594. *13. - *el-sunnet* l. *el-senet*
643. *2. - *Abu'lmuid* l. *Abu'lmoxayyed*
651. *15. - *Ejjub* l. *Eyyub*

## TOMUS TERTIUS.

Pag. Lin.

43. *6. pro modus gratulationum l. caussa gratulandorum
158. *15. - Kitáb l. Khitáb
287. 7. pro وحفظة l. وحفصة
— *14. - *Haftza* l. *Hafsa*
297. *6 et *9 - Álewi l. Olwi

Pag. Lin.

349. *5. pro El-Rijál El-Arbaat, quatuor viri traditionarii l. Rijál el-arbaat, viri quatuor traditionum corporum relatores

362. *13. - De precationibus l. Legitur in libris precationum

429. *4. - qui l. auctore *Kemál-ed-dín Abd-el-rezzác Káshi*, [anno 730 (inc. 25. Oct. 1329) mortuo]. Hic

528. 11. pro الكرزانى l. الكيزوانى

— *20. - *Kerzáni* l. *Kízwáni* (*Kízuwáni?*)

545. 6. - قليج al. فلج

# TOMUS QUARTUS.

Pag. Lin.

3. 4. pro متن l. مفن

— *6. - in textu l. in libro *Minen*

4. 4. - بها l. بمن

— *12. - obscuritatem-permutasti l. cor nobilissimis hortorum Paradisi gaudiis (ad bonum) convertisti

— *16. - propria est l. videretur

5. *1. - *Lázúredi* l. *Lázúwerdi*

— *13 et al. - Praemissis praemittendis. Laudetur Deus Excelsus l. Praemissa laude Dei Excelsi

6. 3. - الجبترى l. الجبسترى

— *6. - *Jebteri* l. *Jebisteri*

— *13. - ut in commentario — facilis est l. textum admixtum habet et captu facilis est, idemque auctor est libri *Madhbút*, qui commentarius est in *El-Macsúd*, ut ad locum, ubi vocem *záïr* in *El-Macsúd* explicat, his verbis indicat — dicto",

7. *3. pro *el-amá*, medicus — depellens l. *el-ami*, medicus ejus, qui prae caecitate orationem *Sháfiï* non intelligit

— 6. - حل l. بحل

— *17. - *Ibn-elmulk* l. *Ibn-elmalik*

8. 4. - ورسمها l. ووسمها

— *9. - *Konz* l. *Kanz*

9. 7. - برغب l. رغب

— *5. - quae metaphysica (*kelám*) cognominatur l. qui honorifice *El-Kelám* cognominatur

11. *11. - defecerat l. deficiebat

12. 6. - انقضتها l. انفقتها

13. 1. - الموّلف l. المؤلّف

— 6. - وبالا l. بالا

14. *1. - *Mowayyed* l. *Mowayyid*

— *11 et *15. - Shebistán l. Shebistání

15. *13. - El-Alehíyet l. El-Ilahíyet

16. *6. - el-rahhál l. el-rihál

— *7. - cinctus — facientis l. religatio sellarum camelinarum

Pag. Lin.

16. *16. pro noxa de quaestione tali l. muscus de quaestione super usu vocis *kadzú*

— *18. - separatio ampla l. muscus fragrans

17. 2. - ولا l. ولم

— 5. - اوله l. اولها

— 10. - الشذون l. الشذور

18. *2. - in litera l. de litera

20. *16. - circa l. brevi

21. *9. - persequitur l. subjungit

22. *4. - suam l. sui

24. *9. - Laus Deo, qui — fruitur l. Laudamus Te, qui existentiae (ceterarum rerum) caussa necessaria exstitisti propter essentiam Tuam per nomina et attributa Tua

27. *6. - perfectionibus l. complementis

— 8. - حادث l. حارث

— *17. - qui cogitationibus — dedit l. cujus majestatis lumina ubi penetrant cogitationes vertigine corripiunt

29. *11. - eum Deus — deprehendet l. is Deum Excelsum die resurrectionis doctus et eruditus videbit

— 8. - به l. بها

30. *18 et al. - *Ucajtzádeh* l. *Ocjízádeh*

31. *2. - *Kermáni* — dictus l. Smyrnae judex, vulgo *Ac Kermáni* dictus,

— 5. - كلّها l. كلّه

32. 2. - الصونٔة l. الصؤّة

Pag. Lin.

35. *18. pro quae de *Obádet Ben-elsámit* agit l. cujus auctor *Obádet Ben-elsámit* est

36. 1. - حريرته l. خير برّته?

— *15. - Sum l. Eram

37. *14. - calamitate l. extasi

— *17. - in doctrina arcanorum l. in mundo invisibili

— *18. - nominavi l. nominasti

38. *16. - in carmina sex l. in carmina poetarum sex

— *19. - in carmina compotationibus facta l. in quasdam voces superbiae suficae plenas

39. 6. - ينفج l. ينفخ

— *17. - e l - a s h e r l. e l - a s h r

40. 5. - وادرجه l. ادرجه

— 6. - وارسلها l. وارسله

41. *20. - in traditione „*Moslim* de potionibus describit l. de traditione *Moslimi* de potionibus adlegat

43. *12. - producta et concessa l. index traditionum *Moslimi*

44. *2. - lunae — ortibus l. gloriationis de libro *Mesháric el-anwár* ceteris sui generis praeferendo

45. 5. - حيث l. من حيث

— 7. - ثلاث l. ثلاثة

47. *1. - a consiliariis profecta esse l. ex genere eorum, quae viri suo consilio utentes excogitant

50. *5. - M e s y e b bis l. M o s e y y e b

— — - *El-Dhabi* l. *El-Dhabbi*

Pag. Lin.

50. 7. pro يذكره l. يذكر

— 9. - الآنام l. الانام

— *20. - de horis ad quadrantem solarem definiendis l. de horis in solario designandis

52. *4. - de legatis a rege mittendis l. de mittendo *Máliko*

— 7. - والّف l. وانف

54. 4. - بشفآء l. بشفا

— *6. - philosophia l. consiliis divinis

55. *3. - de conclusione l. de consiliis divinis

— *11. - in medium voluminis ambitum l. ad dimidium ejus volumen

— *20. - morborum l. textus (Coranici?) ejusque viarum

56. *5. - plantasque l. floresque

— *7. - de sublimitate — sufficit l. de viro incomparabilis sui continentiae

— *14. - de celebrando Deo — concessam l. de dignitate hujus prophetae electi a Deo Excelsissimo et verbis et factis ad summum aucta

— 10. - لعظم l. بعظم

57. *1. - versus coranicos l. prodigia

59. *11. - *Mezíl* l. *Mozíl*

61. *7. - Do l. Accipias

— 10. - احصر l. اخصر

— *14. - angustior l. brevior

62. *15. - el-mantac l. el-mantic

63. 3. - الشفآء l. الشفا

— *9. - libro l. consilio

64. *5. - el-mardh l el-maradh

Pag. Lin.

64. *5. pro *Audh* l. *Iwadh*

— *14. - fissurae malae citreae l. flores malorum citreorum

66. *7. - composuisti l. jam composui

— *10. - senex l. adolescens

68. *6. - *Ibn-elashácki* l. *Ibn-elushshácki*

— 6. - الفاضل l. والفاضل

— *15. - ejus amico l. illi qui ea dignus est

120. *5 sq. - Dhu l. Dhau

245. *18 sq. - vitiositates traditionum l. textus traditionum ejusque auctoritatum viae et varii traditores

252. *11. - et hujus — eliceret l. et ad hujus scriptum *Abu Noeim* indices confecit

296. 3. - العنقآء l. عنقآء

— 5. - فابدأ l. فابْدى

— *8. - El-Ancá l. Ancá

301. 6. - السريحية l. السرياجيّة

— *13. - *Seríhiyet* l. *Soreijíyet*

334. 9. - الصائغ l. الصانع!

345. 2. - الظّ l. والظاهر

— *4. - asseveranter contendit l. apparet

373. *19. - apertio oculi l. expositio libri *Ain*

374. *2. - Expositio — proveniunt l. Reclusio de interpretatione vocum exstaticarum superbiae plenarum, quae a viris sanctitatis perfectae editae sunt

421. *5. - de lege — subjiciendis l. de

Pag. Lin.

duabus figuris rhetoricis *Tauriyet* et *Istikhdám*

450. *5. pro mobashshiret — annunciantium l. mobashsheret, de virtutibus decem virorum, quibus *Mohammed* Paradisum spopondit

507. 10. pro ابن محيص l. ابن محيصن

— *19. - Ihn Moheidh bis l. Ibn Moheisin

510. *16. - mejma' l. Mejma'

527. *15. - *Lúli* l. *Leali*

564. *1. - orbe coelesti rotundo l. de libro *El-Felec El-Dáir*

## TOMUS QUINTUS.

Pag. Lin.

47. *5. pro numeris l. traditionibus

144. 4. - خليل l. خليد

— *8. - *Khalil* l. *Kholeid*

236. 6. - حبيثبات l. خبيثيات

251. *5. - 961 (inc. 7. Dec. 1553) l. 921 (inc. 15. Febr. 1515)

440. 4. pro بيودين l. ببودين

— *7. - Yudín (?) l. Buda

505. 7. - التسرياحية l. السرياجية

— *14. - *El-Tesríhiyet* bis l. *El-Soreijíyet*

556. 10. - وخمسة عشر l. وخمس عشرة

# باب الكاف

٩٦٩٢ كاتبيّة لغة منظومة فى خمسمائة بيت اصله العربى وتفسيره بالفارسى على الحروف اوله

الحمد لله بافصح اللسان

لمحمد بن ولى بن رضى الدين المشتهر بكاتبى الانقروى نظمه بمغنيسا فى شعبان سنة ٨١٥ نظمه باشارة السلطان محمد بن مراد الفاتح ٩٦٩٣ كاشف الذهبى فى شرح المغنى فى الاصول يأتى ٩٦٩٤ كاشف الرموز ومظهر الكنوز فى شرح مختصر ابن الحاجب يأتى ٩٦٩٥ كاشف عن حقائق السنن وهو شرح المشكاة للطيبى يأتى ٩٦٩٦ كاشف فى اسماء الرجال لابى عبد الله شمس الدين محمد بن احمد الذهبى الحافظ المتوفى سنة ٧٤٨ اوله الحمد

---

# LIBRI QUORUM TITULI A LITERA KÁF INCIPIUNT.

9692. El-Kátibíyet, carmen quingentorum versuum lexilogum vulgo *Kátibíyet* dictum, cujus archetypum arabice scriptum, tum autem ad ordinem literarum in persicam linguam translatum est. Incipit ita:

Laus Deo oratione facundissima,

et *Mohammed Ben Weli Ben Redhi-ed-dín Anckirewi*, vulgo *Kátibi* dictum, auctorem habet, qui metrice illud Magnesiae ex mandato Sultani *Mohammed Ben Murád* Expugnatoris mense Sha'bán anni 815 (inc. 13. Apr. 1412) scripsit. — 9693. El-Káshif El-Dzeheni, revelator speculativus. Commentarius in librum *Mughni* de principiis juris, de quo infra dicetur. — 9694. Káshif el-romúz we Motzhir el-konúz, revelator aenigmatum et index thesaurorum absconditorum. Commentarius in compendium *Ibn-elhájibi*, de quo infra videatur. — 9695. El-Káshif an hacáic el-sonen, revelator verae et subtilis traditionum conditionis. Commentarius in opus *Mishkát* a *Tayyibi* editus. Vide infra. — 9696. El-Káshif fi asmá el-rijál, revelator de nominibus traditionariorum, auctore Háfitz *Abu Abdallah Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Dzehebi*, anno 748 (inc. 13. Apr. 1347) mortuo. Hic ita orditur: Laus et gratiae Deo etc., et: Hoc compendium, inquit,

لله والشكر لله الخ قال هذا مختصر فى رجال الكتب الستة الصحيحين والسنن الاربعة مقتضب من تهذيب الكمال للمزى اقتصر فيه على ذكر من له رواية فى الكتب الستة دون ما فى تلك التواليف التى فى التهذيب والرموز واضحة الا ٤ فلاصحاب السنن الاربعة وع فللجماعة كلّهم انتهى فرغ منه فى ٢٠ رمضان سنة ٧٢٠ ذيّله ابو زرعة احمد بن عبد الرحيم العراقى المتوفى سنة ٨٢٦ ٩٦٩٧ كاشف محاسن الغرّة لطالب منافع الدرّة مرّ فى الدال ٩٦٩٨ كاشف معانى البديع شرحه فى الاصول سبق ذكره ٩٦٩٩ كاشف الويل فى معرفة امراض الخيل المعروف بكامل الصناعتين البيطرة والزرطفة لابى بكر بن بدر الدين البيطار اوله الحمد لله الواسع العطآء المسبل الغطآء الخ الّفه لمحمد بن قلاون وجعله عشر مقالات ذكر فيه ما جرّبه وجرّب والده وغيره بمصر والشأم ٩٧٠٠ كافى اولى العقول فى الحادث بمسجد الرسول منظومة لزين الدين عبد الرحمن بن البرهان القطان ٩٧٠١ كافية اهل الاستسلام

---

de traditionariis sex librorum, utriusque *Sahíh* et quatuor *Sonen*, e libro *Tehdzíb el-kemál* a *Mizzi* edito extractum est, et in nominandis iis viris acquievit, qui in libris sex relationem haberent, exceptis iis omnibus, quae in illis scriptis, quorum in *El-Tehdzíb* mentio fit, commemorantur. Sigla per se clara sunt, praeter numerum IV, qui auctores quatuor *Sonen* indicat, et literam *Aïn*, qua ceteri auctores omnes summatim significantur. Haec ille. — Absolvit die mensis Ramadhán vicesimo anni 720 (inc. 12. Febr. 1320), et continuavit librum *Abu Zor'a Ahmed Ben Abd-el-rehím Irácki*, anno 826 (inc. 15. Dec. 1422) mortuus. — 9697. **Káshif mehásin el-ghorret**, revelator elegantiarum splendoris in commodum ejus, qui utilitates libri *Dorret* quaerit. Vide literam *Dál*. — 9698. **Káshif meáni el-bedí'**, revelator sententiarum libri *Bedí'*. Commentarius in librum *Bedí'* de principiis, cujus supra in litera *Dál* mentio facta est. — 9699. **Káshif el-weil**, revelator mali irruentis de cognitione morborum equorum, vulgo *Kámil el-sináatein* i. e. liber perfectus duarum artium, artis scilicet veterinariae et equos domandi, dictus, qui ita incipit: Laus Deo, qui ampla beneficia tribuit et operimentum (liberalitatis) longum demittit etc. *Abu Bekr Ben Bedr-ed-dín* medicus veterinarius librum, quem in decem dissertationes distribuit, in favorem *Mohammed*is *Ben Caláun* scripsit, ibique quae ipse et quae pater aliique in Aegypto et Syria experti fuerant proposuit. — 9700. **Káfi uli el-ocúl**, liber intelligentia praeditis sufficiens de iis, quae in templo legati divini acciderunt. Carmen a *Zein-ed-dín Abd-el-rahman Ben-elborhán Cattán* compositum. — 9701. **Káfiyet ahl el-istislám**, *Casída* in *Nún* desinens

عن الخوص في علوم الكلام في اصول الدين قصيدة نونيّة للشيخ زين الدين القرشي الشافعي وكان حيًّا في سنة ٧٩٠ ٩٧٠٢ كافية البديعيّة للشيخ الامام صفي الدين عبد العزيز بن سرايا الحلّي المتوفى سنة ٧٥٠ اولها

ان جئت سلعًا فسل عن جيرة العَلَمِ

واقرا السلام على عرب بذى سلم

ثم شرحه وسمّاه النتائج الالهيّة اوله الحمد لله الذى حلّل لنا سحر البيان الخ ٩٧٠٣ كافية الشافية في النحو لابن مالك محمد بن عبد الله النحوي المتوفى سنة ٦٧٢ وهو كتاب منظوم لخّص منه الفيّة وكلاهما جليل القدر فقولهم كافية الحاجبيّة احتراز عنها اولها

قال ابن مالك محمد وقد

نوى افادة بما فيه اجتهد

الحمد لله الذى من رفده

بتوفيق من وفق لحمده

---

de principiis religionis, quae viris fidem Moslimicam amplectentibus sufficit, quatenus studiis doctrinarum scholasticarum se immergunt, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Coreshi* Sháfiita, qui anno 790 (inc. 11. Jan. 1388) vixit. — 9702. Káfiyet el-bediíyet, carmen artem ornate dicendi sufficienter docens, auctore Sheikh et Imám *Safi-ed-dín Abd-el-aziz Ben Seráyá Hilli*, anno 750 (inc. 22. Mart. 1349) mortuo. Incipit ita:

Si ad montem *Sal'o'* venis, interroga de vicinis montem habitantibus,

Et perfer salutem Arabibus in *Dzu Selem* dicendam.

Postea commentarium *El-Netáïj El-Alehíyet* inscriptum composuit, qui ita incipit: Laus Deo, qui nobis incantamentum orationis disertae concessit etc. — 9703. Káfiyet El-Sháfiyet, grammatica metro composita vicem grammaticae *Sháfiyet* explens, auctore *Ibn Málik Mohammed Ben Abdallah* Grammatico, anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuo, qui ex illa *Alfiyyam* meliorem partem excerpsit. Uterque liber, *El-Káfiyet* et *El-Alfiyyet* magni pretii sunt, et viri *Káfiyet El-Hájibíyet* loco *Sháfiyet* dicere solent, ut ab illa tibi caveas. Incipit *Casída* ita:

Dicit *Ibn Málik Mohammed*, qui eo,

Quod hic summo studio elaboravit, erudire utiliter sibi proposuit:

Laus Deo, a cujus gratia auxilium eorum,

Quos ad se laudandum convenienter disposuit.

ثمّ شرحها وسمّاه الوافية وعلّق عليه نكتًا وشرح ولده بدر الدين محمد ايضا المتوفى سنة ٦٨٦ [وابو امامة محمد بن على بن النقاش الدكالى المغربى المتوفى سنة ٧٦٣ ومحمد بن على الاربلى المتوفى سنة ٦٨٦ وذيّلها ابو الثناء محمود بن محمد بن خطيب الدهشة الحموى بخمس ومائة بيت سمّاها وسيلة الاصابة نظمها فى سنة ٨٠٥ ثمّ شرحها] ٩٧٠٤ كافية الشافية فيه ايضا لشمس الدين محمد بن ابى بكر بن قيم الجوزية الحنبلى المتوفى سنة ٧٥١ وله الكافية فى الانتصار لفرق الناجية قصيدة ميميّة تبلغ ستة آلاف بيت ٩٧٠٥ [كافية الحسّاب فى علم الحساب لنجم الدين محمد بن عبدان الدمشقى الحكيم المتوفى سنة ٦٢١] ٩٧٠٦ كافية فى الحساب للشيخ عزّ البتول الزنجانى رسالة مختصر اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ٩٧٠٧ كافية فى النحو للشيخ جمال الدين ابى عمرو عثمان بن عمر المعروف بابن الحاجب المالكى النحوى المتوفى سنة ٦٤٦ مختصر معتبر شهرته مغنية عن التعريف

---

Tum commentarium in eam edidit *El-Wáfiyet* inscriptum, et adnotationes subtiles glossarum instar composuit. Praeterea commentarios ediderunt filius auctoris *Bedr-ed-dín Mohammed*, anno 686 (inc. 16. Febr. 1287) mortuus — [*Abu Imáma Mohammed Ben Ali Ben-elnaccásh Dekkáli Maghribi*, anno 763 (inc. 31. Oct. 1361) mortuus — *Mohammed Ben Ali Irbili*, anno 686 (inc. 16. Febr. 1287) mortuus — et appendicem quingentorum versuum, *Wesílet el-isábet* inscriptam, *Abu'lthená Mahmúd Ben Mohammed Hamewi* filius Concionatoris urbis Dehshet, qui hoc carmen anno 805 (inc. 1. Aug. 1402) composuit et postea commentarium edidit]. — 9704. Káfiyet El-Sháfiyet, carmen simile grammaticum, vicem grammaticae *Sháfiyet* explens, auctore *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr Ben Cayyim-eljauziyet* Hanbalita, anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) mortuo. Idem librum ejusdem tituli *Káfiyet* ad defendendas varias *Náji*tarum sectas composuit. *Casída* in *Mím* desinit et sex versuum milia complectitur. — 9705. [Cáfiyet el-hossáb fi ilm el-hisáb, liber computantibus sufficiens de arithmetica, auctore *Nejm-ed-dín Mohammed Ben Abdán Dimeshcki* Philosopho, anno 621 (inc. 24. Jan. 1224) mortuo]. — 9706. El-Káfiyet fi el-hisáb, liber de arithmetica sufficiens, auctore Sheikh *Izz-elbetúl Zenjáni*. Tractatus brevis, qui ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. — 9707. El-Káfiyet fi el-nahw, liber sufficiens, auctore Sheikh *Jemál-ed-dín Abu Amru Othmán Ben Omar* Malikita Grammatico, vulgo *Ibn-elhájib* dicto et anno 646 (inc. 26. Apr. 1248) mortuo. Compendium grammaticum, quod tantam

وله عليها شرح ونظمها في ارجوزة وسمّاه الوافية وصنّف المولى حسن [بن محمد] البوريني الشامي [المتوفى سنة ١٠٢٤] شرحًا على شرح المصنّف وقد اكبّ الناس بالاشتغال عليها وشروحها كثيرة اعظمها شرح الشيخ رضى الدين محمد بن الحسن الاسترابادى النحوى قال السيوطى لم يؤلّف عليها بل ولا غالب كتب النحو مثله جمعًا وتحقيقًا فتداوله الناس واعتمدوا عليه وله فيه ابحاث كثيرة ومذاهب ينفرد به فرغ عن تأليفه في سنة ٦٨٣ وعلّق السيّد الشريف على بن محمد الجرجانى المحقّق حاشية على شرح الرضى توفي سنة ٨١٦ وله شرح الكافية بالفارسيّة وصنّف السيّد ركن الدين حسن بن محمد الاسترابادى الحسنى ثلثة شروح على الكافية كبيرًا ومتوسّطًا المسمّى بالوافية [اولها حمد الله على عظمة جلاله الخ] وهو المتداول وصغيرًا توفي سنة ٧١٧ وعلى المتوسّط حاشية للسيد المحقّق المذكور ولم يكمله وكمله ولده محمد وحاشية اخرى لمحمد بن عبد الله المريني اوله

---

nominis celebritatem consecutum est, ut ampliore descriptione supersedere possimus. Idem in illud commentarium composuit, et libro metro *Rejez* composito titulum dedit ***Wáfiyet.*** Molla ***Hasan*** [***Ben Mohammed***] ***Burini Shámi***, [anno 1024 (inc. 21. Jan. 1615) mortuus,] commentarium in commentarium auctoris scripsit; homines autem in compendii studio multum operae posuerunt, et commentarios multos confecerunt. Sheikh ***Redhi-ed-dín Mohammed Ben-elhasan Asterábádi*** Grammaticus eorum maximum scripsit, cui, teste *Soyúti*, similis in librum non compositus est, imo major librorum grammaticorum pars eum non aequat, neque quod ad amplitudinem materiae collectae, neque quod ad subtilem cognitionem pertinet. Homines multum in eo legendo versantur et ad ejus auctoritatem provocant. Auctor disquisitiones copiosas et varias opiniones ei inseruit, quibus ab aliis commentariis distinctus est, et compositionem anno 683 (inc. 20. Mart. 1284) absolvit. Seyyid Sherif ***Ali Ben Mohammed Jorjáni*** scrutator subtilis, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus, glossas ad commentarium ***Redhi-ed-díni*** conscripsit, idemque commentarium persicum in ***Káfiyet*** edidit. Seyyid ***Rokn-ed-din Hasan Ben Mohammed Asterabádi Hasani***, anno 717 (inc. 16. Mart. 1316) mortuus, tres commentarios in ***Káfiyet*** composuit, majorem, intermedium ***Wáfiyet*** inscriptum et praeter ceteros tritissimum, et minorem. Ad intermedium, [qui ita incipit: Leus Deo pro magnitudine ejus majestatis etc.], Seyyid subtilissimus modo laudatus glossas edidit, quas imperfectas reliquit, et ***Mohammed*** filius absolvit. Aliae glossae, quas ***Mohammed Ben Abdallah Morini***

الحمد لله الذى جعل النجوم زينة للكلام الخ ولسراج الدين محمد بن عمر الحلبى [المتوفى فى اوآئل سلطانة الفاتح السلطان محمد خان] وشرح اسمعيل بن على المتوفى سنة ابيات المتوسّط واول شرح الابيات لك الحمد يا من صرف قلوبنا بمحبّة المعانى والبيان الخ سمّاها كشف الوافية ومن شروحها شرح جلال الدين احمد بن على بن محمد الغجدوانى توفى سنة اوله الحمد لله الذى شرح صدورنا بنور الاسلام الخ التقطه من الشروح لفتح غوامضه ولا يتجاوز عن مفهوم الكتاب بالسوال والجواب الّا فيما ندر وتبرقع اولها الحمد لله مزين السمآء بالكواكب الخ وابن ابى بكر الخبيصى وهو الشيخ شمس الدين محمد بن ابى بكر بن محمد الخبيصى كذا فى دفتر المسمّى بالموشح مختصر ممزوج عليه حاشية للسيد الشريف ايضا وحاشية للمولى احمد بن اسمعيل الكورانى سمّاه المرشح اوله الحمد لله الذى رفع بنآء العربيّة بادلّة وحجج الخ كتبه سنة ٨٨٩ وشرح ابيات المرشح لبعض علمآء كرمان الّفه لشاه شجاع اوله الحمد لله الذى اوضح بانوار

---

composuit, ita incipiunt: Laus Deo, qui stellas ornamentum orationis esse voluit etc., et *Siráj-ed-dín Mohammed Ben Omar Halebi*, [qui initio Sultanatus Sultani *Mohammed Khán* Expugnatoris mortuus est]. *Ismaïl Ben Ali*, anno . . . mortuus, commentarium in versus intermedio insertos composuit, qui ita incipit: Tibi laus, o Tu, qui corda nostra ad amorem sententiarum et expositionis dirigis etc., et *Kashf El-Wáfiyet* inscriptus est. Praeterea commentarios in *Káfiyet* composuerunt *Jelál-ed-dín Ahmed Ben Ali Ben Mohammed Ghojdewáni*, anno . . . mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, qui corda nostra lumine religionis Islamicae disposuit etc. Collegit eum e commentariis ad locos obscuriores explanandos, neque sensum libri interrogationibus et responsis transiit, nisi in locis raris et occultis. Commentarius autem ita incipit: Laus Deo coelum stellis ornanti etc. — et Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr Ben Mohammed Khabísí*, vulgo *Ibn Abi Bekr Khabísí* dictus, ut in codice (*Defter*) *Mowashshah* inscripto legitur. Ejus commentarius, ad quem Seyyid Sheríf pariter glossas composuit, brevis est et textum admixtum habet — itemque Molla *Ahmed Ben Ismaïl Kuráni*, cujus glossae *Morashshah* inscriptae et anno 889 (inc. 30. Jan. 1484) compositae ita incipiunt: Laus Deo, qui structuram linguae arabicae argumentis et probationibus extulit etc. Commentarium in versus libri *Morashshah* vir quidam doctus Kermaniae in favorem Sháhi *Shojá'*

هدايته منهج الدين الخ وتاج الدين ابو محمد احمد بن عبد القادر [ابن مكتوم القيسى] الحنفى المتوفى سنة [٧٤٩] ونجم الدين سعيد العجمى يقال له شرح السعيدى المتوفى سنة وهو كبير جعله شرحًا للمتن والشرح الذى عليه للمصنّف وفيه ابحاث حسنة واحمد بن محمد الحلبى المعروف بابن منلا توفى فى حدود سنة الف ونجم الدين احمد بن محمد القمولى المتوفى سنة ٧٢٧ فى مجلّدين سمّاه تحفة الطالب اوله الحمد لله العزيز الوهاب الخ وهو شرح بالقول وقال نجم الدين وشمس الدين محمود بن عبد الرحمن الاصفهانى المتوفى سنة ٧٤٩ وهو شرح كبير كالرضى قدّم فيه عشر مقدّمات نافعة وشهاب الدين احمد بن عمر الهندى المتوفى سنة وعليه حاشية لمولانا الفاضل بيان الله الجانبورى وعلى شرح الهندى حاشية للتوقانى وللكازرونى ولغياث الدين منصور وشرحها احمد بن محمد الزبيرى الاسكندرى المالكى المتوفى سنة ٨٠١ والشيخ عيسى بن محمد الصفوى [المتوفى سنة ٩٠٦] وعلاء الدين

---

composuit, qui ita incipit: Laus Deo, qui luminibus ductus sui viam religionis illustravit etc. — *Táj-ed-dín Abu Mohammed Ahmed Ben Abd-el-cádir* [*Ibn Maktúm Caisi*] Hanefita, anno [749 (inc. 1. Apr. 1348)] mortuus — *Nejm-ed-dín Saíd Ajemi*, anno . . . mortuus, cujus commentarius magnus *El-Shark El-Saídi* i. e. commentarius *Saídi* appellatur. Commentarium eum esse voluit in textum et in commentarium, quem auctor in textum composuit. Continet autem disquisitiones probas — *Ahmed Ben Mohammed Halebi*, vulgo *Ibn Menla* dictus et circa annum 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortuus — *Nejm-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Camuli*, anno 727 (inc. 27. Nov. 1326) mortuus, cujus commentarius, *Tohfet el-tálib* inscriptus, duo volumina complectitur et ita incipit: Laus Deo potenti, liberali etc. Praeterea ea tantum verba textus addita habet quae explicantur, ita ut vocibus „*caul*" et „*cála* (dicit) *Nejm-ed-dín*" illa ab hujus explicationibus distinguantur — *Shems-ed-dín Mahmúd Ben Abd-el-rahman Isfaháni*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuus, cujus commentarius amplitudine commentarium *Redhi-ed-dini* aequat et decem dissertationes utiles praemissas habet — *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Omar Hindi*, anno . . . mortuus, ad cujus commentarium Molla noster bene meritus *Beyán-allah Jánbúri* glossas edidit, itemque *Tocáti*, *Kázerúni* et *Ghiyáth-ed-dín Mansúr* — *Ahmed Ben Mohammed Zobeiri Iskenderi* Malikita, anno 801 (inc. 13. Sept. 1398) mortuus — Sheikh *Isa Ben Mohammed Sefewi*, [anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuus] — *Alá-ed-dín*

على الفنارى وحكيم شاه محمد بن مبارك القزوينى [ المتوفى فى سلطنة السلطان سليمان ] سمّاه كشف الحقآئق ومحمد بن محمد الاسنوى القدسى سمّاه مناهل الصافية فى حلّ الكافية المتوفى سنة ٨٠٨ وشرح الكافية لمولانا مير حسين الميبدى سمّاه مرضى الرضى اوله كلمة الله هى العليا فى جميع الابواب الخ ثم انّ المولى عبد الرحمن بن احمد نور الدين الجامى المتوفى سنة ٨٩٨ صنّف شرحًا لخّص فيه ما فى شروح الكافية من الفوآئد على احسن الوجوه واكملها مع زيادات من عنده سمّاه الفوآئد الضيآئية وهو المتداول اليوم وفى شأنه اعتنآء عظيم فقد كتب المولى عصام الدين ابراهيم بن محمد الاسفرآئنى المتوفى سنة ٩٤٣ حاشية ردّ فى اكثر المواضع وناقش مع المولى عبد الغفور وله شرح مكمل على الكافية [ وعلى حاشية العصام حاشية للمولى محمد الشهير بمنلا زاده الكردى المتوفى بعد سنة ١٠٧٠ ] وعلى اوّل الجامى تعليقة لحسن البحرى اوله سبحان مولى المحامد الخ الى قوله ومن خواصّه دخول اللام وتعليقة المولى على بن امر الله اوله سبحان من حفظ لساننا بتذكار تراكيب النحو

---

*Ali Fenári* — *Hakím Sháh Mohammed Ben Mobárek Cazwíni*, [regnante Sultano *Soleimán* mortuus], cujus commentarius *Kashf el-hacáic* inscriptus est — *Mohammed Ben Mohammed Esnewi Codsi*, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuus, cujus commentarius *El-Menáhil El-Sáfiyet fi hall El-Káfiyet* inscriptus est — Molla noster *Mír Hosein Meibodi*, cujus commentarius, *Merdhi el-redhi* inscriptus, ita incipit: Vox Dei celsissima est in omnibus negotiis etc. — Tum Molla *Abd-el-rahman Ben Ahmed Núr-ed-dín Jámi*, anno 898 (inc. 23. Oct. 1492) mortuus, commentarium composuit, cui potiorem partem adnotationum utilium ex commentariis in *Káfiyam* ratione praestantissima et perfectissima inseruit, supplementis suis additisque eum *El-Fewáid El-Dhiyáiyet* inscripsit. Hic commentarius nostra aetate tritissimus est, et magnam de eo viri curam adhibuerunt. Ita Molla *Isám-ed-dín Ibráhím Ben Mohammed Isferáini*, anno 943 (inc. 20. Jun. 1536) mortuus, glossas ad eum scripsit, ubi multis locis *Jámí*um refutavit, et cum Molla *Abd-el-ghafúr* disceptavit. Idem commentarium perfectum in *El-Káfiyet* composuit, [et ad glossas *Isám-ed-dín*i Molla *Mohammed Kurdi*, vulgo *Menlazádeh* dictus et post annum 1070 (inc. 8. Sept. 1659) mortuus, glossas alias edidit]. Ad initium commentarii *Jamí*ani leves adnotationes scripserunt *Hasan Bahri*, cujus adnotata ita incipiunt: Praedicatus sit dominus virtutum laudabilium etc., et usque ad verba „Et inter ejus proprietates insertio literae *Lám* est" pertinent, et Molla *Ali Ben Amrallah*, cujus adnotatio ita incipit: Praedicatus sit ille, qui linguam nostram recordatione compositionum

الخ كتبه باسم السلطان سليم بن سليمان خان الى قوله ينجرّ بالكسر وكتب عبد الله الازهرى رسالة سمّاها القول السامى على كلام للمنلا جامى اوله الحمد لله الذى هدى من شآء الى طريق البيان الخ وصنّف المولى العلامك محمد بن موسى البسنوى حاشية التزم الردّ والجواب للعصام واتمّها فى سنة ١٠٣٥ وكتب المولى عبد الغفور اللارى تلميذ الجامى الى قريب من نصفه توفى سنة ٩١٢ والمولى محمد عصمة الله بن محمود البخارى الى نصفه ايضا اوله منك البداية والهداية الخ توفى سنة والمولى عبد الله بن طورسون الشهير بفيضى المتوفى سنة ١٠١٩ الى المرفوعات ومصلح الدين محمد اللارى تكلّم فيها مع المحشين كالعصام وعبد الغفور وجمع فوآئد كثيرة توفى سنة [٩٧٩] وشاه محمد بن احمد السمرقندى وغرس الدين احمد بن ابراهيم الحلبى الى آخر المرفوعات توفى سنة ٩٧١ وقرهجه احمد الحميدى المتوفى سنة ١٠٢٤ وطآئفة اخرى وترجم الشيخ محمد بن عمر المعروف بقورد افندى شرح الجامى بالتركى المتوفى سنة ٩٩٦ ومن حواشى شرح الجامى حاشية وجيه الدين عمر بن

---

grammaticarum custodivit etc. Scripsit eam nomine Sultani *Selím Ben Soleimán Khán* usque ad verba „Vocali *Kesra* afficitur.“ — *Abdallah Azheri* tractatum composuit *El-Caul El-Sámi ala kelám lil Menla Jámi* inscriptum, qui ita incipit: Laus Deo, qui quem vult ad viam eloquentiae adducit etc., et Molla *Allámek Mohammed Ben Musa Bosnewi* glossas, ubi legem sibi imposuit ea quae *Isám-ed-dín* disseruarat refutandi et redarguendi, anno 1035 (inc. 23. Sept. 1625) absolvit. Molla *Abd-el-ghafúr Lári Jámii* discipulus, anno 912 (inc. 24. Mai. 1506) mortuus, ad dimidiam circiter commentarii partem scripsit — Molla *Mohammed Ismetallah Ben Mahmúd Bokhári*, anno . . . mortuus, pariter ad dimidiam partem, ejusque liber ita incipit: Abs Te initium est et ductus etc. — Molla *Abdallah Ben Túrsún*, vulgo *Feidhi* dictus et anno 1019 (inc. 16. Mart. 1610) mortuus, usque ad nomina *Dhamma* notanda — *Moslih-ed-dín Mohammed Lári*, anno [979 (inc. 26. Mai. 1571)] mortuus, qui ibi cum glossatoribus disputat, e. c. cum *Isám-ed-dín* et *Abd-el-ghafúr*, et multas adnotationes utiles collegit — *Sháh Mohammed Ben Ahmed Samarcandi* — *Ghars-ed-dín Ahmed Ben Ibráhím Halebi*, anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuus, usque ad finem capitis de nominibus *dhammatis* — *Carahja Ahmed Homeidi*, anno 1024 (inc. 21. Jan. 1615) mortuus — et multi alii. — Sheikh *Mohammed Ben Omar*, vulgo *Curd Efendi* dictus et anno 996 (inc. 22. Nov. 1587) mortuus, commentarium *Jámii* in linguam turcicam transtulit, et ad glossas in eundem pertinent illae, quae a *Wejíh-ed-dín Omar Ben*

عبد المحسن الارزنجانى اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ومن شروح الكافية بالتركيّة شرح المولى سودى المتوفى فى حدود سنة ١٠٠٠ مأخذه شرح الجامى والهندى وهو مفيد مختصر كاف فى حلّ مشكلات الاعراب ومحصول تركيبها وشمس الدين بن القاضى كمال الدين كتب لخدام الوزير سنان پاشا وسمّاه فتح المفتاح وهو تأريخ تأليفه ومن شروحه بالفارسيّة غير شرح السيّد لمعين الدين محمد امين الهروى توفى سنة صنّف لعبيد الله خان وعلآء الدين على بن محمد القوشى المتوفى سنة وفى اعرابه كتاب مسمّى بالافصاح لواحد من علمآء الدولة المراديّة قدم فى اوّله تفسير الفاتحة وصنّف لولد الشيخ احمد بن يوسف السلانيكى باشارته وحاجى بابا الطوسيوى المتوفى سنة وممّن شرح الكافية ابن الشيخ ابراهيم سمّاه اوفى الوافية فى شرح الكافية قال فى كتاب الالفيّة هذه الالف اعتراض على كتاب الكافية التقطتها من كتاب حدآئق الشهابيّة ومن اراد الاطلاع على اعرابها فليطلب من كتابى [اوفى الوافية يا ايّها الاخوان الطالبون لا تغفلوا من كتابى هذا] وحواشيه وان كنتما صاحبا

---

*Abd-el-mohsin Arzenjáni* editae sunt et ita incipiunt: Laus Deo, mundorum domino etc. — Commentarios in *El-Káfiyet* turcice scriptos ediderunt Molla *Sudi*, circa annum 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortuus, cujus commentarius utilis, maximam partem e commentariis *Jámi* et *Hindi* tanquam primario fonte depromtus, brevis quidem est, at sufficit ad difficultates flexionum grammaticarum cum omnibus illarum compositionis quaestionibus solvendas, et *Shems-ed-dín* filius judicis *Kemál-ed-dín*, qui in favorem servorum *Sinán Pasha*e scripsit et commentario titulum *Fat'h el-miftáh* dedit, qui simul tempus compositionis significat. Praeter *El-Seyyid Jámi* commentarios persicos ediderunt *Moín-ed-dín Mohammed Emín Herewi*, anno . . . mortuus, qui in favorem *Obeidallah Khán*i scripsit, et *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed Cushi*, anno . . . mortuus. De flexionibus *Káfiya*e grammaticis liber exstat *Ifsáh* inscriptus, qui virum doctum in aula *Murád*i auctorem habuit. Explicationem primae Suratae praemisit, et a filio Sheikhi *Ahmed Ben Yusuf Seláníki* excitatus scripsit, aliumque *Háji Bábá Tusiyewi*, anno . . . mortuus, edidit. — Commentarium in *Káfiyam*, *Aufá el-wáfiyet fi sharh El-Káfiyet* inscriptum, filius Sheikhi *Ibráhím*, anno . . . mortuus, edidit, qui in capite de *Elif:* Haec litera *Elif*, inquit, ea continet, quae contra librum *Káfiyet* dicenda habeo. Selegi ea ex libro *El-Hadáic El-Shihábiyet*, et qui accuratius flexiones ejus finales cognoscere cupit, scientiam petat e libro meo [*Aufá el-wáfiyet*, ubi: O vos amici, inquit, studiosi, nolite hunc meum librum negligere] ejusque glossis, etiamsi libri *Keshsháf* ejusque glossarum

الكشاف وحواشيه فانّهما كحلول الفقرآء وزنبيله ومآئدة الكبرآء وقنديله الخ اوله الحمد لله الذى خلق الانسان الخ توفى سنة ونظم الكافية حسام الدين اسمعيل بن ابراهيم [ المتوفى سنة ١٠١٦ ] ثمّ شرحها ومير مرتضى الشيرازى المتوفى سنة واختصرها القاضى ناصر الدين عبد الله البيضاوى وسمّاه اللبّ وله على الكافية شرح توفى سنة ٦٨٥ وشرحه يأتى فى اللام واختصر المولى فضيل بن على الجمالى سمّاه الوافية فى مختصر الكافية توفى سنة ٩٩١ وبرهان الدين ابراهيم بن عمر الجعبرى المقرى توفى سنة ٧٣٢ وناهيك ممّن اختصر مثل الكافية ومحمد بن الشيخ محمود المغلوى الوفآى توفى سنة وجمع خضر بن الياس الكموجنوى فوآئد من الكتب النحويّة لكشف مشكلاته وضمّ اليها اجوبة لطيفة لحلّ معضلاته وسمّاه الاسولة القطبيّة على كتاب ابن الحاجب صاحب النفس القدسيّة اوله الحمد لله الذى خصّنا بمنهج الهداية والايمان الخ ومن شروح الكافية تحفة الشافية ومنها درّة البيضآء لبعض المتأخرين

---

auctores essetis. Haec duo enim scripta habitatio quasi sunt pauperum ejusque marsupium et tabula principum illiusque lampas etc. Commentarius ita incipit: Laus Deo, qui hominem creavit etc. Versibus *Káfiya*m reddidit ***Hosám-ed-dín Ismaíl Ben Ibráhím***, [anno 1016 (inc. 18. Apr. 1607) mortuus], qui postea commentarium quoque in eam scripsit, et ***Mír Murtedhá Shirázi***, anno . . . mortuus. Cádhi ***Násir-ed-dín Abdallah Beidháwi***, anno 685 (inc. 27. Febr. 1286) mortuus, in epitomen ***El-Lobb*** inscriptam eam redegit, idemque commentarium in *Káfiya*m composuit, qui in litera ***Lám*** commemorabitur. Praeterea epitomas ejus ediderunt Molla ***Fodheil Ben Ali Jemáli***, anno 991 (inc. 15. Jan. 1583) mortuus, cujus epitome ***El-Wáfiyet fi mokhtasar El-Káfiyet*** inscripta est, et ***Borhán-ed-dín Ibráhím Ben Omar Ja'beri*** Corani Lector, anno 732 (inc. 4. Oct. 1331) mortuus, et sane admirabilis est vir, qui librum qualis ***El-Káfiyet*** est in epitomen redigit — et ***Mohammed Ben-elsheikh Mahmúd Maghlewi Wefáyi***, anno . . . mortuus. Praeterea ***Hadhr Ben Ilyás Komúlijinewi*** adnotationes utiles collegit e libris grammaticis ad locos *Káfiya*e obscuriores explanandos et responsa addidit elegantia ad difficultates ejus solvendas, librumque, qui ita incipit: Laus Deo, qui nos per viam religionis verae et fidei liberavit etc., ***El-Eswilet El-Cotbíyet ala kitáb Ibn-elhájib sáhib el-nafs el-codsíyet*** inscripsit. In commentariis in *Káfiya*m porro nominatur ***El-Tohfet El-Sháfiyet*** et ***El-Dorret El-Beidhá.*** Hic commentarius, qui recentiorum quendam auctorem habet et ita incipit: Optimum principium est id, de quo literae et voces enuntiant etc.,

اوله خير مبتدآء مخبر عنه الحروف والاصوات الخ وهو شرح ممزوج سهل العبارة وعلى حاشية العصام حاشية لشهاب الدين احمد بن قاسم العبادى جرّدها الشيخ ابراهيم بن محمد الميمونى عن هوامش نسخته بعضها منسوبة الى السيّد عيسى الصفوى بعلامة ع س والباقية له وعلى الجامى حاشية لبابا سيّد بن محمد البخارى المعروف ببابا شاه كتبها لسلطان زاده شجاع الدين بن عبيد الله وسمّاها بالحاشية السلطانيّة اولها الحمد لله الذى جعل السلطان فى الارض ظلّه الخ وهى على الاوآئل فقط وعلى الجامى ايضا حاشية لابن طورسون اوله قوله الحمد لوليّه مباحث الحمد طويلة الذيل الخ ومن حواشيه حاشية الشيخ الشريف الروشنى المعروف بفاضل امير اولها الحمد لله الذى اعرب الكلم من الكلام الخ وعلى الجامى حاشية لعيسى بن محمد الصفوى الايجى الشافعى المتوفى سنة ٩٥٥ اولها اما بعد حمد الله ولى النعم الخ قال ابتدأت تحشية الكتاب بملخص حواشى عصام الدين ابراهيم وجعلت علامتها عص وبعض فوآئد مولانا عبد الغفور وجعلت علامتها غف وبما سنح للفقير خادم العلم

---

textum admixtum habet et facilis intellectu est. Ad glossas ***Isám-ed-dín***i ***Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Cásim Abbâdi*** novas glossas scripsit, quas Sheikh ***Ibráhím Ben Mohammed Meimúni*** a notis exempli sui marginalibus resecuit. Earum pars siglo ***A' S*** notata ad Seyyid ***Isa Sefewi*** referenda est, pars reliqua ipsum auctorem habet. Ad ***Jâmi***i commentarium porro glossas ediderunt ***Bábá Seyyid Ben Mohammed Bokhári***, vulgo ***Bábá Sháh*** dictus, qui eas in favorem ***Sultânzâdeh***i ***Shojá-ed-dín Ben Obeidallah*** composuit et ***El-Háshiyet El-Sultaniyet*** inscripsit. Incipiunt ita: Laus Deo, qui Sultanum in terra umbram suam esse voluit etc., et initium tantum tractant. — ***Ibn Túrsún***, cujus glossae ita incipiunt: Verba ejus „Laus ejus dilecto“ quaestiones de laude continent uberius et fusius tractandas etc. — Sheikh Sheríf ***Rusheni***, vulgo ***Fádhil Emír*** dictus, cujus glossae ita incipiunt: Laus Deo, qui verba linguae arabicae facundius et purius eloquitur, quam oratio ipsa etc. — ***Isa Ben Mohammed Sefewi Iji*** Shafiita, anno 955 (inc. 11. Febr. 1548) mortuus, cujus glossae ita incipiunt: Praemissa Dei laude beneficiorum largitoris etc. Incepi, inquit, ad glossas conscribendas ab epitome glossarum ***Isâm-ed-dini Ibráhím*** easque siglo ***A' S*** notavi, a nonnullis utilibus Mollae nostri ***Abd-el-ghafúr*** adnotationibus, quas siglo ***Gh F*** significavi, et ab eo, quod ***Isae*** pauperi doctrinae ministro ex sententiis iisque

عيسى من مقاصد الحاشية العصاميّة لها ولبابها وذلك سنة ٩٥١ وحاشية لابراهيم المأمونى الشافعى علّقها على حاشية عبد الغفور واورد فيها من فوآئد عيسى الصفوى بعلامة عص اولها الحمد لله وحده الخ وله حاشية ايضا على حاشية العصام جرّدها من خطّ الشيخ احمد بن قاسم العبادى على نسختته قال وبعضها منسوبة الى الاستاذ المحقّق [السيّد قطب الدين عيسى] الصفوى نزيل حرم المدنى شرح الكافية بقول تأليف اسحق بن محمد بن العميد الملقّب بكبير الدهلوى وهو شرح لطيف واضح اوله الحمد لله الذى رفع من خفض الخ ونظم الكافية المسمّى بالوافية ارجوزة للشيخ جمال الدين ابى عمرو ابن الحاجب [وهو مصنّفه] ايضا وهو من افضل الاراجيز نظمًا على مسطور الرجز نظمها للملك الناصر داود بن المعظم عيسى الايّوبى وذكره فى خطبته وكان قرأ النحو عليه واوّل منظومه الحمد لله على ما انعما الخ تمّ شرحها الفاضل الملك المؤيد عماد الدين اسمعيل بن الافضل على الايّوبى المعروف بصاحب الحماة توفى سنة ٧٣٢ اوله الحمد لله الذى علّم بالقلم الخ وهو شرح لطيف علّقه

---

melioribus in mentem venit, quas glossae *Isám-ed-dín*i in *Káfiya*m continent; id quod anno 951 (inc. 25. Mart. 1544) factum est. Praeterea *Ibráhím Mamúni* Shafiita adnotationes leves, quae ita incipiunt: Laus Deo unico etc., ad glossas *Abd-elghafúr*i conscripsit, et siglo *A' S* apposito adnotationes utiles *Isae Sefewi* exhibuit. Idem glossas ad glossas *Isám-ed-dín*i edidit, quas ex iis, quae Sheikh *Ahmed Ben Cásim Abbádi* sua exaraverat manu, exemplo suo ceteris omissis adscripserat. Earum pars, inquit, tribuenda est magistro subtilissimo [Seyyid *Cotb-ed-dín Isa*] *Sefewi* sacri septi Medinensis inquilino, qui commentarium in *Káfiya*m scripsit dictione eadem, qua *Is'hac Ben Mohammed Ben-elamid*, honorifice *Kebír El-Dehlewi* cognominatus, in componendo usus est. Commentarius elegans et clarus est, et ita incipit: Laus Deo, qui eum effert, qui humilitate premitur etc. Versibus metro *Rejez* compositis *Káfiya*m titulo *El-Wáfiyet* praescripto reddidit [auctor ipse] Sheikh *Jemál-ed-dín Abu Amru Ibn-elhájib*. *Orjúzet* haec, quod compositionis artem ad regulam metri *Rejez* attinet, praestantissima est. Auctor eam in honorem *El-Meliki El-Násir Dawud Ben-elmoatztzem Isa Eyyubi*, qui illo praeside grammaticam tractaverat, composuit ejusque nomen in praefatione laudibus extulit. Carmen ita incipit:

Laus Deo pro beneficiis quae contulit.

Tum commentarium in illud scripsit *El-Fádhil El-Melik El-Mowayyid Imád-ed-dín Ismaíl Ben-elafdhal Ali Eyyubi*, vulgo *Sáhib El-Hamát* (Hamatae princeps) dictus et anno 732 (inc. 4. Oct. 1331) mortuus, qui ita orsus est: Laus Deo, qui

من شرح المصنّف لهذه المنظومة ومن غيرها من شروح الكافية وفرغ من تعليقه فى شعبان سنة ٧٢٢ ومن شروح الكافية شرح محمود بن محمد بن على بن محمود الارانى الساكنانى وهو شرح مختصر بالقول كالمتوسّط قال الشيخ عمر بن الوهاب العرضى فى شرح الكافية للجامى

لله درّ امام طالما سطعت
انوار افضاله من علمه السامى
الفاظه اسكرت اسماعنا طربا
كانّما الخمر تسقى من صفا الجامى

ومثله قول ابن الحنبلى

لكافية الاعراب شرح منقح
ذلول المعانى ذو انتساب الى الجامى
معانيه تجلى حين تُتلى كانّما
هى الخمر تبدو شمسها من صفا الجامى

---

(scripturam) per calamum docuit etc. Commentarius elegans est, cujus adnotationes e commentario, quem auctor ipse in hoc carmen composuerat, ex aliisque commentariis in *Káfiyam* conscripsit et compositionem mense Shabán anni 722 (inc. 20. Jan. 1322) absolvit. Denique *Mahmúd Ben Mohammed Ben Ali Ben Mahmúd Arâni Sákináni* commentarium brevem in *Káfiyam* edidit ita, ut sola verba textus exposita adjiceret, quemadmodum in commentario medio supra laudato factum est. Sheikh *Omar Ben-elwehháb Ordhi* de commentario in *Káfiyam* a *Jámi* edito haec cecinit:

Egregia praestat choragus, cujus merita jam dudum nitida
E doctrina sua sublimi splendide emicuerunt.
Ejus verba aures nostras gaudio inebriant,
Quasi vinum e poculo limpido propinetur.

Similes sunt illi versus *Ibn Hanbalii*:

In librum *Káfiya* de syntaxi flexionum finalium commentarius selectus scriptus est,
Cujus sententiae faciles intellectu sunt et qui *Jámi* auctori tribuendus est.
Ejus sententiae quando recitantur nitentes apparent; quasi
Vinum sint, cujus sol e poculo limpido prodit.

ومثل قول عبد الله الدنوشرى المصرى

لله شرح به شرح الصدور لنا
كانّه الدرّ او ازهار اكمام
قد اسكر السمع ان تتلى عجائبه
والسكر لا غرْوَ معروف من الجامى

ومعرب الكافية لمحمد بن ادريس بن الياس المرعشى اوله الحمد لله القديم البارى الخ وللكافية شرح مفصّل بالقول اورد مقدّمة فى صدره فيها عشر مقدّمات فى وضع الالفاظ واحوالها ومن شروحه شرح الامام تاج الدين ابى محمد على بن عبد الله بن ابى الحسن الاردبيلى ثم التبريزى نزيل القاهرة المتوفى فى رمضان سنة ٧٤٦ وهو شرح كبير كشرح الرضى اوله الحمد لله حمدًا يوافى نعمه ويكافى مزيده الخ وفرغ من تسويده لثلث بقين من محرم سنة ٧٤٢ ومنها شرح مختصر اوله ان اوّل ما يبتنى عليه اساس الكلام الخ قال مصنّفه كنت قد كتبت

---

Et fere idem versus *Abdallae Denúsheri Misri* continent:

Egregius est commentarius, quibus animi nostri ad intelligendum disponuntur,
Similis unionibus aut floribus e calyce prodeuntibus.
Inebriavit aures, cum mira ejus verba recitarentur.
Quid mirum? Inebriatio, ut notum est, e poculo venit.

*Káfiyam* vocalibus instruxit *Mohammed Ben Idrís Ben Ilyás Mer'ashi*, et haec recensio ita incipit: Laus Deo aeterno creatori etc., et in *Káfiyam* commentarium habemus singulas partes copiosissime explicantem, qui verba exposita tantum addita habet. Auctor ab initio praefationem habet, quae decem capita praemissa continet de usu verborum iisque quae huc pertinent. Porro in eam commentarium edidit Imám *Táj-ed-dín Abu Mohammed Ali Ben Abdallah Ben Abi'lhasan* Cáhirae inquilinus, qui primum in urbe *Erdebíl*, serius *Tebrízi* habitavit et mense Ramadhán anni 746 (inc. 4. Mai. 1345) mortuus est. Hic commentarius amplitudine commentarium *Redhí-ed-díni* aequat et ita incipit: Laus Deo talis, qualis ejus beneficia aequet et immensae gratiae respondeat etc. Primam commentarii compositionem tertio die ante exeuntem mensem Moharrem anni 742 (inc. 17. Jun. 1341) absolvit. Huc pertinet commentarius brevis, qui ita incipit: Certe primarium, quo fundamentum orationis nititur etc. Scripseram, ait auctor, de ejus terminis et regulis novas

على حدوده وضوابطه بدآئع تحقيقًا واوردت على بعض مسآئله لطآئف تدقيقًا فلمّا اطّلعوا على حقآئقه طفقوا يلحّون علىّ بذرآئع الاقتراح ان انظم تلك القلآئد فاجبت واهداه لعلاء الدين عطا ملك على ما ذكره فى خطبته ومنها غاية التحقيق لصفى بن نصير وهو شرح ممزوج اوله الحمد لله الذى انعم علينا بنعمه العظام الخ وهو من تلامذة الهندى ذكره فيه ومدح شرحه قال انّ شروح الكافية ليست بوافية الّا حواشى استاذنا شهاب الدين احمد بن عمر الدولت آبادى وكثير من الناس اكتفوا بما فهموا من ظاهرها وانّه حقّق فيه سمّاه غاية التحقيق ومنها شرح الشريف نور الدين على بن ابراهيم الشيرازى تلميذ الشريف الجرجانى مات بالمدينة سنة ٨٦٢ ومنها الهاوية الى حلّ الكافية لعبد الله بن على بن محمد المعروف بفلك العلآء التبريزى اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ كتب اكثر مسآئله المتناولة وقواعده المتداولة بتقرير واضح وكلام لائح بوجه لا يحتاج الطالب الى شرح ولا فى تصوير مسآئله الى مثال واهداه الى الوزير الامير حاجى بن محمد الساوجى فى حدود سنة ٧٠٠ وهو شرح

---

٩٩٥٤ كتاب التاج لابن الراوندى احمد بن يحيى [المتوفى سنة ٣٠١] ٩٩٥٥ كتاب التباين والاختلاف اربع مقالات لارسطو ٩٩٥٦ كتاب التتبّع للامام الحافظ على بن عمر الدارقطنى المتوفى سنة ٣٨٥ وهو ما اخرج من الصحيحين وله علّة ٩٩٥٧ كتاب التحاويل فى النجوم للسجزى المتوفى سنة ٩٩٥٨ كتاب فى تدبير المدن مقالات لارسطو لخّص فيه اقوال افلاطون فى خمس مقالات وله تدبير الغذآء مقالة ٩٩٥٩ كتاب فى تدبير من لا يحضره الطبيب مقالتان لروفس الكبير ٩٩٦٠ كتاب التذكرة مقالة لارسطو ٩٩٦١ كتاب التراويح للامام الاجلّ حسام الدين عمر بن عبد العزيز [المعروف بحسام الشهيد المتوفى شهيدًا سنة ٥٣٦] جزء ولاحمد بن اسمعيل التمرتاشى [الفقهى المتوطن بكاركنج] ٩٩٦٢ كتاب تربيع الدآئرة مقالة لارشميدس المصرى ٩٩٦٣ كتاب الترتيب شرحه الاستاد

---

**Libri quorum tituli praemisso verbo *kitáb* a litera *Tá* incipiunt.**

9954. Kitáb el-táj, liber coronae, auctore *Ahmed Ben Yahya*, vulgo *Ibn-elráwendi* dicto [et anno 301 (inc. 7. Aug. 913) mortuo]. — 9955. Kitáb el-tebáyon we el-ikhtiláf, libri Aristotelis quatuor de contrariis et diversis. — 9956. Kitáb el-tetabbo', liber disquisitionis continuae, auctore Imám et Háfitz *Ali Ben Omar Dáracotni*, anno 385 (inc. 5. Febr. 995) mortuo. Continet ea, quae ex utroque *Sahíh* elicuit, at infirmitate laborat. — 9957. Kitáb el-tehávíl, liber conversionum de astris, auctore *Sijzi*, anno . . . mortuo. — 9958. Kitáb fi tedbír el-modon, libri quinque Aristotelis de administranda republica. Excerpsit ibi cum delectu verba Platonis. Idem librum de alimentorum regimine scripsit. — 9959. Kitáb fi tedbír, libri duo Rufi Magni de aegrorum, qui praesentem medicum non habent, vivendi ratione. — 9960. Kitáb el-tedzkeret, liber memorialis Aristotelis. — 9961. Kitáb el-teráwíh, liber de modis noctibus mensis Ramadhán precandi. Fasciculus, auctore Imám illustrissimo *Hosám-ed-dín Omar Ben Abd-el-azíz*, [vulgo *Hosám El-Shehíd* dicto, qui martyrium anno 536 (inc. 6. Aug. 1141) subiit]. De eadem re scripsit *Ahmed Ben Ismaíl Timurtáshi* [Jurisconsultus, qui in urbe Kárkenj domicilium habuit]. — 9962. Kitáb terbí' el-dáiret, liber Archimedis Aegyptii de quadratura circuli. — 9963. Kitáb el-tertíb, liber dispositionis, in quem Magister

ابو اسحق الاسفرآئنى ٩٩٦٤ كتاب الترتيب فى الكيمياء لابى بكر محمد بن زكرياء الرازى الّفه للمجرّبين وسمّاه ايضا كتاب الرحمة ذكر فيه ترتيب العمل للمجرّبين ودعاوى اهل الصنعة وشرح الجمل التى نقيضها كتاب جابر الذى سمّاه كتاب الرحمة وشرح فيه ايضا جمل كتاب الرحمة ٩٩٦٥ كتاب الترجمان فى النحو لحسن بن احمد النحوى المتوفى سنة ٩٩٦٦ كتاب الترغيب لابى الحسن التميمى وللاصفهانى [قوام الدين ابى القاسم اسمعيل بن محمد الطلحى التميمى المتوفى سنة ٤٥٧ على طريقة المحدّثين بالتحديث والاسناد] ٩٩٦٧ كتاب الترياق الاكبر لاندروماخيس فانّه تتبّع معرفته وكيفيّة تركيب انواعه لسائر اجناس الافاعى والحيّات ٩٩٦٨ كتاب الترياق للموفق البغدادى عبد اللطيف بن يوسف الفيلسوف المتوفى سنة ٦٢٩ ولابى يعقوب اسحق بن سليمان الاسرائيلى القيروانى المتوفى سنة ٣٢٠ ٩٩٦٩ كتاب التزكية للصدر الشهيد حسام الدين مختصر ٩٩٧٠ كتاب تسطيح الكرة لابراهيم بن حبيب الفزارى

---

*Abu Is'hac Isferáini* commentarium edidit. — 9964. Kitáb el-tertíb, liber dispositionis de Alchymia, quem *Abu Bekr Mohammed Ben Zakariyá Rázi* expertis scripsit, et titulo *Kitáb el-rahmet* quoque insignivit. Describit ibi ordinem, quo expertis operandum sit, postulataque virorum studiis Alchymiae deditorum, et summam eorum commentatus est, quibus liber *Jábiri Kitáb el-rahmet* inscriptus plane oppositus est, et pariter summas libri *Kitáb el-rahmet* commentatus est. — 9965. Kitáb el-turjumán, liber interpretis de grammatica, auctore *Hasan Ben Akmed* Grammatico, anno . . . mortuo. — 9966. Kitáb el-targhíb, liber ea continens, quae ad bona excitant, auctoribus *Abu'lhasan Temími* et *Isfaháni* [*Ckiwám-ed-dín Abu'lcásim Ismaíl Ben Mohammed Talhi Temími*, anno 457 (inc. 13. Dec. 1064) mortuo, qui ad methodum traditionariorum ita scripsit, ut formula „Narravit nobis N. N." et nominibus auctorum interpositis uteretur]. — 9967. Kitáb el-tiryác el-akbar, liber Andromachi major de theriaca. Hic enim cognitionem et rationem compositionis ejus specierum contra omnia viperarum et serpentum genera persecutus est. — 9968. Kitáb el-tiryác, liber theriacae, auctoribus *Mewaffic-ed-dín Abd-el-latíf Ben Yusuf Bughdádi* Philosopho, anno 629 (inc. 29. Oct. 1231) mortuo, et *Abu Yacúb Is'hac Ben Soleimán Israíli Cairawáni*, anno 320 (inc. 13. Jan. 932) mortuo. — 9969. Kitáb el-tezkiyet, liber purgationis. Compendium, auctore *Sadr-ed-dín El-Shehíd Hosám-ed-dín*. — 9970. Kitáb testíh el-koret, liber de planisphaerio, auctoribus *Ibráhím Ben Habíb Fezári*, anno . . . mortuo — Ptolemaeo Claudio, cujus

المتوفى سنة ولبطلميوس القلوذى نقله ثابت الى العربيّة وفسّره بتس الرومى الاسكندرى المهندس وللبيرونى المذكور فى الآثار الباقية ٩٩٧١ كتاب تسمية اعضاء الانسان لروفس الكبير ٩٩٧٢ كتاب التشابه لابى العميثل عبد الله بن خليل المتوفى سنة ٢٤٦ ٩٩٧٣ كتاب التشبيه لابى عون الكاتب المتوفى سنة ٩٩٧٤ كتاب التشبيهات لابن ظافر ولابى اسحق ابراهيم بن احمد الانبارى الكاتب المتوفى سنة ٣١٢ ٩٩٧٥ كتاب التصحيف لابى احمد حسن بن عبد الله العسكرى المتوفى سنة ٣٨٢ وللدارقطنى ايضا من كتب الاحاديث ولابى عامر محمد بن احمد بن عامر البلوى الطرطوشى السالمى المتوفى سنة ٥٥٩ ٩٩٧٦ كتاب التصريف وحلّة التعريف لتاج الدين على بن محمد ابن الدريهم المتوفى سنة ٧٦٢ ٩٩٧٧ كتاب التصغير لابى العبّاس احمد بن يحيى المعروف بالثعلب النحوى المتوفى سنة ٢٩١ ومحمد ابن حسن الرؤاسى النيلى المتوفى سنة ٩٩٧٨ كتاب التعاقب لابن جنى ٩٩٧٩ كتاب التعبير

---

librum *Thábit* arabice transtulit et Battus Rumaeus Alexandrinus Geometra interpretatus est — et *Birúni*, sub *El-Athár El-Báckiyet* commemorato. — 9971. Kitáb tesmiyet adhá el-insán, liber Rufi Magni de corporis humani partium nominatione. — 9972. Kitáb el-tesháboh, liber assimilationis mutuae, auctore *Abu'lameithal Abdallah Ben Khalil*, anno 246 (inc. 28. Mart. 860) mortuo. — 9973. Kitáb el-teshbíh, liber assimilationis, auctore *Abu Aun* Scriba, anno . . . mortuo. — 9974. Kitáb el-teshbíhát, liber assimilationum, auctoribus *Ibn Tzáfir* et *Abu Is'hac Ibráhim Ben Ahmed Anbári* Scriba, anno 312 (inc. 9. Apr. 924) mortuo. — 9975. Kitáb el-tas'híf, liber de arte logogriphice loquendi, auctoribus *Abu Ahmed Hasan Ben Abdallah Askeri*, anno 382 (inc. 9. Mart. 992) mortuo — *Dáracotni*, cujus liber ad scripta de re traditionaria pertinet — et *Abu Amir Mohammed Ben Ahmed Ben Amir Belewi Tartúshi Sálimi*, anno 559 (inc. 30. Nov. 1163) mortuo. — 9976. Kitáb el-tesríf we Hollet el-ta'ríf, liber de flexu formarum et pallium definitionis, auctore *Táj-ed-dín Ali Ben Mohammed Ibn-eldoreihim*, anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuo. — 9977. Kitáb el-tasghír, liber de diminutivo, auctoribus *Abu'labbás Ahmed Ben Yahya* Grammatico, vulgo *Tha'leb* dicto et anno 291 (inc. 24. Nov. 903) mortuo, et *Mohammed Ben Hasan Rowási Nili*, anno . . . mortuo. — 9978. Kitáb el-teá'cob, libellus vicissitudinis continuae, auctore *Ibn Jinni*. — 9979. Kitáb el-ta'bír, liber de somniorum interpretatione, auctoribus

لابن سعيد الواعظ وللشيخ تاج الدين عبد الوهاب بن احمد بن عرب شاه الدمشقى منظومة فيه نحو اربعة آلاف بيت توفى سنة ٩٠١ ولابى اسحق الكرمانى ذكر فيه انّه رأى يوسف الصدّيق صلعم في المنام فاعطاه قميصه فلبسه وقال ما في كتابى شىء الّا وقد جرّبت ما به وانّه اخذ التأويل من صحف ابراهيم ومن كتب دانيال وعن سعيد بن المسيب وعن ابن سيرين ولابى الحسن على بن ابى طالب الفايق مختصر وهو على ابواب وسماه المدخل ٩٩٨٠ [كتاب التعريف بما انست الهجرة من معالم الهجرة للشيخ الامام الحافظ ابى عبد الله محمد بن احمد بن خلف السعدى العبادى المعروف بالمطرى المتوفى سنة ٧٦٥ فرغ من تأليفه سنة ٧٤٠ اوله الحمد لله الذى شرف طيبة الطيبة الخ] ٩٩٨١ كتاب التعليم لمسعود ابن شيبة الهندى المتوفى سنة  ٩٩٨٢ كتاب التفرّد لابى داود وهو تفرّد اهل الامصار بالسنن ٩٩٨٣ كتاب تفسير آسانكر الجامع في الطبّ ٩٩٨٤ كتاب تفسير اسماء العقار باسماء عشرة لبعض الهنود القدماء ٩٩٨٥ كتاب التفسير لابن ماجه القزوينى ٩٩٨٦ كتاب التفسير

---

*Ibn Said* Concionatore — Sheikh *Táj-ed-dín Abd-el-wehháb Ben Ahmed Ben Arabsháh Dimeshcki*, anno 901 (inc. 21. Sept. 1495) mortuo, cujus carmen quatuor circiter versuum milia complectitur — *Abu Is'hac Kermáni*, qui narrat, se *Jusuf El-Siddíc* in somnio vidisse qui sibi tunicam dederit, quam induerit. Et: Nulla res, inquit, in meo libro est, quam non expertus sim, seque dicit interpretationem allegoricam e foliis Abrahami, scriptis Danielis et e *Saíd Ben-elmasyab* et *Ibn Sírín* sumsisse. *Abu'lhasan Ali Ben Abi Tálib Fáic* compendium edidit in capita divisum et *El-Madkhal* inscriptum. — 9980. [Kitáb el-ta'ríf, liber definitionis eorum inter signa fugae, quae fugientes sciebant, auctore Sheikh et Imám Háfitz *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Ben Khalaf Sa'di Ibádi*, vulgo *Meteri* dicto et anno 765 (inc. 10. Oct. 1363) mortuo. Absolvit compositionem anno 740 (inc. 9. Jul. 1339), et orsus est ita: Laus Deo, qui merita urbis Medinae gloria ornavit etc.]. — 9981. Kitáb el-ta'lím, liber institutionis, auctore *Mes'úd Ben Sheiba Hindi*, anno . . . mortuo. — 9982. Kitáb el-tefarrod, liber separationis, quam incolae urbium majorum in traditionum corporibus admittendis separatim sequuntur, auctore *Abu Dawud.* — 9983. Kitáb tefsír Asankír, liber interpretationis, quem *Asankír* in corpus de medicina scriptum edidit. — 9984. Kitáb tefsír asmá el-o'cár, liber interpretationis nominum vini per decem nomina, auctore Indo quodam vetere. — 9985. Kitáb el-tefsír, commentarius in Coranum, auctore *Ibn Májeh Cazwini.* — 9986. Kitáb el-tefsír, commentarius in Coranum, auctore

لبعض المتأخّرين اوله الحمد لله الذى بين الرشد من الغىّ الخ قال فهذا اوان قطع عرق الخلاف الذى وقع فى تفاسير الروايات بعد الاسلاف ثمّ الحكمة فى تأخير اخراج هذا التفسير الى هذا الاوان الذى هو بعد تسعمائة سنة خروج التقوى الذى اندرس رسمه ان تمّ منه امر التغيير الذى هو من مأمورات الشيطان حيث قال وَلَآمُرَنَّهُمْ فَلَيُغَيِّرُنَّ خَلْقَ اللهِ وانّ اليهود قالوا لاصحاب النبى صلعم بعد موته انّ دين نبيّكم تجدّد بعد تسعمائة سنة على ما وجدوه فى التوراة نفيًا لكونه نبيًّا منتظرًا ولم يعلموا ان المجدّد وهو محمّد نفسه من قبل روحه عليه الصلوة والسلام قال وامرت ان اكتب رسالة التقوى بالتركيّة فقصدت ان لا اكتب خوفًا من قصد اهل الفساد حيث نسبوا التقوى الى الحاد ثم الى امرت ان اكتب الآيات بالحروف المقطعات كما كتب كذلك على ما قيل فى لوح المحفوظ ٩٩٨٧ كتاب تقويم التحديد مقالتان لارسطو ٩٩٨٨ كتاب تكوّن الحيوان خمس مقالات لارسطو ٩٩٨٩ كتاب التمييز والفصل لابى المجد اسمعيل بن باطيش توفى سنة ٦٥٥ وفى الحديث لمسلم

---

viro recentioris temporis. Orsus est ita: Laus Deo rectam institutionem ab errore distinguenti etc., et: Hoc est tempus, inquit, idoneum ad eradicandam controversiam, quam commentarii opinionibus traditis nixi post majores experti sunt. Tum sapientia cernitur in dilatione hujus commentarii patefaciendi ad hoc tempus, quae post nongentos annos patefactio pietatis est, cujus vestigium plane est obliteratum, quandoquidem ea mandato corruptionis finem imponit, quod ex mandatis Satanae est, quatenus dicit: „Et quidem praecipiam eis, ut immutent creaturam Dei." Et Judaei certe prophetae sociis post ejus mortem dixerunt: Certe religio prophetae vestri post nongentos annos renovabitur — convenienter iis, quae in Pentateucho invenerunt negantes, eum prophetam exspectandum esse, et nescientes, renovatorem *Mohammed*em ipsum esse spiritu suo adjutum. Et mandatum mihi est, ait, ut tractatum pietatis turcice scriberem; at non scribere statui, timens consilium perversorum hominum, quatenus pietatem ad impietatem haereticam referunt. Tum mihi mandatum est, ut versus Corani per notas scriberem, ut secundum opinionem hominum tabula fatorum exarata est. — 9987. Kitáb tacwím el-tahdíd, libri duo Aristotelis tabulam definitionum continentes. — 9988. Kitáb tekawwon el-heiwán, libri Aristotelis quinque de generatione animalium. — 9989. Kitáb el-temyíz we el-fasl, liber distinctionis et separationis, auctore *Abu'lmajd Ismaîl Ben Bátísh*, anno 655 (inc. 19. Jan. 1257) mortuo. *Moslim* librum ejusdem tituli de re traditionaria edidit. —

٩٩٩٠. كتاب تناسل الحيوان مقالتان لارسطو ٩٩٩١ كتاب التنقل لارسطو ٩٩٩٢ كتاب
تنكلوشاه البابلى ٩٩٩٣ كتاب التوّابين للشيخ موفّق الدين ابى محمد عبد الله بن احمد
ابن محمد بن قدامة المقدسى الحنبلى المتوفى سنة ٦٢٠ بدأ فيه بذكر توبة الملائكة ثم
الانبيآء ثم ملوك الامم ثم اصحاب نبينا ثم ملوك الاسلام ثم احاد هذه الامم ٩٩٩٤ كتاب
التواضع والخمول لابن ابى الدنيا ٩٩٩٥ كتاب التوبة لاحمد بن اسحق المعروف بابن
صبيح الجوزجانى المتوفى سنة ولاسمعيل المتكلّم ٩٩٩٦ كتاب التوبة والاسف والحذر فى
المؤتنف للامام الواعظ ابى عبد الله الجوهرى اوله الحمد لله الذى اخرج الحبّ وانزل
الرزق الخ تأريخ تحريره سنة ٧٣٦ ٩٩٩٧ كتاب التوبيخ لابى الشيخ ابن حبّان [ الحافظ
ابى محمد عبد الله بن محمد الاصفهانى المتوفى سنة ٣٦٩ ] ٩٩٩٨ كتاب التوجّه للربّ
بدعوات الكرب لارسطو على مذهب سقراط ٩٩٩٩ كتاب التوحيد واثبات الصفات

---

9990. Kitáb tenásol el-heiwán, duo Aristotelis libri de generatione animalium continua. — 9991. Kitáb el-tenaccol, liber Aristotelis de translatione. — 9992. Kitáb Tenklusháh, liber *Tenklusháhi Bábili*. — 9993. Kitáb el-tewwábín, liber resipiscentium, auctore Sheikh *Mowaffic-ed-dín Abu Mohammed Abdallah Ben Ahmed Ben Mohammed Ben Codáma Mocaddesi* Hanbalita, anno 620 (inc. 4. Febr. 1223) mortuo. Disputat ab initio de poenitentia angelorum, et pergit ad poenitentiam prophetarum, regum populorum diversorum, sociorum prophetae nostri, principum Mohammedanorum et singulorum in his populis. — 9994. Kitáb el-tewádho' we el-homúl, liber de animi submissione et patientia, auctore *Ibn Abi'ldunyá*. — 9995. Kitáb el-taubet, liber poenitentiae, auctoribus *Ahmed Ben Is'hac Jauzejáni*, vulgo *Ibn Sabíh* dicto et anno .... mortuo, et *Ismaíl* Metaphysico. — 9996. Kitáb el-taubet we el-asaf we el-hadzr, liber poenitentiae, moeroris et cautionis de futuro tempore, auctore Imám *Abu Abdallah Jauheri* Concionatore. Incipit ita: Laus Deo, qui amorem elicit et res ad vitam necessarias coelitus demittit etc., et anno 736 (inc. 21. Aug. 1335) scriptus est. — 9997. Kitáb el-taubíkh, liber comminationis, auctore *Abu'lsheikh Ibn Hibbán* [Hafitz *Abu Mohammed Abdallah Ben Mohammed Isfaháni*, anno 369 (inc. 29. Jul. 979) mortuo]. — 9998. Kitáb el-tewajjoh, liber conversionis ad dominum per preces tempore sollicitudinis. Scripsit Aristoteles secundum disciplinam Socratis. — 9999. Kitáb el-tauhíd we ithbát el-sifát, liber de cultu unius Dei et de affirmandis attributis,

لابى بكر محمد بن اسحق بن خزيمة النيسابورى المتوفى سنة ٣١١ اوله الحمد لله العلى العظيم الخ وهو على اجزآء ولابى منصور محمد بن محمد الماتريدى المتوفى سنة ٣٣٢ وللشيخ عبد الغفار بن نوح القوصى سمّاه الوحيد ولابى عبد الله محمد بن اسحق بن منده [الاصفهانى المتوفى سنة ٣٩٥] وللامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى مختصر اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ١٠٠٠٠ كتاب التوسعة فى كلام العرب ليعقوب بن اسحق ابن السكّيت [المتوفى سنة ٢٤٤]

١٠٠٠١ كتاب التوكّل لابن ابى الدنيا والمهدى الحسين بن القاسم وهو من كتاب التنوخى والتجدّد ١٠٠٠٢ كتاب التوهّم فى الامراض والعلل لابى قبيل الهندى ١٠٠٠٣ كتاب التيجان لابن هشام

## الثاء

١٠٠٠٤ كتاب ثابت بن قرة ١٠٠٠٥ كتاب الثالوجيا اى الربوبيّة لبرقلس الافلاطونى وللاسكندر الافرودسى مقالة وقد ترجم هذا الكتاب ابو عثمان الدمشقى المتوفى سنة

---

auctoribus *Abu Bekr Mohammed Ben Is'hac Ben Khazíma Nisábúri*, anno 311 (inc. 21. Apr. 923) mortuo, cujus liber ita incipit: Laus Deo excelso, magno etc., et in fasciculos distributus est — *Abu Mansúr Mohammed Ben Mohammed Materídi*, anno 332 (inc. 4. Sept. 943) mortuo — Sheikh *Abd-el-ghaffár Ben Núh Cusi*, cujus liber *El-Wehíd* inscriptus est — *Abu Abdallah Mohammed Ben Is'hac Ben Mendeh* [*Isfaháni*, anno 395 (inc. 8. Oct. 1004) mortuo] — Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, cujus compendium ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. — 10000. Kitáb el-tausiat, liber amplificationis in oratione Arabum, auctore *Yacúb Ben Is'hac Ibn-elsikkít*, [anno 244 (inc. 19. Apr. 858) mortuo]. — 10001. Kitáb el-tewakkol, liber fiduciae in providentia divina, auctoribus *Ibn Abi'ldunya* et *El-Mehdi El-Hosein Ben-elcásim*, cujus liber e scripto *El-Tenúhi we El-Tejaddod* sumtus est. — 10002. Kitáb el-tewahhom, liber opinationis de morbis et infirmitatibus, auctore *Abu Cabíl Hindi*. — 10003. Kitáb el-tiján, liber coronarum, auctore *Ibn Hishám*.

Libri quorum tituli praemisso verbo *kitáb* a litera *Thá* incipiunt.

10004. Kitáb Thábith, liber *Thábiti Ben Corra*. — 10005. Kitáb el-thálújiyá, liber theologiae i. e. doctrinae religionis divinae, auctoribus Proclo Platonico et Alexandro Aphrodisiensi. Hunc librum *Abu Othmán Dimeshki*, anno

١٠٠٠٦ كتاب الثقات للحافظ محمد بن حبان البستى [المتوفى سنة ٣٥٤] جمع فيه واحاط وهو عمدة المحدّثين فى هذا الفنّ ١٠٠٠٧ كتاب الثمار للامام ابى منصور المظفر بن الحسين ابن هرثمة الفارسى ١٠٠٠٨ كتاب الثواب فى الحديث لابى الشيخ ابى محمد عبد الله بن محمد بن جعفر بن حبّان [المتوفى سنة ٣٦٩]

## الجيم

١٠٠٠٩ كتاب جاماسب ١٠٠١٠ كتاب الجبال والامكنة والمياه للشيخ ابى القاسم محمود بن عمر الزمخشرى [المتوفى سنة ٥٣٨] مختصر مرتّب على الحروف ١٠٠١١ كتاب جبر المحض لارسطو اوضح فيه واحاط ١٠٠١٢ كتاب الجبر والمقابلة لابى حنيفة احمد بن داود الدينورى المتوفى سنة ٢٨١ ولابى العباس احمد بن محمد الطبيب السرخسى المتوفى سنة ٢٨٦ ولمحمد ابن موسى الخوارزمى اوله الحمد لله على نعمه بما هو اهله الخ وهو اوّل من صنّف فيه قال ابو

---

. . . mortuus, transtulit. — 10006. **Kitáb el-thicát**, liber de viris fide dignis, auctore Háfitz *Mohammed Ben Hibbán Bosti*, [anno 354 (inc. 7. Jan. 965) mortuo], qui amplissime et doctissime rem tractavit. Ad hunc librum traditionarii tanquam ad adminiculum doctrinae suae recurrunt. — 10007. **Kitáb el-thimár**, liber fructuum, auctore Imám *Abu Mansúr Motzaffer Ben-elhosein Ben Harthama Fárisi.* — 10008. **Kitáb el-thewáb**, liber remunerationis ad rem traditionariam pertinens, auctore *Abu Mohammed Abdallah Ben Mohammed Ben Ja'far Ben Hibbán*, vulgo *Abu'lsheikh* dicto [et anno 369 (inc. 29. Jul. 979) mortuo].

Libri quorum tituli praemisso verbo *kitáb* a litera *Jím* incipiunt.

10009. **Kitáb Jámásb**, liber *Jámásbi*. — 10010. **Kitáb el-jibál we el-emkinet we el-miyáh**, liber de montibus, locis et aquis, auctore Sheikh *Abu'lcásim Mahmúd Ben Omar Zamakhsheri*, [anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortuo]. Compendium alphabetice compositum. — 10011. **Kitáb el-jebr el-mahdh**, liber de reductione pura. Disputavit ibi clarissime et doctissime. — 10012. **Kitáb el-jebr we el-mocábelet**, liber reductionis per aequationem, auctoribus *Abu Hanífa Ahmed Ben Dawud Dineweri*, anno 281 (inc. 13. Mart. 805) mortuo — *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Serakhsi* Medico, anno 286 (inc. 17. Jan. 899) mortuo — *Mohammed Ben Musa Khowárezmi*, cujus liber ita incipit: Laus Deo pro ejus beneficiis talis, quali dignus est etc. Hic est primus, qui de Algebra scripsit. — *Abu*

كامل شجاع بن اسلم فى كتاب الوصايا بالجبر والمقابلة الفت كتابًا معروفًا بكمال الجبر وتمامه والزيادة فى اصوله واقمت الحجّة فى كتابى الثانى بالتقدمة والسبق للجبر والمقابلة لمحمد بن موسى والردّ على المحرّق المعروف بابى بردة ممّا ينسب الى عبد الحميد الّذى ذكر انّه جدّه وما بيّنت من تقصيره وقلّة معرفته فيما نسب الى جدّه رأيت ان اؤلّف كتابًا فى الوصايا بالجبر والمقابلة ولابى كامل المذكور كتاب الجبر والمقابلة مجلّد اوله الحمد لله اعدل من حكم واحكم من علم الخ ذكر انّه كان كثير النظر فى كتب العلمآء بالحساب فرأى كتاب محمد بن موسى الخوارزمى المعروف بالجبر والمقابلة اصحّها اصلًا واصدقها قياسًا وكان ممّا يجب له علينا من التقدمة والاقرار له بالمعرفة والفضل اذ كان السابق الى كتاب الجبر والمقابلة والمبتدى له والمخترع لما فيه من الاصول التى فتح الله لنا بها ما كان منغلقًا وقرّب بها ما كان متباعدًا وسهل بها ما كان معسّرًا ورأيت فيه مسآئل ترك شرحها وايضاحها ففرعت

---

*Kámil Shojá' Ben Aslem* in libro *El-Wesáyá bi'ljebr we el-mocábelet:* Composui, inquit, librum titulo *Kemál el-jebr* notum, qui perfectam Algebrae doctrinam et additamenta ad ejus principia continet; et argumentis in libro meo secundo confirmavi, libro *Mohammedis Ben Musa* de reductione per aequationem primas partes et palmam dandas esse, *Moharric* autem vulgo *Abu Borda* dictum in iis refutare studui, quae ad *Abd-el-hamíd* auctorem, quem unum majorum suorum esse dicit, retulit; et cum in iis locis, quos ad illum majorem retulit, imbecillitatem et scientiae exiguitatem detegerem, statui, ut librum de praeceptis reductionis per aequationem componerem. Idem *Abu Kámil* laudatus librum de aequatione per reductionem scripsit volumine comprehensum, quod ita incipit: Laus Deo statuto justiori et doctrina doctiori etc. Narrat ibi, se libros virorum doctorum de arithmetica studiosissime legisse; tum autem perspexit, librum *Mohammedis Ben Musa Khowárezmi* titulo *El-Jebr we El-Mocábelet* insignitum principio verissimo et argumentatione niti perfectissima. Pertinet enim ad ea scripta, quibus a nobis priores partes tribuendae sint et quae ut confiteamur cogant, auctorem non solum rem cognoscere sed scientia excellere, cum primus omnium ad librum reductionis per aequationem componendum accesserit, initium ea de re scribendi fecerit et plane nova ibi produxerit principia, quibus Deus nobis occlusa aperuit, nos ad eorum cognitionem propius adduxit, quae longius remota essent et cognitionem eorum quae difficiliora essent nobis faciliorem reddidit. Vidi autem in libro quaestiones, quarum interpretationem et explicationem omisit, et ex iis multas

منها مسآئل كثيرة يخرج اكثرها الى غير الضروب السنة التى ذكرها الخوارزمى فى كتابه فدعانى الى كشف ذلك وتبيينه فألّفت كتابًا فى الجبر والمقابلة ورسمت فيه بعض ما ذكره محمد بن موسى فى كتابه وبيّنت شرحه واوضحت ما ترك الخوارزمى ايضاحه وشرحه الخ ١٠٠١٣ كتاب الجدرى والحصبة مقالتان لابى جعفر احمد بن محمد الطبيب المتوفى سنة ٣٦٠. ١٠٠١٤ كتاب الجدل لابى منصور محمد بن محمد الماتريدى [توفى سنة ٣٣٣] وهو متعلّق باصول الفقه ولابى احمد الفارسى السمرقندى الشافعى ١٠٠١٥ كتاب الجدل للشريف شرحه سيف الدين الآمدى ١٠٠١٦ كتاب الجدل المسمّى فى لغة اليونان بطوبيقا ثمان مقالات لارسطاطاليس نقله اسحق بن حنين الى السريانى ونقل يحيى بن عدى ذلك النقل الى العربى ونقل الدمشقى منه سبع مقالات وابراهيم بن عبد الله الثامنة وللفارابى تفسيره ومختصره وفسّر الاسكندر لبعض مقالات الاولى والسادسة والخامسة والسابعة والثامنة وابونيوس فسّره ايضا ١٠٠١٧ كتاب الجدل الملحق بالاوسط للشيخ الرئيس ابى على حسين بن عبد الله ابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨

---

quaestiones separavi, quarum major pars in alias quam illas sex species cadit, quas *Khowárezmi* in libro commemorat. — Quo factum est, ut ad has enodandas et explicandas excitarer et librum componerem de reductione per aequationem. Notavi ibi signis nonnulla eorum, quae *Mohammed Ben Musa* in libro commemoravit, ejus explicationem distinxi, et quae *Khowárezmi* explicare et interpretari omisit, explicui etc. — 10013. **Kitáb el-jedri we el-hasbet**, liber de variolis et morbillis. Duae dissertationes, auctore *Abu Ja'far Ahmed Ben Mohammed* Medico, anno 360 (inc. 5. Nov. 970) mortuo. — 10014. **Kitáb el-jedl**, liber de topica, auctoribus *Abu Mansúr Mohammed Ben Mohammed Materídi*, [anno 333 (inc. 24. Aug. 944) mortuo], cujus liber principia juris spectat, et *Abu Ahmed Fárisi Samarcandi* Shafiita. — 10015. **Kitáb el-jedl**, liber de topica, quem *El-Sherif* scripsit, et *Seif-ed-dín Amidi* explicuit. — 10016. **Kitáb el-jedl**, liber de doctrina *jedl*, quam Graeci lingua sua topicam appellant. Octo libri Aristotelis, quos *Is'hac Ben Honein* in linguam Syriacam transtulit. — Hanc translationem *Yahya Ben Adi* arabice vertit. *Dimesheki* septem libros vertit, et *Ibráhím Ben Abdallah* librum octavum. *Fárábi* librum interpretatus est et in epitomen coegit. Alexander nonnullos libros interpretatus est, primum, sextum, quintum, septimum, octavum, et Ammonius quoque opus exposuit. — 10017. **Kitáb el-jedl el-molhac bi'l Ausat**, liber de topica ex libro medio (*Ausat*) formatus, auctore Sheikh Reyís *Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Sina*, anno 428

ولابى منصور ماتريدى ١٠٠١٨ كتاب الجديد للامام محمد بن ادريس الشافعى [المتوفى سنة ٢٠٤] ١٠٠١٩ كتاب الجرّاح لبقراط ١٠٠٢٠ كتاب جرمى الشمس والقمر وبعديهما لارسطو سبعة عشر شكلا حرّره نصير الدين ١٠٠٢١ كتاب جرمى النيّرين وبعديهما لارسطرخس تسعة عشر [شكلا] فرغ من تأليفه رب به جنى واصل ارسطو اى الصالح وارخس اى الرئيس فركّبوا واسقطوا الواو والالف مخفّفا ١٠٠٢٢ كتاب الجفر للامام جعفر الصادق [بن الامام محمد الباقر المتوفى سنة ١٤٨] ١٠٠٢٣ كتاب الجلالة للشيخ محيى الدين ابى عبد الله محمد [بن محمد] بن على ابن عربى الطائى الحاتمى الاندلسى المتوفى سنة ٦٣٨ اوله الحمد لله بالله حمدا لا يعلمه الّا هو الخ تكلّم فيه على لفظ الجلالة واسرارها واشاراتها وكتب بخطّه سنة ٦٢٨ ١٠٠٢٤ [كتاب الجلال لابى خطيب ذاريا محمد بن احمد بن سليمان الدمشقى المتوفى سنة ٨١٠] ١٠٠٢٥ كتاب الجلى فى الحساب الهندى للموفّق البغدادى المذكور

---

(inc. 25. Oct. 1036) mortuo. *Abu Mansúr Materídi* de eadem re scripsit. — 10018. **Kitáb el-jedíd**, liber de rebus novis, auctore Imám *Mohammed Ben Idrís* Shafiita, [anno 204 (inc. 28. Jun. 819) mortuo]. — 10019. **Kitáb el-jerráh**, liber chirurgi vulnerarii, auctore Hippocrate. — 10020. **Kitáb jirmei el-shems we el-camar we bo'deihimá**, liber Aristotelis de magnitudinibus et distantiis solis et lunae. Septendecim figurae. *Nasír-ed-dín* librum castigavit et correxit. — 10021. **Kitáb jirmei el-nayyirein we bo'deihimá**, liber Aristarchi de magnitudinibus et distantiis duorum luminum solis et lunae, cujus compositionem anno 276 (? ante Chr. n.) absolvit. Undeviginti figurae. Nomen „Aristarchus" derivatur ab „*aristu*" i. e. optimus, et „*archos*" i. e. princeps. In compositione autem literam *Wáw* et *Elif* sive Hamzam suppressam ejecerunt. — 10022. **Kitáb el-jefr**, liber de tabula *Jefr*, auctore Imám *Ja'far El-Sádic* [*Ben* El-Imám *Mohammed El-Báckir* (magni), anno 148 (inc. 27. Febr. 765) mortuo]. — 10023. **Kitáb el-jelálet**, liber de majestate, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Abu Abdallah Mohammed* [*Ben Mohammed*] *Ben Ali Ibn Arabi Táyi Khátimi Andalusi*, anno 638 (inc. 23. Jul. 1240) mortuo. Orditur ita: Laus Deo per Deum talis, qualem nemo scit nisi is ipse etc., et ibi disputat de voce „*jelálet*", ejus virtutibus arcanis et indiciis occultis, et manu sua anno 628 (inc. 9. Nov. 1230) scripsit. — 10024. [**Kitáb el-jelál**, liber de magnitudine divina, auctore *Abu Khatíb Dzuriyá Mohammed Ben Ahmed Ben Soleimán Dimeshcki*, anno 810 (inc. 8. Jun. 1407) mortuo]. — 10025. **Kitáb El-Jeli**, liber clarus de ratione Indica, auctore *Mowaffic-ed-dín Baghdádi*, sub

في الانصاف    ١٠٠٢٦ كتاب الجمان في تشبيهات القرآن لعبد الله بن محمد المعروف بالبندار ١٠٠٢٧ كتاب الجمعة لابي عبد الرحمن النسائي ° ١٠٠٢٨ كتاب الجمع والتثنية لابي زيد سعيد بن اوس الخزرجي [المتوفى سنة ٢١٥] ١٠٠٢٩ كتاب الجمع والفرق لسراج الدين يونس بن عبد المجيد الهذلي الارمنتي المتوفى سنة ٧٢٥ ١٠٠٣٠ كتاب الجمهرة للخوارزمي ١٠٠٣١ [كتاب الجمهرة لابن دريد مرّ في الجيم] ١٠٠٣٢ كتاب الجنان ورياض الازهار للقاضي الرشيد احمد بن علي [المتوفى سنة] ١٠٠٣٣ كتاب الجنس وشرفه خمس مقالات لارسطو ١٠٠٣٤ كتاب الجنين للدخوار [الطبيب عبد الرحيم بن علي الدمشقي المتوفى سنة ٦٢٨] المذكور في الاغاني ١٠٠٣٥ كتاب جوامع الصناعات مقالة لارسطو ١٠٠٣٦ كتاب الجهاد للشيخ عزّ الدين ابن الاثير علي بن محمد الجزري [المتوفى سنة ٦٣٠] ولابي سليمان حمد بن محمد الخطابي [المتوفى سنة ٣٨٨] وللامام عبد الله بن المبارك [الحنظلي المتوفى

---

*El-Insáf* laudato. — 10026. Kitáb el-jomán, liber margaritarum de assimilationibus coranicis, auctore *Abdallah Ben Mohammed,* vulgo *Bondár* dicto. — 10027. Kitáb el-jom'at, liber conventus, auctore *Abu Abd-el-rahman Nesáyi.* — 10028. Kitáb el-jam'i' we el-tethniyet, liber de plurali et duali, auctore *Abu Zeid Saíd Ben Aus Khazreji,* [anno 215 (inc. 28. Febr. 830) mortuo]. — 10029. Kitáb el-jam'i' we el-farc, liber conjunctionis et separationis, auctore *Siráj-ed-dín Yunos Ben Abd-el-mejíd Hodzeli Armenti,* anno 725 (inc. 18. Dec. 1324) mortuo. — 10030. Kitáb el-jemheret, liber collectionis, auctore *Khowárezmi.* — 10031. [Kitáb el-jemheret, liber corporis lexicologici ab *Ibn Doreid* collecti, de quo in litera *Jím* dictum est]. — 10032. Kitáb el-jinán, liber hortorum et viridaria florum, auctore Cádhi *El-Reshíd Ahmed Ben Ali,* [anno . . . mortuo]. — 10033. Kitáb el-jins we sherefihi, libri Aristotelis quinque de genere ejusque nobilitate. — 10034. Kitáb el-jenín, liber de foetu, auctore *Dekhwár* [*Abd-el-rehím Ben Ali Dimeshcki* Medico, anno 628 (inc. 9. Nov. 1230) mortuo]. Laudatur in libro *Aghání.* — 10035. Kitáb jewámi' el-sináát, liber Aristotelis de concilio artium. — 10036. Kitáb el-jihád, liber de bello sacro, auctoribus Sheikh *Izz-ed-dín Ali Ben Mohammed Jezeri,* vulgo *Ibn-elathír* dicto [et anno 630 (inc. 18. Oct. 1232) mortuo] — *Abu Soleimán Hamd Ben Mohammed Khattábi,* [anno 388 (inc. 3. Jan. 998) mortuo] — Imám *Abdallah Ben-elmobárek* [*Hantzali,*

سنة ١٨١] وهو اول مؤلّف الّف فيه كما فى مشارع الاشواق [ولثابت بن نذير القرطبى المالكى المتوفى سنة ٣١٨] ١٠٠٣٧ كتاب الجيم فى اللغة لابى عمرو اسحق بن مرار الشيبانى الكرمانى المتوفى سنة ٢٠٦ وقيل لابى عمرو شمر بن حمدويه الهروى المتوفى سنة والمشهور فى وجه تسمية انّه بدأ من حرف الجيم لكن قال ابو الطيّب اللغوى وقفت على نسخة منه فلم نجده مبتداء من الجيم والله اعلم روى انّه اودعه تفسير القرآن وغريب الحديث وكان ضنينا به لم ينسخ فى حيوته ففقد بعد موته ١٠٠٣٨ كتاب الجيم لنضر بن شميل النحوى المتوفى سنة ٢٠٤

## الحاء

١٠٠٣٩ كتاب حبل على حبل لبقراط ١٠٠٤٠ كتاب الحثّ على طلب الولد للشيخ تاج الدين على بن انجب البغدادى المتوفى سنة ٦٧٤ ١٠٠٤١ كتاب حجة الوداع من تأليف الحافظ ابى

---

anno 181 (inc. 5. Mart. 797) mortuo], cujus liber primus est, qui, ut in *Meshári' el-ashwác* legitur, de hoc argumento est compositus — [et *Thábit Ben Nedzír Cortubi* Malikita, anno 318 (inc. 3. Febr. 930) mortuo]. — 10037. Kitáb el-jím, liber lexicologicus literae *Jím*. Composuit *Abu Amru Is'hac Ben Mirár Sheibáni Kermáni*, anno 206 (inc. 6. Jun. 821) mortuus, sive, ut alii volunt, *Abu Amru Shamir Ben Hamdaweih Herewi*, anno . . . mortuus. Ex opinione vulgata liber titulo *El-Jím* eam ob caussam insignitus est, quod a litera *Jím* incipiat. At *Abu'ltayyib* Lexicologus: Incidi, inquit, in exemplum, quod, salva meliore Dei scientia, minime a litera *Jím* incipiens invenimus. Librum ille thesaurum fecisse traditur interpretationis Corani et verborum traditionis propheticae rarorum. Semper illum secum tenuit, ut eo vivo non describeretur. Jam post ejus mortem perditus est. — 10038. Kitáb el-jím, liber de litera *Jím*, auctore *Nadhr Ben Shomeil* Grammatico, anno 204 (inc. 28. Jun. 819) mortuo. —

Libri quorum tituli praemisso verbo *kitáb* a litera *Há* incipiunt.

10039. Kitáb habl ʿala habl, liber Hippocratis de superfoetatione. — 10040. Kitáb el-haththth, liber excitationis ad quaerendum filium, auctore Sheikh *Táj-ed-dín Alí Ben Anjeb Baghdádi*, anno 674 (inc. 27. Jun. 1275) mortuo. — 10041. Kitáb hajjet el-wedáʿ, liber de peregrinatione valedictionis, ab Háfitz *Abu*

محمد على بن احمد بن حزم الفارسى [ الظاهرى المتوفى سنة ٤٥٦ ] ١٠٠٤٢ كتاب الحج لمحمد بن الحسن املاه على اهل المدينة وهو مجلد ١٠٠٤٣ كتاب الحدود لارسطو ست عشره مقالات وفى مناقضة الحدود ايضا مقالتان وفى تقويم الحدود مقالتان له ايضا والرسوم لابى يعقوب اسحق بن سليمان الاسرائيلى الطبيب القيروانى المتوفى سنة ٣٢٠ ولهلال [ابن يحيى] بن مسلم الراى البصرى الحنفى [المتوفى سنة ٢٤٥] ولارسطيقوس اليونانى ويقال له كتاب الجبر نقله ابو الوفآء محمد بن محمد المحاسب واصلحه ثم شرحه وعلله بالبراهين الهندسية ١٠٠٤٤ كتاب الحدود مختصر فى اصول الفقه لعلى بن محمد الخلاطى [ المتوفى سنة ٧٠٨] ولابى عبيدة معمر بن مثنى النحوى البصرى [المتوفى سنة ٢٢١] وللغزالى ملكته ١٠٠٤٥ [كتاب الحدود والاحكام للمولى العلامة مصنفك متن على ترتيب الفقه وقد مرّ فى الحآء] ١٠٠٤٦ كتاب حرقيل ١٠٠٤٧ كتاب الحركات ثمانى مقالات لارسطو وله كتاب حركة الحيوان وتشريحها سبع مقالات وحركات للحيوان الكآئنة على الارض مقالة ١٠٠٤٨ كتاب حرمة المساجد

---

*Mohammed Ali Ben Ahmed Ben Hazm Fárisi* [*Tzáhiri*, anno 456 (inc. 25. Dec. 1063) mortuo,] compositus. — 10042. Kitáb el-hajj, liber de peregrinatione Meccana. Volumen, quod *Mohammed Ben-elhasan* Medinae incolis dictavit. — 10043. Kitáb el-hodúd, libri sedecim Aristotelis de definitionibus, porro libri duo de contradictione definitionum, pariterque libri duo de descriptione definitionum topicarum. De notis definitionum scripsit *Abu Yacúb Is'hac Ben Soleimán Isráili Cairawáni* Medicus, anno 320 (inc. 13. Jan. 932) mortuus, et *Hilál* [*Ben Yahya*] *Ben Moslim Rái Basri* Hanefita, [anno 245 (inc. 8. Apr. 859) mortuus], itemque Aristippus Graecus, cujus liber *Kitáb el-jebr* inscriptus est. Transtulit eum *Abu'lwefá Mohammed Ben Mohammed* rationum exactor et recognovit. Tum commentatus est et argumentis geometricis ejus propositiones probavit. — 10044. Kitáb el-hodúd, liber definitionum. Compendium de principiis juris, auctoribus *Ali Ben Mohammed Khiláti*, [anno 708 (inc. 21. Jun. 1308) mortuo] — *Abu Obeida Ma'mar Ben Mothanna Basri* Grammatico, [anno 221 (inc. 26. Dec. 835) mortuo] — et *Ghazáli*, cujus librum possideo. — 10045. [Kitáb el-hodúd we el-ahkám, liber definitionum et statutorum, auctore Molla doctissimo *Mosannifek*. Textus ad rationem librorum juridicorum dispositus, de quo supra vide in litera *Há*]. — 10046. Kitáb Harckíl, liber Heraclii (?). — 10047. Kitáb el-harakát, libri Aristotelis octo de motibus, septem libri de motu et anatomia animalium, et liber de motu animalium in terra facto. — 10048. Kitáb hormet el-mesájid, liber de sanctitate

لابى نعيم ١٠٠٤٩ كتاب الحروف الستة وهى السين والصاد والضاد والطآء والدال والذال لابى محمد عبد الله بن محمد البطليوسى [المتوفى سنة ٥٢١] جمع فيه الغرآئب ١٠٠٥٠ كتاب الحروف والعدد وخواصّهما للشيخ عبد الرحمن المغربى المتوفى سنة وللشيخ احمد البونى ١٠٠٥١ كتاب الحساب لابن البنآء المراكشى مفيد لخّص فيه ضوابط اعماله ثمّ شرحه بكتاب سمّاه رفع الحجاب وهو مستغلق على المبتدى لما فيه من البراهين الوثيقة المبانى وهو كتاب جليل القدر كان المشايخ فى المغرب يعظمونه وهو جدير بذلك ساوق فيه المؤلف الحساب والكامل ولخّص براهينهما وغيرها عن اصطلاح الحروف فيها الى علل معنويّة ظاهرة هى سرّ الحروف وزبدتها وهى كلّها مستغلقة وكتاب الحساب لابن محلى الموصلى وابن فلوس [شمس الدين اسمعيل بن ابراهيم الماردينى المتوفى سنة ٦٣٧] وشمول بن يحيى ١٠٠٥٢ كتاب الحسنآء فى حكمة الطبيعى لابى الحسن دانشمند من احفاد احمد الابيوردى ١٠٠٥٣ كتاب

---

templorum, auctore *Abu Noeim.* — 10049. **Kitáb el-horúf el-sittet**, libri de sex literis *Sín*, *Sád*, *Dhád*, *Tá*, *Dál* et *Dzál*, auctore *Abu Mohammed Abdallah Ben Mohammed Botolyusi*, [anno 521 (inc. 17. Jan. 1127) mortuo], qui hic res singulares collegit. — 10050. **Kitáb el-horúf we el-oded**, liber de literis et numeris eorumque qualitatibus, auctoribus Sheikh *Abd-el-rahman Maghribi*, anno . . . mortuo, et Sheikh *Ahmed El-Buni.* — 10051. **Kitáb el-hisáb**, liber arithmeticus admodum utilis, in quo *Ibn-elbenná Merákeshi* regulas vectigalium suorum cum delectu excerpsit. Tum commentarium in eum edidit *Raf'o' el-hijáb* dictum et tironi ad intelligendum nimis difficilem propter argumenta fundamentis solidioribus nixa, quae ibi proposita sunt. Liber multi pretii est, eumque Sheikhi Occidentis magni faciebant, et sane hac celebritate est dignus. Auctor enim ibi cum libris *Hisáb* et *Kámil* gloria certat, quorum argumenta potiorem partem excerpsit, et terminologiam literarum in iis usitatam in perspicuas propositiones logicas mutavit, quibus argumenta stabilirentur. Hae literarum arcanum continent et essentiam intimam; omnia autem difficilia sunt intellectu. Praeterea libros arithmeticos scripserunt *Ibn Mahalli Mausili*, [*Shems-ed-dín Ismaíl Ben Ibráhím Máridíni*], vulgo *Ibn Folús* dictus [et anno 637 (inc. 3. Aug. 1239) mortuus], et *Samuel Ben Yahya.* — 10052. **Kitáb el-hasná**, liber pulchrae de philosophia naturali, auctore *Abu'lhasan Dánishmend*, qui ex nepotibus *Ahmed*is *Abiwerdi* est. — 10053. **Kitáb el-hosn**

الحسن والقبح في الكلام لمحمد بن محمد الحسيني المشتهر بالحكيمي اوله الحمد لله الذي لا حاكم في الوجود سواه الخ لخّصه القاضي ابو الوليد محمد بن رشد الاندلسي [المتوفى سنة ٥٢٠] ١٠٠٥٤ كتاب الحسّ والمحسوس ثلاث مقالات لارسطو قيل لا يعرف لهذا الكتاب نقل وانّما الموجود شيء يسير منه اقول رأيته تماما وفي كتاب بطلميوس مقالة ولابي عبد الملك بن فرج ولموفق الدين البغدادي في ثلاث مجلّدات ١٠٠٥٥ كتاب الحشائش والنبات لديسقوريدس داوم اربعين سنة على معرفة منافعها حتى وقف على منافع البذور والحبوب والقشور واللبوب وصنّف واخبر به تلامذته ١٠٠٥٦ كتاب الحضّ على الفلسفة ثلاث مقالات لارسطو ١٠٠٥٧ كتاب حفظ الصحّة للشريف احمد بن عبد السلام [الصقلي] التونسي مختصر الّفه لابي فارس عبد العزيز بن احمد وبوّبه ثمانين بابا ١٠٠٥٨ كتاب الحفظ والنسيان لابي موسى المديني [المتوفى سنة ٥٨١] ولابي طاهر محمد بن علي بن محمد بن علي ١٠٠٥٩ كتاب الحقّ للشيخ محيي الدين محمد بن علي ابن عربي [المتوفى سنة ٦٣٨] اوله

---

we el-cobh, liber pulchritudinis et turpitudinis de metaphysica, auctore *Mohammed Ben Mohammed Hoseini*, vulgo *El-Hakími* dicto. Librum, qui ita incipit: Laus Deo, praeter quem non est inter res creatas judex etc., Cádhi *Abu'lwelíd Mohammed Ben Roshd Andalusi*, [anno 520 (inc. 27. Jan. 1126) mortuus], cum delectu excerpsit. — 10054. Kitáb el-hass we el-mahsús, libri Aristotelis tres de sensu et sensibili. Translatio, ut dicunt, hujus libri minime innotuit, et pars tantum exigua libri existit. Vidi tamen, inquam, eum totum, et in Ptolemaei scripto liber legitur. Eandem materiam tractarunt *Abu Abd-el-melik Ben Faraj* et *Mowaffic-ed-dín Baghdádi*, cujus liber tria volumina complectitur. — 10055. Kitáb el-hasháish we el-nebát, liber Dioscoridis de re herbaria. Consumsit ille quadraginta annos in cognoscendis herbarum virtutibus utilibus, donec proprietates utiles seminum, baccarum, corticum et medullarum perspiceret. Tum scripsit discipulosque eas docuit. — 10056. Kitáb el-hadhdh ala el-filsefet, libri Aristotelis tres de exhortatione ad philosophiam. — 10057. Kitáb hiftz el-sihhet, liber de conservanda sanitate. Compendium, quod Sheríf *Ahmed Ben Abd-el-selám* [*Sickilli*] *Taunesi Abu Fáriso Abd-el-azíz Ben Ahmed* composuit et in octoginta capita distribuit. — 10058. Kitáb el-hiftz we el-nisyán, liber de vi memoriae et oblivione, auctoribus *Abu Musa Medíni*, [anno 581 (inc. 4. Apr. 1185) mortuo], et *Abu Táhir Mohammed Ben Ali Ben Mohammed Ben Ali*. — 10059. Kitáb el-hacc, liber veritatis, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali Ibn Arabi*, [anno 638 (inc. 23.

الحمد لله لذات الواحد من جميع الوجود الخ] ١٠٠٦٠ كتاب الحق والحقيقة للشيخ احمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ١٠٠٦١ كتاب الحكايات فى الفروع لمحمد بن شجاع ولابى جعفر الطحاوى ١٠٠٦٢ كتاب الحكمة لابى عبد الله احمد بن حرب النيسابورى المتوفى سنة ٢٣٤ ١٠٠٦٣ كتاب حكم الوالدين فى مال ولدهما لابى حفص البرمكى ١٠٠٦٤ كتاب الحلال والحرام لمحمد بن شجاع ١٠٠٦٥ كتاب الحلم لابن ابى الدنيا ١٠٠٦٦ كتاب الحلى والثياب لابى الحسين احمد بن سعد الكاتب الاصفهانى المتوفى فى حدود سنة ٣٥٠ ١٠٠٦٧ كتاب الحلى والثياب مختصر لابى نصر محمد بن اسمعيل بن عبد الوارث المذحجى على ستة ابواب فى [الوان] ادم والخيل والبغال والحمير والابل والبقر واوصافها ١٠٠٦٨ كتاب الحمام لابى عبيدة معمر بن مثنى البصرى [المتوفى سنة ٢٢١] ولابى اسحق ابراهيم بن اسحق الحربى المتوفى فى حدود سنة ٢٨٥ ١٠٠٦٩ كتاب الحمى المحرقة لبقراط ١٠٠٧٠ كتاب الحمقاء

---

Jul. 1240) mortuo. Incipit ita: Laus Deo, quod per essentiam suam inter omnes res creatas unicus est etc.]. — 10060. **Kitáb el-hacc we el-hackícat**, liber veri et veritatis, auctore Sheikh *Ahmed Ben Mohammed Ghazáli*, anno . . . mortuo. — 10061. **Kitáb el-hicáyát**, liber narrationum de partibus juris derivatis, auctoribus *Mohammed Ben Shojá'* et *Abu Ja'far Teháwi*. — 10062. **Kitáb el-hikmet**, liber philosophiae, auctore *Abu Abdallah Ahmed Ben Harb Nisábúri*, anno 234 (inc. 5. Aug. 848) mortuo. — 10063. **Kitáb hokm el-wálidein**, liber arbitrii parentum de opibus filiorum, auctore *Abu Hafs Bermeki*. — 10064. **Kitáb el-halál we el-harám**, liber de rebus licitis et illicitis, auctore *Mohammed Ben Shojá'*. — 10065. **Kitáb el-hilm**, liber patientiae, auctore *Ibn Abi'ldunya*. — 10066. **Kitáb el-holí we el-thiyáb**, liber ornamentorum et vestium, auctore *Abu'lhosein Ahmed Ben Sa'd Isfaháni* Scriba, circa annum 350 (inc. 20. Febr. 961) mortuo. — 10067. **Kitáb el-holí we el-thiyáb**, liber ornamentorum et vestium. Compendium, quod *Abu Nasr Mohammed Ben Ismail Ben Abd-el-wárith Madhiji* in sex capita disposuit de [coloribus] hominum, equorum, mulorum, asinorum, camelorum, boum eorumque qualitatibus. — 10068. **Kitáb el-hammám**, liber balnei, auctoribus *Abu Obeida Ma'mar Ben Mothanna Basri*, [anno 221 (inc. 26. Dec. 835) mortuo], et *Abu Is'hac Ibráhím Ben Is'hac Harbi*, circa annum 285 (inc. 28. Jan. 898) mortuo. — 10069. **Kitáb el-homa el-mohricat**, liber Hippocratis de febribus ardentibus. — 10070. **Kitáb el-homacá we el-moghaffelín**, liber stultorum

والمغفّلين لابن الجوزى ابى الفرج [عبد الرحمن بن على بن محمد الحنبلى المتوفى سنة ٥٩٧] وللشهاب احمد بن محمد الحجازى المتوفى سنة ٨٧٥ رتّبه على الحروف ١٠٠٧١ كتاب الحميات لجالينوس الطبيب شرحه ابو جعفر احمد بن محمد الطبيب المتوفى سنة ٣٦٠ وللاسرائيلى اختصره موفق الدين البغدادى المذكور فى الانصاف ١٠٠٧٢ كتاب الحنثاء لابن ابى العقار عبد الله بن محمد القاضى المتوفى سنة ١٠٠٧٣ كتاب حنين بن اسحق ١٠٠٧٤ كتاب الحوادث والبدع لابى بكر محمد بن الوليد الطرطوشى المتوفى سنة ١٠٠٧٥ كتاب الحوائج والجوامع لابى سعيد قطب الدين هبة الله بن الحسن الماوردى ١٠٠٧٦ كتاب الحيوة والموت لارسطو مقالة ١٠٠٧٧ كتاب الحيض لابى الفضل الكرمانى [ركن الدين] الحنفى [المتوفى سنة ٥٤٣] وابى عبيد قاسم بن سلام النحوى [المتوفى سنة] وللامام الازهرى [المتوفى سنة ٣٧٠ وحسام الدين الشهيد المتوفى سنة ولابى عبد الله الزعفرانى] وللقاضى عماد

---

et hebetum, auctore *Abu'lfaraj* [*Abd-el-rahman Ben Ali Ben Mohammed* Hanbalita], vulgo *Ibn-eljauzi* dicto [et anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo], et *Shehâb-ed-dîn Ahmed Ben Mohammed Hijâzi*, anno 875 (inc. 30. Jun. 1470) mortuo, cujus liber secundum literas dispositus est. — 10071. Kitâb el-hommayât, liber Galeni medici de febrium differentiis, quem *Abu Ja'far Ahmed Ben Mohammed* Medicus, anno 360 (inc. 5. Nov. 970) mortuus, commentatus est. De eadem re scripsit *Israîli*, cujus librum *Mowaffic-ed-dîn Baghdâdi*, in *El-Insâf* commemoratus, in epitomen contraxit. — 10072. Kitâb el-honathâ, liber perjurorum, auctore Câdhi *Abdallah Ben Mohammed*, vulgo *Ibn Abi'laccâr* dicto et anno . . . mortuo. — 10073. Kitâb Honein, liber *Honeini Ben Is'hac*. — 10074. Kitâb el-hawâdith we el-bida', liber rerum recenter accidentium et eventuum novorum, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben-elwelîd Tartûshi*, anno . . . mortuo. — 10075. Kitâb el-hawâij we el-jewâmih, liber rerum necessariarum et arbitrariarum, auctore *Abu Saîd Cotb-ed-dîn Hibatallah Ben-elhasan Mâwerdi*. — 10076. Kitâb el-hayât we el-maut, liber Aristotelis de vita et morte. — 10077. Kitâb el-heidh, liber de menstruis, auctoribus [*Rokn-ed-dîn*] *Abu'lfadhl Kermâni* Hanefita, [anno 543 (inc. 22. Mai. 1148) mortuo] — *Abu Obeid Câsim Ben Selâm* Grammatico, [anno . . . mortuo] — Imâm *Azheri*, [anno 370 (inc. 17. Jul. 980) mortuo — *Hosâm-ed-dîn El-Shehîd*, anno . . . mortuo — *Abu Abdallah Za'ferâni*] — Câdhi *Imâd-ed-dîn*, anno . . . mortuo — Imâm *Abu*

الدين المتوفى سنة والامام ابى بكر محمد بن ابى سهل السرخسى [المتوفى سنة ٥٤٤] ١٠٠٧٨ كتاب الحيطان للشيخ المرجى الثقفى الحنفى شرحه قاضى القضاة ابو عبد الله الدامغانى وللرشيد ايضا قال الرشيد وجدت مسآئل دعوى الحيطان والطرق ومسيل الماء من اصعب المسآئل فرأيت كتاب المرجى وشرحه لكنّه مفتقر الى التهذيب والتنقيح ضممت ما هنالك وللحسام الشهيد شرح كتاب المرجى اوله الحمد لله على نعمه الظاهرة الخ ذكر فيه انّه وجد مسآئل دعوى الحيطان والطرق ومسيل المياه من اصعب المسآئل مراما وكان يتلجلج فى صدرى ان يجمع ما تفرّق فى كتب اصحابنا من مسآئلها حتى وجد جمعًا منها للشيخ المرجى الثقفى بشرح قاضى القضاة ابى عبد الله الدامغانى لكن مفتقرًا الى التهذيب والتنقيح وذكر التفاصيل فى مقدمة لتبويبه تسهيلًا للامر فيه ورتّب على ثلث ابواب آ فى استحقاق الحائط بالجذوع ٢ الاتّصال فى بنآء الحآئط ٣ فى الجرادى والبوارى ١٠٠٧٩ كتاب الحيل لارسطو ولابى عمرو اسحق بن مراد الشيبانى المتوفى سنة وابن قتيبة عبد الله بن مسلم الدينورى

---

*Bekr Mohammed Ben Abi Sahl Serakhsi*, [anno 544 (inc. 11. Mai. 1149) mortuo]. — 10078. Kitáb el-hitán, liber de muris, auctoribus Sheikh *Merji Thacafi* Hanefita, in cujus librum Cádhi Supremus *Abu Abdallah Dameghâni* commentarium composuit, et *El-Reshid*. *El-Reshid:* Inveni, inquit, quaestiones de caussa murorum, viarum, alveorum in difficillimis esse, et *Merji*i librum vidi commentariumque; attamen recognitione ille et correctione eget; adjeci igitur quae hic propono. *Hosâm-ed-dín El-Shehíd* quoque commentarium in *Merji*i librum composuit, qui ita incipit: Laus Deo pro ejus beneficiis manifestis etc. Hic quoque dicit, quaestiones de caussa murorum, viarum et alveorum ad difficillimas quibus satisfieri possit pertinere. Itentidem, ait, in animo revolvi, ut quaestiones ea de re quae in scriptis amicorum meorum essent dispersae colligerentur, donec syllogen earum viderem a Sheikh *Merji Thacafi* compositam cum commentario Judicis Supremi *Abu Abdallah Dameghâni;* illa tamen recognitione et correctione egebat. — Recensuit autem singulas quaestionum partes in praefatione ad capita libri proponenda, ut studium argumenti facilius redderet, et librum in tria capita disposuit, quorum primum de propria murorum exstructione truncis composita agit, secundum de contigua murorum exstructione, tertium de arundinibus levibus et arundinibus fissis. — 10079. Kitáb el-hiyel, liber Aristotelis de mechanica, de qua praeterea scripserunt *Abu Amru Is'hac Ben Morád Sheibâni*, anno . . . mortuus — *Abdallah Ben Moslim Dineweri* Grammaticus, vulgo *Ibn Coteiba*

النحوى المتوفى سنة ومحمد بن زياد المعروف بابن الاعرابى اللغوى الكوفى المتوفى سنة وكتاب الحيل لابى سليمان الجوزجانى ولمحمد بن الحسن قال ابو سليمان كذبوا على محمد ليس له كتاب الحيل وانّما كتاب الحيل لورّاق انتهى ذكره تقى الدين ١٠٠٨٠ كتاب الحيوان المفترس لحسن بن احمد الهمدانى اليمنى المتوفى سنة ١٠٠٨١ كتاب الحىّ والميت لابن درستويه عبد الله بن جعفر النحوى [المتوفى سنة ٣٤٧]

## الخاء

١٠٠٨٢ كتاب الخافى لسامور الهندى ١٠٠٨٣ كتاب الخالص فى الكيمياء للشيخ جابر بن حيّان [الطرسوسى وقيل الطوسى امام علم الكيمياء المتوفى سنة ١٦٠] ذكر فيه اسرار الصنعة ١٠٠٨٤ كتاب الخالى والعاطل للحاتمى ١٠٠٨٥ كتاب ختم الاولياء للشيخ ابى عبد الله محمد ابن على الحكيم الترمذى [المتوفى سنة ٢٥٥] ١٠٠٨٦ كتاب الخراج للامام ابى يوسف يعقوب

---

dictus et anno ... mortuus — *Mohammed Ben Ziyád Kufi* Lexicologus, vulgo *Ibn-elarábi* dictus et anno ... mortuus — porro *Abu Soleimán Jauzejáni* — et *Mohammed Ben-elhasan.* Negant tamen, ut *Abu Soleimán* testatur, *Mohammed*em librum de mechanica scripsisse, *Werrá*cum autem talem edidisse idem dicit. Haec ille. — Narrat ista *Tacki-ed-dín.* — 10080. Kitáb el-heiwán el-mofteris, liber de bestiis rapacibus, auctore *Hasan Ben Ahmed Hemdáni Yemeni* Hanefita, anno ... mortuo. — 10081. Kitáb el-heyy we el-meit, liber de vivis et mortuis, auctore *Abdallah Ben Ja'far* Grammatico, vulgo *Ibn Dorostaweih* dicto [et anno 347 (inc. 25. Mart. 958) mortuo]. —

### Libri quorum tituli praemisso verbo *kitáb* a litera *Khá* incipiunt.

10082. Kitáb el-kháfi, liber occulti, auctore *Sámúr* Indo. — 10083. Kitáb el-khális, liber essentiae purae de Alchymia, auctore Sheikh *Jábir Ben Hayyán* [*Tarsúsi*, sive, ut alii volunt, *Túsi* antesignano artis alchymicae, anno 160 (inc. 19. Oct. 776) mortuo]. Describit ibi arcana artis alchymicae. — 10084. Kitáb el-kháli we el-átil, liber de vacuo et vano, auctore *Hátimi.* — 10085. Kitáb khatam el-auliyá, liber de sigillo sanctorum, auctore Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Ben Ali Tirmidzi* Philosopho, [anno 255 (inc. 20. Dec. 868) mortuo]. — 10086. Kitáb el-kharáj, liber de tributo proventus, auctoribus Imám *Abu Yusuf Yacúb*

ابن الحنفى المتوفى سنة [١٨٢] ولابى العباس احمد بن محمد الكاتب المتوفى سنة ٢٧٠ ولابى الفرج قدامة بن جعفر ولنصر بن موسى الرازى الحنفى ولحسن بن زياد ١٠٠٨٧ كتاب الخرقى فى فروع الحنبلية لابى القاسم عمر بن الحسين بن عبد الله بن احمد الخرقى الحنبلى الدمشقى المتوفى سنة ٣٣٤ والحنابلة يتبرّكون بقراءته فى ايام الوبآء شرحه موفّق الدين عبد الله [بن احمد] بن محمد بن قدامة الحنبلى [المتوفى سنة ٦٢٠] وسمّاه المغنى وشرحه ايضا الشيخ الامام ابو يعلى محمد بن الحسين [بن محمد] بن خلف بن احمد الفرّآء الحنبلى ١٠٠٨٨ كتاب الخصال للشيخ ابى بكر احمد بن عمر بن يوسف الخفاف الشافعى

١٠٠٨٩ كتاب الخطأين لزين الدين المغربى المتوفى سنة ذكره فى الموضوعات ١٠٠٩٠ كتاب الخط وآدابه ووصف طروسه واقلامه لكمال الدين عمر بن احمد [بن هبة الله بن ابى جرادة] العقيلى الحلبى المتوفى سنة ٦٦٠ ١٠٠٩١ [كتاب الخطب المرتضاة المبتدأة بعلامات القضاة لتقى الدين محمد بن احمد الشروطى المتوفى سنة ٧٢٥ ابتدأ كلّ خطبة جمعيّة

---

*Ben-elhanefi*, anno [182 (inc. 22. Febr. 798)] mortuo — *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed* Scriba, anno 270 (inc. 11. Jul. 883) mortuo — *Abu'lfaraj Codáma Ben Ja'far* — *Nasr Ben Musa Rázi* Hanefita — *Hasan Ben Ziyád*. — 10087. Kitáb el-khiracki, liber de partibus juris Hanbalitici derivatis, auctore *Abu'lcásim Omar Ben-elhosein Ben Abdallah Ben Ahmed Dimeshcki* Hanbalita, vulgo *Khiracki* dicto et anno 334 (inc. 13. Aug. 945) mortuo. In hunc librum, cujus lectione Hanbalitae tempore pestilentiae benedictionem captant, commentarios ediderunt *Mowaffic-ed-dín Abdallah* [*Ben Ahmed*] *Ben Mohammed Ben Codáma* Hanbalita, [anno 620 (inc. 4. Febr. 1223) mortuus], cujus commentarius *El-Moghni* inscriptus est — et Sheikh et Imám *Abu Ya'li Mohammed Ben-elhosein* [*Ben Mohammed*] *Ben Khalaf Ben Ahmed El-Ferrá* Hanbalita. — 10088. Kitáb el-khisál, liber proprietatum indolis, auctore Sheikh *Abu Bekr Ahmed Ben Omar Ben Yusuf Khaffáf* Shafiita. — 10089. Kitáb el-khatayein, liber de regula falsi, auctore *Zein-ed-dín Maghribi*, anno ... mortuo. Laudatur in *El-Maudhuát*. — 10090. Kitáb el-khatt, liber de scriptura, ejus regulis, descriptione foliorum chartae et calamorum, auctore *Kemál-ed-dín Omar Ben Ahmed* [*Ben Hibatallah Ben Abi Jeráda*] *Ocaili Halebi*, anno 660 (inc. 26. Nov. 1261) mortuo. — 10091. Kitáb el-khotab el-murtedhád, liber gratarum concionum sacrarum a signis judicum incipientium, auctore *Tacki-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Shorúti*, anno 725 (inc. 18. Dec. 1324) mortuo. Incipit

Laudatur in opere *El-Oyún*. — 10207. **Kitáb el-seif**, liber gladii, auctoribus *Abu Obeida Ma'mar Ben Mothanna Basri*, anno [211 (inc. 13. Apr. 826)] mortuus — *Abu Hátim Sahl Ben Mohammed Sejestáni*, anno 250 (inc. 13. Febr. 864) sive 248 (inc. 7. Mart. 862) mortuus, et *Abu'lcásim Ali Ben Ja'far Ben Ali Sa'di* [*Sickilli*] Lexicologus, [vulgo *Ibn-elcattá'* dictus et anno 514 (inc. 2. Apr. 1120) mortuus], qui de gladii nominibus et qualitatibus egit. — 10208. **Kitáb seilán el-dem**, liber Hippocratis de sanguinis profluvio. —

### Libri quorum tituli praemisso verbo *kitáb* a litera *Shin* incipiunt.

10209. **Kitáb Shádán**, liber *Shádáni*. — 10210. **Kitáb El-Sháfii**, liber *Sháfiïi*, qui de disciplina sua librum amplum quindecim fere voluminum et intermedium scripsit. Composuit in Aegypto. — 10211. **Kitáb el-shan**, liber negotii, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali*, vulgo *Ibn Arabi* dicto et anno . . . mortuo. Liber est de diebus negotii, et incipit ita: Laus Deo dignitate altissimo etc., et disserit ibi auctor de diebus omnibus, qui negotio quodam insignes sunt. — 10212. **Kitáb el-shebáb we el-hidm**, liber Aristotelis de adolescentia et sene decrepito. — 10213. **Kitáb el-shitá we el-seif**, liber hiemis et aestatis, auctore *Abu Hátim Sahl Ben Mohammed Sejestáni*, anno 250 (inc. 13. Febr. 864) mortuo. —

١٠٢١٤ كتاب الشجن والسكن فى اخبار اهل الهوى للامير مختار محمد بن عبد الله المسبحى الحرّانى المتوفى سنة ٤٢٠ ١٠٢١٥ كتاب الشذور لابى جعفر محمد بن جرير الطبرى الحنبلى المتوفى سنة ٣١٠ ١٠٢١٦ كتاب الشرب لابى عمرو الزاشكانى الطبرى الزاهد من اصحاب ابى على الدقاق ١٠٢١٧ [كتاب شرح الايقان للشيخ موفّق الدين محمد بن ابى يزيد السميرى فى التصوّف ١٠٢١٨ كتاب الشرح الكبير لابى عبد الله محمد بن سليمان المالقى المتوفى سنة ٥٢٥ وهو فى ثلثين مجلّدة شرح به كتاب البيان لابى حنيفة الدينورى ذكره الذهبى فى تاريخ الاسلام] ١٠٢١٩ كتاب شروط الائمّة الخمسة اوله الحمد لله الذى اختار لنا الاسلام دينًا الخ البخارى ومسلم وابى داود والترمذى والنسآئى للامام الحافظ ابى بكر محمد بن موسى ابن حازم الحازمى المتوفى سنة ٥٨٤ ١٠٢٢٠ كتاب شروط الستة للحافظ ابى الفضل محمد بن طاهر المقدسى ١٠٢٢١ كتاب الشروط لهلال [بن يحيى بن مسلم] البصرى [المتوفى سنة ٢٤٥]

---

10214. Kitáb el-shejen we el-seken, liber moeroris et misericordiae de historiis amore captorum, auctore Emír praestartissimus *Mohammed Ben Abdallah Mosabbihi Harráni*, anno 420 (inc. 20. Jan. 1029) mortuo. — 10215. Kitáb el-shodzúr, liber particularum auri intactarum, auctore *Abu Ja'far Mohammed Ben Jerír Tabari* Hanbalita, anno 310 (inc. 1. Mai. 922) mortuo. — 10216. Kitáb el-shirb, liber potus, auctore *Abu Amru Záshikáni Taberi* asceta, qui ex discipulis *Abu Alíi Daccác* fuit. — 10217. [Kitáb sharh El-Icán, liber commentarii in *El-Icán* de theosophia, auctore Sheikh *Mowaffic-ed-dín Mohammed Ben Abi Yezíd Someiri*. — 10218. Kitáb el-sharh el-kebír, liber commentarii magni. Triginta volumina, quibus *Abu Abdallah Mohammed Ben Soleimán Málacki*, anno 525 (inc. 4. Dec. 1130) mortuus, librum *Beyán* ab *Abu Hanifa Dineweri* editum explicuit. Commemorat eum *Dzehebi* in Historia Islámi]. — 10219. Kitáb shorút el-aimmet el-khamset, liber conditionum, quibus traditio quinque Imamorum, *Bokhári*, *Moslim*, *Abu Dawud*, *Tirmidzi*, *Nesáyi*, adstricta est, auctore Imám Háfitz *Abu Bekr Mohammed Ben Musa Ben Házim Házimi*, anno 584 (inc. 2. Mart. 1188) mortuo. Incipit ita: Laus Deo, qui nobis Islamismum religionem elegit etc. — 10220. Kitáb shorút el-sittet, liber conditionum quibus Imami sex adstricti sunt, auctore Háfitz *Abu'lfadhl Mohammed Ben Tahir Mocaddesi*. — 10221. Kitáb el-shorút, liber conditionum, auctoribus *Hilál* [*Ben Yahya Ben Moslim*] *Basri*, [anno 245 (inc.

ولمحمد بن الحسن [الشيبانى] ١٠٢٢٢ كتاب الشريعة للامام ابى بكر محمد بن الحسين الآجرّى المتوفى سنة ٣٦٠ ١٠٢٢٣ كتاب ششزر الهندى فى الطبّ فيه علامات الادوآء ومعرفة علاجها وادويتها وهو عشر مقالات امر يحيى بن خالد بتفسيره ١٠٢٢٤ كتاب الشطرنج لابى العباس احمد بن محمد السرخسى الطبيب توفى سنة ٢٨٦ وليحيى بن محمد الصولى ولرجل من المتأخّرين صنّف فارسيًّا وادعى فيه انّه اعلم من فى الارض فى زماننا فى اللعب المذكور صوّر صورة وشكّل اشكالها وذكر المصنّفين فيه قبله ١٠٢٢٥ كتاب الشعاع لمكحول ابن المفضل النسفى المتوفى سنة [٣١٨] ١٠٢٢٦ كتاب شعرآء اندلس لابى الوليد عبد الله ابن محمد ابن الفرضى المتوفى سنة ٤٠٣ ١٠٢٢٧ كتاب الشعرآء لارسطو ثلث مقالات وله فى صناعة الشعر كتاب آخر مقالتان على مذهب فيثاغورس وللشيخ الرئيس ابى على حسين ابن عبد الله المعروف بابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨ ١٠٢٢٨ كتاب الشعر لجابر بن حيان [الفيلسوف الطوسى المتوفى سنة ١٦٠] ١٠٢٢٩ كتاب الشفعة لموسى بن نصر صاحب

---

8. Apr. 859) mortuo], et *Mohammed Ben-elhasan* [*Sheibáni*]. — 10222. Kitáb el-sheríat, liber legis, auctore Imám *Abu Bekr Mohammed Ben-elhosein Ajorri*, anno 360 (inc. 5. Nov. 970) mortuo. — 10223. Kitáb Sheshzer, liber *Sheshzeri* Indi de medicina, ubi symptomata morborum et cognitio eorum curationum et medicamentorum indicantur. Decem libri, quos *Yahya Ben Khálid* verti jussit. — 10224. Kitáb el-shitrenj, liber ludi latrunculorum, auctoribus *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Serakhsi* Medico, anno 286 (inc. 17. Jan. 899) mortuo — *Yahya Ben Mohammed Sauli*, et recentiore quodam viro, qui persice scripsit, et non sine arrogantia gloriatur, se ludi illius hac nostra aetate in toto terrarum orbe peritissimum esse. Delineavit formam tabulae latruncularíae et figuras depinxit, auctoresque, qui antea de hoc ludo scripserint, recenset. — 10225. Kitáb el-shoá', liber radiorum, auctore *Makhúl Ben-elmofadhdhil Nesefi*, anno [318 (inc. 3. Febr. 930)] mortuo. — 10226. Kitáb shoará Andalus, liber poetarum Andalusiae, auctore *Abu'lwelíd Abdallah Ben Mohammed Ibn-elfaredhi*, anno 403 (inc. 23. Jul. 1012) mortuo. — 10227. Kitáb el-shoará, libri Aristotelis tres de poetis. Idem libros duos de arte poetica secundum disciplinam Pythagorae scripsit. — Idem argumentum tractavit Sheikh Reyís *Abu Ali Hosein Ben Abdallah*, vulgo *Ibn Siná* dictus et anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuus. — 10228. Kitáb el-shi'r, liber de poesi, auctore *Jábir Ben Hayyán* [*Túsi* Philosopho, anno 160 (inc. 19. Oct. 776) mortuo]. — 10229. Kitáb el-shofat, liber de jure possessionem alienam suae adjungendi,

محمد بن الحسن ١٠٢٣٠ كتاب الشكر لابى بكر عبد الله بن محمد بن عبيد الله بن ابى الدنيا ١٠٢٣١ كتاب الشمس والقمر لنصر بن شميل النحوى المتوفى سنة ٢٠٣ ولارسطرخس اليونانى ١٠٢٣٢ كتاب شمعون ١٠٢٣٣ كتاب الشواذ فى القرآات لابى بكر احمد بن موسى المعروف بابن مجاهد المقرى المتوفى سنة ٣٢٤ شرحه ابو الفتح عثمان بن جنى وسمّاه المحتسب توفى سنة ٣٩٢ ١٠٢٣٤ كتاب الشواذ لابى العباس احمد بن يحيى المعروف بثعلب النحوى المتوفى سنة ٢٩١ وفيه رسالة للجعبرى الّفه فى ذى القعدة سنة ٧١٨ اوله الحمد لله الذى انزل القرآن عربيًّا غير ذى عوج الخ قال هذه رسالة رافعة للوقعة الشنيعة وهو انّ قومًا من القرّآء ركبوا بكما وخبطوا عشواء فحصروا الاحرف السبعة الواردة فى الصحيح رواية مخصوصة وسمّوا ما عداها شاذًّا تمسّكًا بسبعة ابى بكر بن مجاهد وسرت شبهتهم الى ائمّة العربيّة فصنّف ابو على كتابه الحجّة فى تعليلها بناء على ذلك وصنّف ابن جنى كتاب المحتسب

---

auctore *Musa Ben Nasr Mohammedis Ben-elhasan* assecla. — 10230. Kitáb el-shokr, liber gratiarum actionis, auctore *Abu Bekr Abdallah Ben Mohammed Ben Obeidallah Ben Abi'ldunyá*. — 10231. Kitáb el-shems we el-camar, liber de sole et luna, auctoribus *Nadhr Ben Shomeil* Grammatico, anno 203 (inc. 9. Jul. 818) mortuo, et Aristarcho Graeco. — 10232. Kitáb Shem'ún, liber Simonis. — 10233. Kitáb el-shewádzdz, liber de lectionibus Corani analogiae contrariis, auctore *Abu Bekr Ahmed Ben Musa* Corani Lectore, vulgo *Ibn Mojáhid* dicto et anno 324 (inc. 30. Nov. 935) mortuo. *Abu'lfat'h Othmán Ben Jinni*, anno 392 (inc. 20. Nov. 1001) mortuus, commentarium in illum *Mohtesib* inscriptum composuit. — 10234. Kitáb el-shewádzdz, liber de formis Corani analogiae contrariis, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Yahya* Grammatico, vulgo *Tha'leb* dicto et anno 291 (inc. 24. Nov. 903) mortuo. *Ja'beri* de eodem argumento mense Dzi'lca'det anni 718 (inc. 5. Mart. 1318) libellum composuit, qui ita incipit: Laus Deo, qui Coranum secundum regulas linguae arabicae sine ulla perversitate revelavit etc. Hic libellus, inquit, ad turpem impugnationem repellendam scriptus est. Multi enim Corani lectores sine ullo consilio muti et caecutientes rem aggrediuntur, dialectos septem in *El-Sahih* obvias circumscribunt traditionem singularem amplectentes, et quae praeter has leguntur analogiae contrarias appellant, septem illos lectores secuti, de quibus *Abu Bekr Ben Mojáhid* egit. Jam illorum dubitatio ad imamos linguae arabicae transiit, qua de caussa *Abu Ali* librum suum *El-Hojjet* de confirmatione lectionum argumentis munita composuit illis regulis confisus, et *Ibn Jinni* librum *Mohtesib* de

في تعليل الشواذّ اى الخارجة عنها وصار الناس فوضى فبيّن في خمسة فصول الخ ١٠٢٣٥ كتاب الشوارد لابى عبيدة معمر بن مثنى البصرى المتوفى سنة ٢١١ ١٠٢٣٦ كتاب الشواهد للشيخ محيى الدين محمد بن على ابن عربى المتوفى سنة قال فهذا كتاب يتضمّن ما تأتى به شواهد الحقّ والقلب من العلوم الالهيّة والوصايا الربانيّة الخ ١٠٢٣٧ كتاب الشورى لابى عمر محمد بن عبد الواحد المعروف بغلام ثعلب المتوفى سنة ١٠٢٣٨ كتاب الشهادات لعيسى بن ابان ١٠٢٣٩ كتاب الشيب والتعمير للامام ابى بكر عبد الله بن محمد بن ابى الدنيا ١٠٢٤٠ كتاب الشيوع لصدر الشهيد

## الصاد

١٠٢٤١ كتاب الصافى من الخمس مائة لجابر بن حيّان الصوفى مختصر اوله الحمد لله المجازى بالاحسان المتفضّل بالغفران الخ وهو ورقة وكذا غيره ١٠٢٤٢ كتاب الصبر والسكن لشمس

---

lectionibus analogiae contrariis i. e. de iis, quae extra regulam linguae arabicae positae essent, argumentis confirmandis edidit. Cum homines sine duce mixta sequerentur, in quinque sectionibus rem exposuit etc. — 10235. **Kitáb el-shewárid**, liber poematum per terras dispersorum, auctore *Abu Obeida Ma'mar Ben Mothanna Basri*, anno 211 (inc. 13. Apr. 826) mortuo. — 10236. **Kitáb el-shewáhid**, liber testium, auctore Sheikh *Mohyi-ed-din Mohammed Ben Ali Ibn Arabi*, anno ... mortuo. Hic liber, inquit, continet doctrinas divinas et mandata domini spiritalia, quae testes veritatis et cordis protulerunt etc. — 10237. **Kitáb el-shura**, liber consilii, auctore *Abu Omar Mohammed Ben Abd-el-wáhid*, vulgo *Gholám Tha'leb* dicto et anno . . . mortuo. — 10238. **Kitáb el-shehádát**, liber testimoniorum, auctore *Isa Ben Abán*. — 10239. **Kitáb el-sheib we el-ta'mír**, liber canitiei et vitae longae, auctore Imám *Abu Bekr Abdallah Ben Mohammed Ben Abi'ldunyá*. — 10240. **Kitáb el-shoyú'**, liber promulgationis, auctore *El-Sadr El-Shehíd*. —

Libri quorum tituli praemisso verbo *kitáb* a litera *Sád* incipiunt.

10241. **Kitáb el-sáfi**, liber puri, ad quingenta scripta pertinens, auctore *Jábir Ben Hayyán* Theosopho. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo beneficiis remunerantis, condonationis gratia distincto etc. Folium, quod folia singula excipiunt. — 10242. **Kitáb el-sabr we el-sakan**, liber patientiae et quietis, auctore *Shems-*

المعروف بقطرب النحوى المتوفى سنة ٢٠٦ وابى منصور عبد القاهر بن طاهر البغدادى المتوفى سنة ٤٢٩ وابى سعيد عبد الملك بن قريب الاصمعى المتوفى سنة ٢١٦ ١٠٢٥٠ كتاب الصفات والادوات التى يبتدأ بها الاحداث لعبد الملك بن على الهروى المؤدّب المتوفى سنة ٤٨٩ ١٠٢٥١ كتاب الصفا فى العصى لمحمد بن احمد بن ابى بكر المستبشرى مختصر اوله الحمد لله عالم السرّ والخفيّات الخ ١٠٢٥٢ كتاب صفة قبر صلعم لابى بكر الاجرّى المتوفى سنة ٣٦٠ ١٠٢٥٣ كتاب الصلوة على شفيع العصات مختصر لبعض الاروام اوله الحمد لله الذى لم يزل غفورًا حليمًا الخ جمعه من الكتب المتداولة ورتّب على مقدمة فى معنى الصلوة وفصلين آ فى الاحاديث الدالّة على فضيلة الصلوة ٢ فى المواضع التى وردت بها الصلوة وهى اربعين نقلًا من مفتاح الحصن للجزرى والخاتمة فى كيفيّة الصلوة عليه السلام جمعها معتكفًا فى رمضان سنة ٩٩١ ١٠٢٥٤ كتاب الصلوة لابى طاهر اسمعيل بن سودكين المكى المتوفى سنة ٦٤٦

---

*Cotrob* dictus et anno 206 (inc. 6. Jun. 821) mortuus — *Abu Mansúr Abd-el-cáhir Ben Táhir Baghdádi*, anno 429 (inc. 14. Oct. 1037) mortuus — *Abu Saíd Abd-el-melik Ben Coreib Asmai*, anno 216 (inc. 18. Febr. 831) mortuus. — 10250. Kitáb el-sifát we el-adwát, liber qualitatum et instrumentorum, a quibus incipit generatio, auctore *Abd-el-melik Ben Ali Herewi* puerorum magistro, anno 489 (inc. 31. Dec. 1095) mortuo. — 10251. Kitáb el-safá, liber hilaritatis de baculis, auctore *Mohammed Ben Ahmed Ben Abi Bekr Mostabsheri.* Compendium, quod ita incipit: Laus Deo arcana et occulta scienti etc. — 10252. Kitáb sifet cabr, liber descriptionis sepulchri prophetae, auctore *Abu Bekr Ajorri*, anno 360 (inc. 5. Nov. 970) mortuo. — 10253. Kitáb el-salát, liber precationis super intercessore inobedientium, auctore quodam Rumaeo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo qui non desinit multum condonare et mansuetus esse etc. Congessit ille e libris lectissimis et in praefationem de sensu precationis et duas sectiones disposuit, quarum altera de traditionibus agit praestantiam precationis probantibus, altera de locis, quibus precatio illa in consuetudinem venit. Quadraginta sunt loci e *Miftáh el-hisn* a *Jezeri* edito assumti — et in conclusionem de ratione precationis prophetae. Collegit haec, cum mense Ramadhán anni 991 (inc. 15. Jan. 1583) religionis caussa in templo versaretur. — 10254. Kitáb el-salát, liber precationis, auctoribus *Abu Táhir Ismail Ben Sudkin Mekki*, anno 646 (inc. 26. Apr. 1248) mortuo, qui traditionem

روایة بشر بن الولید وللقاضی اسمعیل بن اسحق ومحمد بن نصر المروزی وبرهان الائمّة والجلالی ولابی عبد الله الزعفرانی ولابی عبدل ولمعلّی الرازی وللشیخ جمال الدین ابن جملة ولابی نعیم الاصفهانی ١٠٢٥٥ کتاب الصلوة لمحمد روایة بشر بن غیاث ١٠٢٥٦ کتاب الصلاح للامام الافقهسی المتوفی سنة [٣٣٨] ١٠٢٥٧ کتاب الصمت لابن ابی الدنیا ١٠٢٥٨ کتاب الصناعة لابی جعفر [احمد بن محمد] النحاس النحوی [المتوفی سنة ٣٣٨] ١٠٢٥٩ کتاب الصور هل لها وجود ام لا ثلث مقالات لارسطوا واوّل من تتبّع اسرار الصور من الحکماء افلاطین فانّه صنّف کتاب الصور السبع واسرارها والصور الثمانی والاربعین المشتملة علی الف واثنی عشر کوکبًا من الکواکب الثابتة ١٠٢٦٠ کتاب فی صوم ایام البیض لابی سعد عبد الکریم بن محمد السمعانی المتوفی سنة ٥٦٢ ١٠٢٦١ کتاب صوم المستحاضة المتحیرة مجلّد ضخم للدارمی الشافعی وهو انّه اذا لزمها صوم یومین وتصومهما بصومهما ستة ایام من ثمانیة عشر یومًا ثلثة فی اولها وثلثة فی آخرها وان لزمها ثلثة ایام صامت ثمانیة وان لزمها اربعة

---

*Bishri Ben-elwelid* secutus est — Cadhi *Ismail Ben Is'hac* — *Mohammed Ben Nasr Merwezi* — *Borhân-elaïmmet* — *Jelâli* — *Abu Abdallah Za'ferâni* — *Abu Abdal* — *Moalla Râzi* — Sheikh *Jemâl-ed-dîn Ibn Jomla* — *Abu Noeim Isfahâni.* — 10255. **Kitâb el-salât**, liber precationis, auctore *Mohammed*, qui traditionem *Bishri Ben Ghiyâth* secutus est. — 10256. **Kitâb el-salâh**, liber salutis, auctore Imâm *Afcahesi*, anno [338 (inc. 1. Jul. 949)] mortuo. — 10257. **Kitâb el-samt**, liber silentii, auctore *Ibn Abi'ldunya.* — 10258. **Kitâb el-sinâat**, liber artis, auctore *Abu Ja'far* [*Ahmed Ben Mohammed*] *Nahhâs* Grammatico, [anno 338 (inc. 1. Jul. 949) mortuo]. — 10259. **Kitâb el-sower**, Aristotelis libri specierum tres, utrum existant nec ne. Primus, qui inter philosophos arcana specierum persecutus est, Plato fuit. Hic librum de speciebus septem, earum arcanis et de speciebus quadraginta octo composuit, quae mille duodecim stellarum fixarum constellationes comprehendunt. — 10260. **Kitâb fi saum ayyâm el-bîdh**, liber de jejunio dierum a novilunio duodecimi, tertii decimi, quarti decimi et quinti decimi, auctore *Abu Sa'd Abd-el-kerîm Ben Mohammed Sem'âni*, anno 562 (inc. 28. Oct. 1166) mortuo. — 10261. **Kitâb saum el-mostehâdhat**, liber de jejunio feminae praeter menstrua sanguinis profluvio laborantis et valetudine praepeditae. Volumen amplum, auctore *Dârimi* Shafiita. Res ita se habet. Quando femina jejunio drorum dierum adstricta est, jejunium autem, cum illo jejunio dierum duorum, sex dies servat inter decem et octo dies, ita ut tres dies initio et tres dies in fine hujus spatii jejunet. Quodsi jejunio trium dierum adstricta

صامت عشرة وهكذا الى اربعة عشر يومًا وحاصلها انّها تضعف الواجب وتزيد يومين وقد التخب النووى مقاصده فى شرح المهذّب ١٠٢٦٢ كتاب الصيام للحسين بن الحسن المروزى المتوفى سنة ولعبد الوهاب الخفاف ولابى حفص البرمكى ١٠٢٦٣ كتاب الصيدلة للبيرونى المذكور فى الآثار الباقية

## الضاد

١٠٢٦٤ كتاب الضاد والظآء لابى الحسن على بن يوسف القفطى المتوفى سنة ٦٤٦ ومحمد ابن جعفر [القيروانى القزاز المتوفى سنة ٤١٢] ١٠٢٦٥ كتاب الضحايا لابى القاسم الجوينى الرازى ولمعلّى بن منصور [ابى يعلى الرازى الحنفى المتوفى سنة ٢١١] ولابى عبد الله الزعفرانى ولابى على الدقاق ١٠٢٦٦ كتاب الضمآئر للمولى محمود بن محمد الشهير بميرم جلبى المتوفى سنة ٩٣١ ١٠٢٦٧ كتاب الضياع من الفقهآء والمحدّثين لمحمد بن اسحق

---

est, octo dies jejunat, si jejunio quatuor dierum, decem dies jejunat, et sic porro usque ad dies quatuordecim. Inde efficitur, ut spatium jejunii sibi impositi duplicet et biduum addat. *Newewi* argumentum, quo tendit haec disputatio, cum delectu commentario libri *Mohadzdzeb* inseruit. — 10262. **Kitáb el-siyám**, liber jejunii, auctoribus *Hósein Ben-elhasan Merwezi*, anno . . . mortuo — *Abd-el-wehháb El-Khaffáf* — *Abu Hafs Bermeki*. — 10263. **Kitáb el-seidelet**, liber botanicae theoreticae, auctore *Biruni* sub *El-Athár El-Báckiyet* commemorato. —

### Libri quorum tituli praemisso verbo *kitáb* a litera *Dhád* incipiunt.

10264. **Kitáb El-Dhád we El-Tzá**, liber de literis *Dhád* et *Tzá*, auctoribus *Abu'lhasan Ali Ben Yusuf Cofti*, anno 646 (inc. 26. Apr. 1248) mortuo, et *Mohammed Ben Ja'far* [*Cairewáni Cazzáz*, anno 412 (inc. 17. Apr. 1021) mortuo]. — 10265. **Kitáb el-dhaháyá**, liber sacrificiorum, auctoribus *Abu'lcásim Joweini Rázi* — *Moalla Ben Mansúr* [*Abu Yali Rázi* Hanefita, anno 211 (inc. 13. Apr. 826) mortuo] — *Abu Abdullah Za'ferání* — *Abu Ali El-Deccác*. — 10266. **Kitáb el-dhamáir**, liber arcanorum mentis, auctore Molla *Mahmúd Ben Mohammed*, vulgo *Mirem Jelebi* dicto et anno 931 (inc. 29. Oct. 1524) mortuo. — 10267. **Kitáb el-dhiyá'**, liber de iis jurisconsultorum et traditionariorum scriptis, quae perdita sunt, auctore

[السعدى] الهروى [الشافعى المتوفى سنة] ١٠٢٦٨ كتاب الضيفان

## الطآء

١٠٢٦٩ كتاب الطآء لابى عبد الله محمد بن على حميدة الحلّى المتوفى سنة ٥٥٠ ١٠٢٧٠ كتاب طبآئع الحيوان لارسطو عشر مقالات وله فى طبآئع العالم كتبه الى الاسكندر وله فى المسآئل الطبيعيّة سبع عشرة مقالات ١٠٢٧١ كتاب الطبآئع لابى عثمان الجاحظ ١٠٢٧٢ كتاب الطبآئع من كلام المهدى من الشيعة الحسين بن القاسم ممّا سأل عنه رزين بن احمد الهلالى وهو الثالث من كتاب المعجز ١٠٢٧٣ كتاب الطبّ لارسطو خمس مقالات ولابى نعيم من كتب الاحاديث ولروفس مقالة ١٠٢٧٤ كتاب طبخ العصير للصدر الشهيد حسام الدين مختصر ١٠٢٧٥ كتاب الطبيخ لابى العباس احمد بن محمد السرخسى الطبيب صنّفه على الشهور والايام للمعتضد توفى سنة ٢٨٦ وليحيى بن ابى منصور الموصلى ايضا كتاب الطبيخ ١٠٢٧٦ كتاب

---

*Mohammed Ben Is'hac* [*Sa'di*] *Herewi* [Shafiita, anno . . . mortuo]. — 10268. Kitáb el-dhífán, liber hospitum. —

Libri quorum tituli praemisso verbo *kitáb* a litera *Tá* incipiunt.

10269. Kitáb El-Tá, liber de litera *Tá*, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Ali Homeida Hilli*, anno 550 (inc. 7. Mart. 1155) mortuo. — 10270. Kitáb tabáii' el-heiwán, libri Aristotelis decem de animalium natura. Idem de mundi universi natura ad Alexandrum scripsit, et septendecim libros de quaestionibus physicis. — 10271. Kitáb el-tabáii', liber de natura, auctore *Abu Othmán Jáhitz*. — 10272. Kitáb el-tabáii', liber de natura. Dissertatio *Mehdii Hosein Ben-elcásim* Shiitae de quaestionibus, quas *Rezín Ben Ahmed Hiláli* proposuit. Haec tertia pars est libri *Mo'jiz*. — 10273. Kitáb el-tibb, libri Aristotelis quinque de medicina. De eadem re scripsit *Abu Noeim*, cujus liber traditiones continet, et Rufus quoque libellum edidit. — 10274. Kitáb tabkh el-asír, liber de coquendo succo uvarum expresso. Compendium, auctore *El-Sadr El-Shehíd Hosám-ed-dín*. — 10275. Kitáb el-tabíkh, liber de rebus coctis, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Serakhsi* Medico, anno 286 (inc. 17. Jan. 899) mortuo. Composuit eum in favorem Khalifae *Mo'tedhed* secundum menses et dies. *Yahya Ben Abi Mansúr Mausili* librum ejusdem tituli edidit. — 10276. Kitáb

طبيعة الانسان لارشجانس ١٠٢٧٧ كتاب الطعام والادام للامير المختار عزّ الملك محمد ابن عبد الله المسبّحى الحرّانى المتوفى سنة ٤٢٠ ١٠٢٧٨ كتاب الطلسم للسكاكى ١٠٢٧٩ كتاب الطلوع والغروب لاوطولوقس حرّره نصير الدين الطوسى فى اصلاح ثابت بن قرّة مقالتان وستة وثلاثون شكلا ١٠٢٨٠ كتاب طمطم الهندى ١٠٢٨١ كتاب الطوالق فى العزآئم ممّا استخرجه آصف بن برخيا ١٠٢٨٢ كتاب الطوال واسمآئهم وصفاتهم للشيخ ابى القاسم على بن جعفر بن على السعدى اللغوى على الحروف ١٠٢٨٣ كتاب الطهارات لابى القاسم الجوينى ١٠٢٨٤ كتاب الطهارة فى علم الاخلاق لابى على احمد بن محمد بن يعقوب ابن مسكويه المتوفى سنة ٤٢١ اوله اللهم انا نتوجّه اليك ونسعى نحوك الخ رتّب على ستة مقالات ١ فى الحكمة ٢ فى الخلق والاخلاق ٣ فى الفرق بين الخير والسعادة ٤ فى تهذيب الاخلاق ٥ فى تهذيب الانسان ٦ فى شفآء الامراض العارضة ١٠٢٨٥ كتاب الطير لابى حاتم سهل بن محمد السجستانى توفى سنة ٢٤٨ ولنصر بن شميل النحوى

---

tabíat el-insán, Archigenis liber de natura hominum. — 10277. Kitáb el-taám we el-adám, liber cibi et obsonii, auctore El-Emír El-Mokhtár *Izz-elmulk Mohammed Ben Abdallah Mosabbihi Harráni*, anno 420 (inc. 20. Jan. 1029) mortuo. — 10278. Kitáb el-tilsem, liber de talismatis, auctore *Sekkáki.* — 10279. Kitáb el-tolú' we el-ghorúb, Autolyci liber de siderum inerrantium ortu et occasu. Recognovit eum *Nasír-ed-dín Tusi* ad emendationem *Thábiti Ben Corra.* Libri duo et triginta sex figurae. — 10280. Kitáb Tamtam, liber *Tamtami* Indi. — 10281. Kitáb el-tawálic, liber observationum expeditarum de incantamentis. Primus eas protulit *Asaf Ben Berkhiya.* — 10282. Kitáb el-tiwál, liber de [Suratis] longioribus, earumque nominibus et qualitatibus, auctore Sheikh *Abu'lcásim Ali Ben Ja'far Ben Ali Sa'di* Lexicologo. Dispositus est alphabetice. — 10283. Kitáb el-tahárát, liber lotionum, auctore *Abu'lcásim Joweini.* — 10284. Kitáb el-tahárет, liber munditiei de doctrina morum, auctore *Abu Ali Ahmed Ben Mohammed Ben Ya'cub Ibn Miskaweih*, anno 421 (inc. 9. Jan. 1030) mortuo. Incipit ita: O Deus, nos ad Te convertimus et ad Te tendimus etc., et in sex libros dispositus est — de philosophia — de constitutione hominis et moribus — de discrimine inter summum bonum et felicitatem — de instituendis moribus — de instituendo homine — de sanatione morborum accidentium. — 10285. Kitáb el-teir, liber avium, auctoribus *Abu Hátim Sahl Ben Mohammed Sejestáni*, anno 248 (inc. 7. Mart. 862) mortuo, et *Nadhr Ben*

١٠٢٨٦ كتاب طيماوس فى علم السحر على طريقة اليونان لارسطو

## الظآء

١٠٢٨٧ كتاب الظفر فى الجبر والمقابلة لنصير الدين محمد الطوسى ١٠٢٨٨ كتاب الظلّ لابراهيم بن سنان بن ثابت الجرجانى عمله فى السادس عشر من عمره ١٠٢٨٩ كتاب ظاهرات الفلك لاقليدس حرّره نصير الدين وهو ثلثة وعشرون شكلاً فى بعض النسخ خمسة وعشرون شكلاً قال لم يقع لى من الكتاب غير نسخة فى غاية السقم وشرح له للتبريزى سقيم ايضا فاكثرت النظر فيها وحرّرت ما ترآءى لى من الكتاب على ما تصوّرته

## العين

١٠٢٩٠ كتاب العاقبة فى البعث للامام ابى محمد عبد الحقّ بن عبد الرحمن الاشبيلى الازدى المتوفى سنة ١٠٢٩١ كتاب العالم والمتعلّم لابى حنيفة امامنا الاعظم نعمان بن ثابت

---

*Shomeil* Grammatico. — 10286. Kitáb Timáus, Timaeus Aristotelis de arte magica ad rationem Graecorum. —

Libri quorum tituli praemisso verbo *kitáb* a litera *Tzá* incipiunt.

10287. Kitáb el-tzafar, liber victoriae de reductione per aequationem, auctore *Nasír-ed-dín Mohammed Tusi.* — 10288. Kitáb el-tzill, liber de umbra, quem *Ibráhím Ben Sinán Ben Thábit Jorjáni,* decimum sextum annum agens, composuit. — 10289. Kitáb tzáhirát el-felek, Euclidis liber phaenomenorum, quem *Nasír-ed-dín* recognovit. Alia exempla viginti tres figuras continent, alia viginti quinque. Nunquam, inquit, in manus libri exemplum mihi venit, quin maxima laboraret corruptione. Eadem corruptione laborat commentarius a *Tebrízi* scriptus. Multum posui in eo legendo studii, et quae mihi libri partes se obtulerunt, eas, ut mea tulit opinio, recognovi. —

Libri quorum tituli praemisso verbo *kitáb* a litera *Aïn* incipiunt.

10290. Kitáb el-áckibet, liber finis de resurrectione, auctore Imám *Abu Mohammed Abd-el-hacc Ben Abd-el-rahman Ishbili Azdi* anno ... mortuo. — 10291. Kitáb el-álim we el-moteallim, liber scientis et discentis, auctore Imamo nostro maximo *Abu Hanífa No'mán Ben Thábit.* Incipit ita: Laus Deo sempiternum

اوله الحمد لله حىّ لا يموت الخ وهو كتاب مشتمل عل العقآئد والنصآئح بطريق السؤال عن المتعلّم والجواب عن العالم يقال رواه مقاتل عن الامام ١٠٢٩٢ كتاب العبادات على مذهب الحنبليّة لعون الدين يحيى بن محمد [بن هبيرة الشيبانى] وزير [المكتفى المتوفى سنة ٥٦٠] ١٠٢٩٣ كتاب العبادلة للشيخ محيى الدين محمد بن على المعروف بابن عربى توفى سنة ٦٣٨ اوله الحمد لله بحمد الحمد فانّه اوفى الخ ذكر فيه ما نطقت به السنة العبادلة ١٠٢٩٤ كتاب العجآئب الطبيعيّة والغرآئب الصناعيّة لابى الريحان محمد بن احمد البيرونى المتوفى سنة ٤٢٣ ذكره فى الآثار الباقية وقال لعلنا نتكلّم على العزآئم والنيرنجات والطلسمات فيه بما يغرس به اليقين فى قلوب العارفين ونزيل الشبهة عن افئدة المرتابين ١٠٢٩٥ كتاب العجآئب الكبير لابراهيم بن وصيف شاه المتوفى سنة ذكره البونى ١٠٢٩٦ كتاب العجآئب لابى عبد الرحمن محمد بن المنذر الحافظ الهروى المعروف بشكر المتوفى سنة ١٠٢٩٧ كتاب العجآئب والغرآئب فى النيرنجات والطلسمات للمولى محمد بن قاضى مِيناس

viventi etc., et articulos fidei et monita continet, comparatusque est ita, ut discens quaerat et sciens respondeat. *Mocátil* eum auctoritate Imámi tradidisse dicitur. — 10292. **Kitáb el-ibádát**, liber de officiis cultus divini ad disciplinam sectae Hanbaliticae, auctore ***Aun-ed-dín Yahya Ben Mohammed*** [***Ben Hobeira Sheibáni Muktefii***] Weziro, [anno 560 (inc. 18. Nov. 1164) mortuo]. — 10293. **Kitáb El-Abádilet**, liber ***Abdallah***orum, auctore Sheikh ***Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali***, vulgo ***Ibn Arabi*** dicto et anno 638 (inc. 23. Jul. 1240) mortuo. Orsus est ita: Laus Deo cum laude primae Suratae; nam haec perfectissima est etc., et ea commemorat, quae linguae ***Abdallah***orum elocutae erant. — 10294. **Kitáb el-ajáib el-tabííyet**, liber miraculorum naturalium et rerum rararum facticiarum, auctore ***Abu'lreihán Mohammed Ben Ahmed Birúni***, anno 423 (inc. 19. Dec. 1031) mortuo. Commemorat eum in ***El-Athár El-Báckiyet***, et: Fortasse, inquit, disputabimus de incantamentis, fascinationibus et talismatis, quibus spiritalium corda scientia certa imbuantur et pectora haesitantium dubitatione liberentur. — 10295. **Kitáb el-ajáib**, liber miraculorum magnus, auctore ***Ibráhím Ben Wesif Sháh***, anno ... mortuo. Laudatur ab ***El-Buni***. — 10296. **Kitáb el-ajáib**, liber miraculorum, auctore Háfitz ***Abu Abd-el-rahman Mohammed Ben-elmondsir Herewi***, vulgo ***Shukhr*** dicto et anno ... mortuo. — 10297. **Kitáb el-ajáib we el-gharáib**, liber miraculorum et rerum inusitatarum de fascinationibus et talismatis, auctore Molla ***Mohammed*** filio judicis ***Minás***. Profert

اورد فيه ما لا يوجد فى الكتب ولمحمود بن حمزة الكرمانى الحنفى ١٠٢٩٨ كتاب العجائب والغرائب لرجل مغربى كما قال مترجمه السرورى وهو على عشر مقالات ا فى العلويات وفيها نظائر ٢ فى الافلاك ٣ فى الزمان ٤ فى السفليات وفيها نظائر ٥ فى العناصر ٦ فى المعادن ٧ فى النبات ٨ فى الحيوانات وفيه تفصيل التشريح ٩ فى القوى ١٠ فى الجنّ ١٠٢٩٩ كتاب عدد الفرق للسراج عمر بن على ابن الملقن الشافعى المتوفى سنة ٨٠٤ ١٠٣٠٠ كتاب العَدْل اربع مقالات لارسطو وله فى صفاته كتاب آخر اربع مقالات ايضا ١٠٣٠١ كتاب العرس والعرائس للجاحظ ١٠٣٠٢ كتاب العراقيّين فى الفروع لمحمد بن الحسن الصائغ الجلال الشافعى ذكره السبكى ١٠٣٠٣ كتاب العرش وصفته لابن ابى شيبة محمد بن عثمان المتوفى سنة ولابن تيمية ذكر فيه انّ الله يجلس على الكرسى وقد اخلا مكانًا يتقدّمه رسول الله صلعم ذكره ابو حيان فى النهر فى قوله تعالى وسع كرسيّه السموات وقال قرأت فى كتاب

---

ibi, quae in libris non inveniuntur. Librum ejusdem tituli edidit *Mahmúd Ben Hamza Kermáni* Hanefita. — 10298. Kitáb el-ajáib we el-gharáib, liber miraculorum et rerum inusitatarum, auctore viro Africano, ut *Sorúri* ejus interpres dicit. Dispositus est in decem libros, quorum primus de corporibus superioribus agit et in capita similia complectentia dispositus est — secundus de orbibus coelestibus — tertius de tempore — quartus, qui secundum capita similia complectentia dispositus est, de corporibus inferioribus — quintus de elementis — sextus de metallis — septimus de plantis — octavus de animalibus, ubi anatomia per singulas partes describitur — nonus de viribus — decimus de daemonibus. — 10299. Kitáb aded el-firec, liber de numero sectarum, auctore *Siráj-ed-dín Omar Ben Ali Ibn-elmolacckin* Shafiita, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuo. — 10300. Kitáb el-adl, Aristotelis libri quatuor de justitia, ejusdemque de qualitatibus justitiae opus aliud quatuor libris constans. — 10301. Kitáb el-ars we el-aráis, liber de conjuge et sponsis, auctore *Jáhits*. — 10302. Kitáb El-Iráckiyín, liber Iracanorum de partibus juris derivatis, auctore *Jelál-ed-dín Mohammed Ben-elhasan El-Sáigh* Shafiita. Commemoratur ab *El-Sobki*. — 10303. Kitáb el-arsh, liber throni ejusque descriptionis, auctoribus *Mohammed Ben Othmán*, vulgo *Ibn Abi Sheiba* dicto et anno [illegible] mortuo, et *Ibn Teimiya*, qui narrat, Deum ejus solio sedere [illegible] locum inanem relinquere, quem legatus Dei occupet. [illegible] hoc *Abu Hayyán* in commentario *Nahr* [illegible] ad locum Coranicum: Ambit amplitudine sedes ejus

العرش لاحمد بن تيمية ما صورته بخطه وللحافظ الكبير محمد بن احمد بن عثمان الذهبى المتوفى سنة ٧٤٨ ١٠٣٠٤ كتاب العروض للخليل بن احمد النحوى المتوفى سنة ١٧٥ وهو اول من وضع هذا الفن [وحصر اشعار العرب بها] وعليه ردّ لابن المنجم على بن عبد الله المتوفى سنة ١٠٣٠٥ كتاب العروض للامام حسن بن محمد الصغانى المتوفى سنة ولابى اسحق ابراهيم بن محمد الزجاج النحوى المتوفى سنة ٣١٠ ولابى الحسن سعيد بن مسعدة اخفش الاوسط البلخى المتوفى سنة ٣٢١ وابن الدهان سعيد بن مبارك النحوى المتوفى سنة ٥٦٩ ولابى عمر صالح بن اسحق [الجرمى] النحوى المتوفى سنة ٢٢٥ ولابى الفتح عثمان بن جنى مختصر ولابى عثمان بكر بن محمد المازنى النحوى المتوفى سنة ٢٤٨ ولابى بكر محمد بن عبد الملك الشنتريني النحوى المتوفى سنة ٥٥٠ ولابى الحسن على بن زيد البيهقى مجلد ١٠٣٠٦ كتاب العزاء والصبر للحافظ ابى بكر بن ابى الدنيا القرشى المتوفى سنة ٢٨١

---

coelos“ his verbis: Legi in libro *El-Arsh* ab *Ahmed Ben Teimiya* edito manu ejus scripta, quae sequuntur. Librum ejusdem tituli edidit Hafitz Magnus *Mohammed Ben Ahmed Ben Othmán Dzehebi*, anno 748 (inc. 13. Apr. 1347) mortuus. — 10304. Kitáb el-arúdh, liber de arte metrica, auctore *Khalil Ben Ahmed* Grammatico, anno 175 (inc. 10. Mai. 791) mortuo. Hic primus de ea librum composuit [et poemata Arabum ejus regulis coercuit]. Contra eum *Ali Ben Abdallah*, vulgo *Ibn-elmonajjim* dictus et anno . . . mortuus, refutationem edidit. — 10305. Kitáb el-arúdh, liber de arte metrica, auctoribus Imám *Hasan Ben Mohammed Saghání*, anno . . . mortuo — *Abu Is'hac Ibráhim Ben Mohammed Zejjáj* Grammatico, anno 310 (inc. 1. Mai. 922) mortuo — *Abu'lhasan Saíd Ben Mes'ada El-Akhfash El-Ausat Balkhi*, anno 321 (inc. 1. Jan. 933) mortuo — *Saíd Ben Mobárek* Grammatico, vulgo *Ibn-eldehhán* dicto et anno 569 (inc. 12. Aug. 1173) mortuo — *Abu Omar Sálih Ben Is'hac* [*Jermi*] Grammatico, anno 225 (inc. 12. Nov. 839) mortuo — *Abu'lfat'h Othmán Ben Jinni*, qui compendium scripsit — *Abu Othmán Bekr Ben Mohammed Mázini* Grammatico, anno 248 (inc. 7. Mart. 862) mortuo — *Abu Bekr Mohammed Ben Abd-el-melik Shenterini* Grammatico, anno 550 (inc. 7. Mart. 1155) mortuo — *Abu'lhasan Ali Ben Zeid Beihacki*, cujus opus volumen comprehendit. — 10306. Kitáb el-azzá we el-sabr, liber infortunii et patientiae, auctore Hafitz *Abu Bekr Ben Abi'ldunya Coreshi*, anno 281 (inc.

١٠٣٠٧ كتاب العزلة لابى سليمان حمد بن محمد الخطابى المتوفى سنة ٣٨٨ ١٠٣٠٨
كتاب العزلة لابى الفتح عبيد الله بن احمد النحوى [المعروف بجخجخ وكان من علماء
القرن الرابع] ولابن عساكر ١٠٣٠٩ كتاب العشب لابى حاتم سهل بن محمد السجستانى
المتوفى سنة ٢٤٨ ١٠٣١٠ كتاب العشرات لابن خالويه حسين بن عبد الله النحوى المتوفى
سنة ٣٧٠ ١٠٣١١ كتاب العشرين فى الكيمياء لابى بكر احمد ابن وحشية وسمّاه ايضا كتاب
الفوائد قال وانّما سمّيتها بهذا الاسم لانّى ذكرت فيها جميع ما استفدت فى اسفارى ١٠٣١٢
كتاب العشق لابى العباس احمد بن محمد السرخسى الطبيب المتوفى سنة ٢٨٦ ومن كتب
ارسطو ثلاث مقالات ١٠٣١٣ كتاب العظة والزهد لابى العلاء احمد بن عبد الله المعرّى
المتوفى سنة ٤٤٩ مائة وعشرون كراسة ١٠٣١٤ كتاب العظمة للحافظ ابى الشيخ [عبد الله
ابن محمد بن جعفر] بن حبان [الاصفهانى المتوفى سنة ٣٦٩ وهو على طريقة المحدّثين بالتحديث

---

13. Mart. 894) mortuo. — 10307. Kitáb el-ozlet, liber secessus voluntarii, auctore *Abu Soleimán Hamd Ben Mohammed Khattábi*, anno 388 (inc. 3. Jan. 998) mortuo. — 10308. Kitáb el-ozlet, liber secessus voluntarii, auctoribus *Abu'lfat'h Obeid-allah Ben Ahmed* Grammatico, [vulgo *Jakhjakh* dicto, qui vir doctus erat seculi quarti], et *Ibn Asákir*. — 10309. Kitáb el-oshb, liber graminis, auctore *Abu Hátim Sahl Ben Mohammed Sejestáni*, anno 248 (inc. 7. Mart. 862) mortuo. — 10310. Kitáb el-asharát, liber numerorum denariorum, auctore *Hosein Ben Abdallah* Grammatico, vulgo *Ibn Khalaweih* dicto et anno 370 (inc. 17. Jul. 980) mortuo. — 10311. Kitáb el-ishrín, liber numeri vicenarii de Alchymia, auctore *Abu Bekr Ahmed Ben Wahshiya*. Eidem libro titulum dedit *El-Fewáid*. Insignivi eum, inquit, hoc nomine tantummodo, quod ibi omnia notavi utilia, quae in itineribus accepi. — 10312. Liber el-ishc, liber amoris, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Serakhsi* Medico, anno 286 (inc. 17. Jan. 899) mortuo. Aristoteles quoque opus librorum trium de amore composuit. — 10313. Kitáb el-itzet we el-zohd, liber monitionis et abstinentiae. Centum viginti quaterniones, auctore *Abu'lalá Ahmed Ben Abdallah Maarri*, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortuo. — 10314. Kitáb el-atzamet, liber majestatis divinae, auctore Háfitz *Abu'lsheikh* [*Abdallah Ben Mohammed Ben Ja'far*] *Ben Hibbán* [*Isfaháni*, anno 369 (inc. 29. Jul. 979) mortuo. Secutus est modum traditionariorum formula adhibita „Tradidit nobis N. N.“ et commemoratis auctoritatibus. Celebrat ibi majestatem divinam,

والاسناد ذكر فيه من عظمة الله تعالى من عجآئب الملكوت من العلويّة واخبار النوادر] وللشيخ محيى الدين محمد بن على المعروف بابن عربى المتوفى سنة    ١٠٣١٥ كتاب العقارب مختصر فيه اربعون مسئلة ولدها المزنى ورواها عنه الانماطى قال السبكى واظنّ ان الحدّاد نسج فروعه على منوالها    ١٠٣١٦ كتاب العقاقير مختصر لبعض الهنود القدمآء    ١٠٣١٧ كتاب العقل لابى العباس احمد بن محمد السرخسى الطبيب المتوفى سنة ٢٨٦ ولداود بن قحذم بن سليمان الطآئى البصرى المحبر المتوفى سنة ٢٠٦ قال الذهبى قال عبد الغنى عن الدارقطنى قال كتاب العقل لميسرة بن عبد ربّه ثم سرقه منه داود المذكور وركّبه باسانيد [اخر] غير اسانيد ميسرة وسرقه عبد العزيز بن ابى رجا [فركبه باسانيد اخر] ثم سرقه سليمان بن عيسى السجزى [فاتى باسانيد اخر] انتهى    ١٠٣١٨ كتاب العقل والعقلآء لابن عبد البر يوسف بن عبد الله القرطبى المتوفى سنة ٤٦٣    ١٠٣١٩ كتاب العلآئى للشيخ الرئيس ابى

quatenus in miraculis cernitur mundi invisibilis, quae corpora superiora spectant et rerum rararum historias narrat]. Librum ejusdem tituli Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali*, vulgo *Ibn Arabi* dictus et anno ... mortuus, edidit. — 10315. Kitáb el-acárib, liber de scorpionibus. Compendium quadraginta quaestiones continens, quas *Mozeni* primus proposuit et ejus auctoritate *Enmáti* tradidit. *Sobki*: Opinor, inquit, *Haddád*um opus *Forú'* ad earum exemplar cum arte finxisse. — 10316. Kitáb el-acáckír, liber plantarum medicarum. Compendium, auctore quodam Indo vetere. — 10317. Kitáb el-acl, liber intelligentiae, auctoribus *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Serakhsi* Medico, anno 286 (inc. 17. Jan. 899) mortuo — *Dawud Ben Cahdam Ben Soleimán Táyi Basri Mohabbir*, anno 206 (inc. 6. Jun. 821) mortuo. *Dzehebi: Abd-el-ghani*, inquit, *Daracotni*um dixisse tradit, libri *Acl* auctorem *Meisara Ben Abdrabbihi* esse, tum *Dawud* laudatum ei illum surripuisse, [aliasque] auctoritates substituisse ab iis diversas, quas *Meisara* habuerit. Deinde vero *Abd-el-azíz Ben Abi'lrejá* librum surripuisse, [iterumque aliis auctoritatibus substitutis librum composuisse]. Denique *Soleimán Ben Isa Sijzi* denuo librum furto subduxisse [novasque auctoritates ei inseruisse]. — Haec ille. — 10318. Kitáb el-[illegible] el-[illegible]lá, liber intelligentiae et intelligentium, auctore *Yusuf Ben Abdallah* [illegible], vulgo [illegible] *Abd-el-berr* dicto et anno 463 (inc. 9. Oct. 1070) mortuo. — 10319. Kitáb El-Aláyi, [illegible] *Alá-ed-dín*icus, auctore Sheikh Reyís

على حسين بن عبد الله ابن سينا توفى سنة ٤٢٨ ١٠٣٢٠ كتاب العلل فى الحديث للدارقطنى ١٠٣٢١ كتاب العلل فى الفقه لعيسى بن ابان تلميذ [الامام] محمد بن الحسن ١٠٣٢٢ كتاب العلل لسفيان بن سحبان ١٠٣٢٣ كتاب العلل المبوّب على ابواب الفقه لابى محمد عبد الرحمن بن ابى حاتم محمد الرازى المتوفى سنة ٣٢٧ ١٠٣٢٤ كتاب العلل المتناهية فى الحديث لابى الفرج عبد الرحمن ابن الجوزى [المتوفى سنة ٥٩٧] ١٠٣٢٥ كتاب العلل والاعراض لنجم الدين احمد بن اسعد بن العالمة الطبيب المتوفى سنة ٦٥٢ وهو من جوامع الاسكندرانيّين ايضا ذكره فى اول شرح الاسباب ١٠٣٢٦ كتاب العلل والعلاجات لجالينوس على ثلاثة وستين بابًا ١٠٣٢٧ كتاب العلم لابى خيثمة زهير بن حرب [ابن شداد الحرثى البغدادى المتوفى سنة ٢٣٤] ١٠٣٢٨ كتاب العلم والتعليم للامام ابى زيد احمد بن سهل البلخى المتوفى بعد سنة ٣٢٢ ١٠٣٢٩ [كتاب علم القلوب للشيخ الامام ابى طالب

---

*Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Siná*, anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. — 10320. Kitáb el-ilel, liber corruptionum in traditionibus, auctore *Daracotni*. — 10321. Kitáb el-ilel, liber corruptionum in jurisprudentia, auctore *Isá Ben Abán* [Imami] *Mohammed Ben-elhasan* praeceptore. — 10322. Kitáb el-ilel, liber corruptionum, auctore *Sofyán Ben Sohbán*. — 10323. Kitáb el-ilel, liber corruptionum secundum capita jurisprudentiae distributus, auctore *Abu Mohammed Abd-el-rahman Ben Abi Hátim Mohammed Rázi*, anno 327 (inc. 29. Oct. 938) mortuo. — 10324. Kitáb el-ilel el-motenáhiyet, liber corruptionum finitarum de traditionibus, auctore *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ibn-eljauzi*, [anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo]. — 10325. Kitáb el-ilel we el-a'rádh, liber de morborum caussis et symptomatis, auctore *Nejm-ed-dín Ahmed Ben As'ad Ben-el-álimet* Medico, anno 652 (inc. 21. Febr. 1254) mortuo. Pertinet similis liber ad scriptorum Alexandrinorum synopsin, qui ab initio commentarii in librum *El-Asbáb* commemoratur. — 10326. Kitáb el-ilel we el-iláját, Galeni liber de morborum caussis et curationibus. Sexaginta tria capita. — 10327. Kitáb el-ilm, liber scientiae, auctore *Abu Heithama Zoheir Ben Harb* [*Ben Sheddád Harithi Baghdádi*, anno 234 (inc. 5. Aug. 848) mortuo]. — 10328. Kitáb el-ilm we el-ta'lím, liber scientiae et institutionis, auctore Imám *Abu Zeid Ahmed Ben Sahl Balkhi* post annum 322 (inc. 22. Dec. 933) mortuo. — 10329. Kitáb ilm el-colúb, liber scientiae cordium, auctore Sheikh et Imám *Abu Tálib Mohammed Ben Ali*

محمد بن على بن عطية المكى المتوفى سنة ٣٨٦ هو فى الاخلاق والتصوف صنفه على عشرة ابواب] ١٠٣٣٠ كتاب علوم الواهب للشيخ محيى الدين ابن عربى اوله الحمد لله مفتح الهموم الخ ١٠٣٣١ كتاب العماد فى النجوم لابى القاسم المغربى ١٠٣٣٢ كتاب العماد فى علم السحر على طريقة العبرانيين والعرب لخلف بن يوسف الرسمانى ١٠٣٣٣ كتاب العمر وطوله وقصره لارسطو مقالة ١٠٣٣٤ كتاب العمل بالزرقالة لحامد بن حضر المعروف بابى محمود الخجندى ١٠٣٣٥ كتاب العمل لابى اسحق الفورانى المتوفى سنة ١٠٣٣٦ كتاب العود والملاهى ليحيى بن ابى منصور الموصلى ١٠٣٣٧ كتاب العهد لبقراط ويعرف ايضا بكتاب الايمان وضعه للمتعلمين ولمن يعلمونه ايضا ليفيدوا به وان لا يخالفوا ما شرطه عليهم فيه وان تبقى فى نقل هذه الصناعة من الوراثة الى الاذاعة ١٠٣٣٨ كتاب العهد لجابر بن حيان مختصر اوله هذا كتاب العهد اليكم يا بنى الاكارم الخ ١٠٣٣٩ كتاب العهود الذى اخذه سليمان بن داود على جميع الجن والشياطين ١٠٣٤٠ كتاب العهود

---

*Ben Atiya Mekki*, anno 386 (inc. 25. Jan. 996) mortuo. Agit de moribus et theosophia et in decem capita dispositus est]. — 10330. Kitáb olúm el-wáhib, liber doctrinarum largitoris summi, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Ibn Arabi.* Incipit ita: Laus Deo proposita aperienti etc. — 10331. Kitáb el-imád, liber columnae de astrologia, auctore *Abú'lcasim Maghribi.* — 10332. Kitáb el-imád, liber columnae de arte magica ad doctrinam Hebraeorum et Arabum, auctore *Khalaf Ben Yusuf Rismáni.* — 10333. Kitáb el-amr we taulihi we casrihi, Aristotelis liber de vitae (animalium) longitudine et brevitate. — 10334. Kitáb el-aml bi'lzercálet, liber de usu instrumenti *Zercálet*, auctore *Hámid Ben Hadhr Khojendi*, vulgo *Abu Mahmúd* dicto. — 10335. Kitáb el-aml, liber operationis, auctore *Abu Is'hac Furáni*, anno ... mortuo. — 10336. Kitáb el-úd we el-meláhi, liber testudinis et instrumentorum musicorum, auctore *Yahya Ben Abi Mansúr Mausili.* — 10337. Kitáb el-ahd, Hippocratis liber foederis, qui etiam jurisjurandi liber dicitur. — Composuit eum in usum discentium et eorum quoque qui librum docent, ut inde fructum capiant, officiis quae iis injungat satisfaciant et in tradenda medicinae arte ita persistant, ut hereditatis via in publicum divulgetur. — 10338. Kitáb el-ahd, liber foederis, auctore *Jábir Ben Hayyán.* Compendium, quod ita incipit: Hic liber foederis [illegible] vobis mando, o generosorum filii! etc. — 10339. Kitáb el-ohúd, liber pactorum, quibus Salomo Davidis filius omnes genios et daemones constrinxit. — 10340. Kitáb el-ohúd, liber pactorum, auctore Sheikh *Abd-el-wehháb Ben Akmed*

للشيخ عبد الوهاب بن احمد الشعراني [المتوفى سنة ٩٧٣] ١٠٣٤١ كتاب العين في الكاف لصاحب كتاب الرياض ١٠٣٤٢ كتاب العين في اللغة اختلف الناس في مؤلّفه فقيل للخليل ابن احمد النحوي المتوفى سنة ١٧٥ قال السيوطي في المزهر وهو اوّل من صنّف فيه وهذا الكتاب اول التواليف قال الامام فخر الدين في المحصول اصل الكتب في اللغة كتاب العين واطبق الجمهور على القدح فيه ويفهم من كلام السيرافي في طبقاته انّه لم يكمله بل اكثر الناس انكروا كونه من تصنيفه قال بعضهم وانّما هو لليث بن نصر بن سيّار الخراساني وقيل عمل الخليل قطعة من اوله الى آخر حرف العين وكمّل الليث ولهذا لا يشبه اوّله آخره وعن ابن المعتزّ كان الخليل منقطعًا الى الليث فلمّا صنّفه وقع عنده موقعًا عظيمًا فاقبل على حفظه وحفظ منه النصف ثم اتّفق على انّه احترق ولم يكن عنده نسخة اخرى والخليل قد مات فاملى النصف من حفظه وجمع علماء عصره فيكمّلوه على نمطه اورد ذلك ياقوت في معجم الادباء

---

*Sha'ráni*, [anno 973 (inc. 29. Jul. 1565) mortuo]. — 10341. Kitáb El-Ain, liber *Aïn* de alchymia, quem auctor libri *E'-Riyádh* edidit. — 10342. Kitáb El-Ain, liber *Aïn*. Opus lexicologicum, de cujus auctore viri docti varia statuunt; et primum quidem *Khalíl Ben Ahmed* Grammaticus, anno 175 (inc. 10. Mai. 791) mortuus, illud composuisse dicitur. *Soyúti* in *El-Mazhar:* Hic primus fuit, inquit, qui hoc argumentum scripto tractavit, et liber ille primus est ea de re compositus; et Imám *Fakhr-ed-dín* in *Mahsúl:* Principium librorum de vocibus, quatenus in lexicis tractantur, liber *Aïn* est, et vulgus hominum in eo vituperando consentit, et ex iis, quae *Sírâfi* in *Tabacát* disputat, patet, *Khalíl* eum non absolvisse; at plurimi hominum negant librum ab eo esse compositum. Eorum aliquis: Certe, inquit, *Leith Ben Nasr Ben Seyyár Khorásáni* ejus auctor est. Alii *Khalíl*um partem tantum ab initio usque ad finem literae *Aïn* composuisse, *Leith* autem absolvisse dicunt, eamque ob caussam initium a fine esse diversum. *Ibn-elmo'tezzi* auctoritate narratur, *Khalíl* se ad *Leith* recepisse. Librum cum ille composuisset, hic tanti eum fecit, ut memoriae mandare inciperet, et memoriae dimidiam partem tradidit. Quo facto accidit, ut liber igne deleretur. Secundum autem exemplum apud eum non exstitit, et *Khalíl* quoque cum mortuus esset, dimidiam partem *Leith* memoriter dictavit. Viri autem aetatis docti collegerunt, et reliquam partem ad modum prioris partis confecerunt. — Haec a *Yácút* in *Mo'jem el-odabá* referuntur. —

وعن ابى الطيّب اللغوى انّ الخليل رتّب ابوابه وتوفى من قبل ان يحشوه قال ثعلب وقد حشى قوم من العلمآء الّا انّه لم يؤخذ منهم رواية فاختلّ لهذا وعن ابن راهويه كان الخليل عمل منه باب العين وحده واحبّ الليث ان ينفق سوق الخليل فصنّف باقيه وسمى نفسه الخليل من حبّه له فهو اذا قال فيه قال الخليل بن احمد فهو الخليل واذا قال قال الخليل مطلقًا فهو يحكى عن نفسه فجميع ما فيه من الخلل منه لا من الخليل واما قدح الناس فيه قال ابن جنّى فى الخصآئص امّا كتاب العين ففيه من التخليط والخلل والفساد ما لا يجوز ان يحمل على اصغر اتباع الخليل فضلا عنه نفسه واختصره ابو بكر محمد بن الحسن [ابن مذحج] الزبيدى [الاندلسى] اللغوى المتوفى سنة ٣٨٠ تقريبًا قال فيه انّه لا يصحّ له ولا يثبت عنه واكثر الظنّ فيه انّ الخليل ثبت اصله ثمّ هلك قبل كماله فتعاطى اتمامه من لا يقوم فى ذلك مقامه فكان سبب الخلل والدليل على ما ذكره ثعلب اختلاف النسخة واضطراب رواياته وعن ابى على القالى لما ورد كتاب العين من بلاد خراسان فى زمن

---

***Abu'ltayyib*** Lexicologus narrasse dicitur, ***Khalil***um libri capita disposuisse, at mortuum esse, antequam ea repleverit. Tum, ut ***Tha'leb*** tradit, vir quidam doctus capita explevit, omissa autem est omnis auctoritas, quam viri docti praeiissent; qua de caussa liber defectu laborat. ***Ibn Rahweih*** teste tradunt, ***Khalil*** solam literam ***Aïn*** confecisse, ***Leith*** autem cupivisse, ut famam ***Khalili*** publicam augeret. Composuit igitur reliqua, seque ipsum ***Khalil*** i. e. amicum sincerum nominavit propter amorem, quo illum amplexus est. Jam quando dicit ibi „***Khalil Ben Ahmed*** dicit", ***Khalil***um significat, et quando absolute dicit „Dicit ***Khalil***", se ipsum metonymice significare vult, ita ut omnia vitia, quae in libro inveniantur, non ***Khalil***o, sed ipsi sint tribuenda. Jam vero vituperationem hominum quod attinet, quam liber ***Khalili*** subiit, haec monet ***Ibn Jinni*** in libro ***El-Khasâis:*** In libro ***Aïn*** tanta confusio, vitiositas et corruptio regnant, ut minimo discipulorum ***Khalili*** hanc negligentiam imputare vix liceat, nedum ***Khalil***o ipsi. ***Abu Bekr Mohammed Ben-elhasan*** [***Ben Madhij***] ***Zebîdi*** [***Andalusi***] Lexicologus, circa annum 380 (inc. 31. Mart. 990) mortuus, qui epitomen libri confecit, in ea haec habet: Liber ***Khalil***o non accommodatus est neque eum auctorem esse constat. Praevalet enim opinio, ***Khalil***um firma autographi fundamenta jecisse, tum autem illud periisse, antequam finitum esset. Postea ad finem [illegible] perducere homines conati sunt, qui minime ut ille rei pares erant; qua in re vitiorum [illegible]est. Et quae ***Tha'leb*** protulit, diversitate exemplaris et auctoritatum discrepantia probantur. ***Abu Ali El-Câli*** dixisse traditur: Liber

ابى حاتم انكره هو واصحابه اشدّ الانكار لانّ الخليل لو الّفه لحمله اصحابه عنه وكانوا اولى بذلك من رجل مجهول ولما مضت بعده مدّة طويلة ظهر الكتاب فى زمان ابى حاتم وذلك فى حدود سنة ٢٥٠ فلم يلتفت احد من العلماء اليه ومن الدليل انّ جميع ما وقع فيه من معانى النحو انما هو على مذهب الكوفيين وبخلاف مذهب البصريين على خلاف ما ذكره سيبويه عن الخليل وسيبويه حامل علم الخليل وفيه خلط الرباعى والخماسى من اولهما الى آخرهما فهذّبنا جميع ذلك فى المختصر وجعلنا لكلّ شىء بابًا منه لحصره وكان الخليل اولى بذلك انتهى كلام الزبيدى فى صدر كتابه الاستدراك على العين قال السيوطى وقد طالعته فرأيت وجه التخطئة غالبه من جهة التصريف والاشتقاق وامّا انّه يخطأ فى لفظه من حيث اللغة بان يقال هذه اللغة كذب فمعاذ الله لم يقع ذلك وحينئذ لا قدح فيه فالانكار راجع الى الترتيب وهذا امر بيّن وان كان مقام الخليل تنزه عن ارتكاب مثل ذلك

---

*Aïn* cum e provincia Khorásán tempore *Abu Hátim*i emanasset, huic ejusque discipulis gravissima orta est suspicio. Si enim *Khalîl* illum composuisset, discipuli certe ejus auctoritate eum introduxissent, qui has partes melius sustinere potuissent, quam vir ignotus. Deinde enim cum longum spatium praeteriisset, liber tempore *Abu Hátim*i i. e. circa annum 250 (inc. 13. Febr. 864) apparuit, nec quisquam virorum doctorum eum respexit. Probatur porro illa opinio eo, quod omnes propositiones grammaticae, quae in libro leguntur, nonnisi ad Cufensium doctrinam compositae sunt, ideoque contrariae Basrensium doctrinae, id quod minime consentit cum iis, quae *Sîbaweih*, qui interpres et columen doctrinae *Khalîl*i est, ex ejus auctoritate docet. Huc pertinet confusio in capite de verbis quatuor et quinque literarum ab initio usque ad finem. Omnia haec autem in epitome recognovimus et emendavimus, et singulis rerum argumentis caput in ea dedimus quo comprehenderentur, et certe *Khalîl*us his rebus praeter ceteros par erat. — Haec *Zebîdî* in praefatione libri *El-Istidrák ala El-Aïn* monet. — *Soyûti:* Legi librum, inquit, et vidi, errores plurimos in capite de flexu formarum et etymologia inveniri, et certe auctor verbo suo errat, quatenus idioma linguae spectat, quando dicitur: Hic modus dicendi falsus est; et Deus prohibeat! usus falsus locum non habet, neque tum ullus vituperandi locus est, sed, ut patet, improbatio in dispositionem cadit, licet [illegible] exemta sit a rerum similium confusione, neque prohibeamur [illegible] in libro ponamus et

ولا يمنع الوثوق به والاعتماد عليه واما التصحيف فمن ذا الذى سلم من التصحيف وممن الّف الاستدراك على العين ابو طالب المفضّل بن سلمة الكوفى توفى سنة قال ابو طيّب ردّ اشيآء من العين اكثرها غير مردود وترتيبه ليس على الترتيب المعهود وقد نظم ابو الفرج سلمة بن عبد الله المعافرى فى ترتيبه ابيات منها

العين والحآء ثم الهآء والخآء
والغين والقاف ثمّ الكاف اكفآء
والجيم والشين ثم الضاد يتبعها
صاد وسين وزاى بعدها طآء
والدال والتآء ثم الطآء متّصل
بالظآء ذال وثآء بعدها رآء
واللام والنون ثم الفآء والبآء
والميم والواو والمهموز واليآء

قال ابو طالب المفضّل ذكر صاحب العين انّه بدأ بحرف العين لانّها اقصى الحروف مخرجًا

---

ad ejus auctoritatem recurramus. Quod autem errores in legendis vocibus commissos attinet, quinam est liber, qui a vitiis ejusmodi immunis sit? — Praeterea *Abu Talib Mofadhdhil Ben Salama Kufi*, anno . . . mortuus, supplere studuit, quae in libro *Aïn* neglecta viderentur. — *Abu Tayyib:* Plura, inquit, ex libro *Aïn* refutantur, quorum major pars non refutanda est, at dispositio ad rationem usu receptam non est facta. *Abu'lfaraj Salama Ben Abdallah Meáfiri* de dispositione fudit versus; ex quibus hos commemoramus:

*El-Aïn* et *El-Há*, tum *El-Hé* et *El-Khá*
Et *El-Ghaïn* et *El-Cáf*, tum *El-Káf* aequales.
Et *El-Jím* et *El-Shín*, tum *El-Dhád*, quam sequitur
*Sád* et *Sín* et *Zá* et post has *Tá*,
Et *El-Dál*, et *El-Té*, tum *El-Tá* conjuncta
Cum *El-Tzá*, *Dzál* et *Thá*, post eas *Rá*,
Et *Lám* et *Nún*, tum *El-Fá* et *El-Bá*,
Et *El-Mím* et *El-Wáw* et *El-Elif* et *El-Yá*.

*Abu Tálib Mofadhdhil:* Auctor libri *Aïn*, inquit, incipit a litera *Aïn*, quod spectata oris parte, unde pronunciatio explanabilis pendet, remotissima est. Quod *Sibaweih*

10598. **Kitáb el-witr**, liber de die, quo in monte Arafat sacra peraguntur, auctoribus *Mohammed Ben Nasr Merwezi* Shafiita, anno 294 (inc. 22. Oct. 906) mortuo, et Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed* [*Dzehebi*] *Turkemáni* [Shafiita], anno 750 (inc. 22. Mart. 1349) mortuo, cujus liber volumine comprehenditur. — 10599. **Kitáb el-wajd**, liber exstaticae Dei contemplationis et conjunctionis cum eo gloriae caussa, auctore *Mohammed Ben Ahmed Ben Abi Bekr Mostabsheri*. Folium unum, quod ita incipit: Laus Deo glorioso et splendido etc. — 10600. **Kitáb el-wojúh**, liber modorum variorum, auctore *Mecátil Ben Soleimán*. Laudatur a *Tha'lebi* in *El-Kashf*, et fortasse de lectione coranica agit. — 10601. **Kitáb el-wojúh**, liber modorum variorum. Opus anthologicum. — 10602. **Kitáb el-wohdán**, liber auctoritatum singularum, auctoribus *Moslim* et Imám *Abu Abdallah Mohammed Ben Ismail Bokhári*, anno 256 (inc. 9. Dec. 869) mortuo. Agit de iis, qui unam tantum traditionem a sociis prophetae relatam propagarunt. — 10603. **Kitáb el-wahdet el-iláhíyet**, liber unitatis divinae, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed* Medico, anno 286 (inc. 17. Jan. 899) mortuo. — 10604. **Kitáb el-wohúsh**, liber de feris. Scripserunt *Abu Musa Soleimán Ben Mohammed El-Khámidh* Grammaticus, anno [305 (inc. 24. Jun. 917)] mortuus — *Abu Hátim Sahl Ben Mohammed Sejestáni*, anno . . . mortuus — *Abu Said Abd-el-melik Ben Coreib Asmaí*, anno . . . mortuus — et *Abu Said Hasan Ben Hosein Sokkari*,

المتوفى سنة ٢٧٥ ١٠٦٠٥ كتاب الوجد لابن ابى الدنيا ذكر فيه الامثال التى وجدها عن بعض الاوائل فساقها بغير اسناده ١٠٦٠٦ كتاب الوزرآء لاسمعيل بن عباد الوزير المعروف بالصاحب المتوفى سنة وابى عبد الله محمد بن احمد الفارسى المتوفى سنة ومحمد بن عبدوس الجهشيارى ابى عبد الله ولابى بكر محمد بن يحيى بن عبد الله بن العباس المعروف بالصولى المتوفى سنة ولخليل بن الحسن وذيّله الشيخ تاج الدين على بن انجب ابن الساعى البغدادى فى مجلد المتوفى سنة ٦٧٤ ١٠٦٠٧ كتاب الورع للمروزى ١٠٦٠٨ كتاب الوصايا بالجذور لابى كامل شجاع بن اسلم اوله الحمد لله المتمم نعمته على خلقه الخ ذكر فيه انه الّف كتابًا معروفًا بكمال الجبر وتمامه واقام الحجة فى كتاب الثانى بالتقدمة والسبق للجبر والمقابلة لمحمد بن موسى الخوارزمى فرأى تأليف كتاب فى الوصايا وابتدأ فى اوله بما يسهل منها مما رسمته الفقهآء وببعض ما فى كتاب لحجاج بن يوسف المعروف بكتاب الوصايا

---

anno 275 (inc. 16. Mai. 888) mortuus. — 10605. Kitáb el-wojd, liber inventionis. *Ibn Abi'ldunyá* hic proverbia collegit, quae a nonnullis majoribus profecta invenit. Ea nulla addita auctoritate persequitur. — 10606. Kitáb el-wozará, liber de Weziris. Scripserunt *Ismail Ben Abbád* Wezirus, vulgo *Sáhib* dictus et anno . . . mortuus — *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Fárisi*, anno . . . mortuus — *Abu Abdallah Mohammed Ben Obdús Jeheshyári* — *Abu Bekr Mohammed Ben Yahya Ben Abdallah Ben-elabbás*, vulgo *Suli* dictus et anno . . . mortuus — et *Khalíl Ben-elhasan*, cujus librum Sheikh *Táj-ed-dín Ali Ben Anjeb Ibn-elsái Baghdádi*, anno 674 (inc. 27. Jun. 1275) mortuus, volumine continuavit. — 10607. Kitáb el-warai', liber abstinentiae, auctore *Merwezi*. — 10608. Kitáb el-wesáyá bi'ljodzúr, liber institutionum radicum arithmeticarum, auctore *Abu Kámil Shodjá' Ben Aslam*. Incipit ita: Laus Deo, qui beneficia sua in res creatas perfecto modo confert etc., et auctor narrat, se librum composuisse titulo *Kemál el-jebr we temámoho* i. e. „Perfectio et absolutio algebrae" insignitum. Argumentationem in libro secundo ita stabilivit, ut priores partes et principatum libro *El-Jebr we El-Mocábelet* a *Mohammed Ben Musa Khowarezmi* edito deferret. Tum sibi librum componere proposuit de institutionibus, cujus initio faciliores earum secundum statuta jurisconsultorum et nonnulla earum praemittit, quae in libro institutionum a *Héjjáj Ben Yusuf* edito proponuntur. Quae explicatione carere non possent, commentario instruxit, et

وشرح ما يحتاج اليه وبيّن ما ينبغى بيانه بالجبر والمقابلة والدينار والدرهم بيانًا صحيحًا وهو كتاب لطيف فى مجلّد متوسّط   ١٠٦٠٩ كتاب وصايا الحياة والممات مختصر لبعض العلمآء اوله الحمد لله الذى امرنا ان نقى انفسنا واهلينا نارا الخ جمع فيه وصايا الانبيآء والاوليآء والحكمآء   ١٠٦١٠ كتاب فى وصايا فيثاغورس لابى العباس احمد بن محمد السرخسى المتوفى سنة ٢٨٦   ١٠٦١١ كتاب الوصايا لاحمد بن محمد الكرابيسى الهندى المتوفى سنة وابى حنيفة احمد بن داود الدينورى المتوفى سنة وابى جعفر احمد بن محمد الطحاوى المتوفى سنة   ١٠٦١٢ كتاب وصل فى اسرار امّ القرآن تكلّم فيه على تفسير الفاتحة   ١٠٦١٣ كتاب الوفاء لابى العباس المستغفرى المتوفى سنة   ١٠٦١٤ كتاب الوقف فى كلا لابى محمد مكى بن ابى طالب المقرىّ المتوفى سنة [٤٣٧] وله الوقف التامّ   ١٠٦١٥ كتاب الوقف لمولانا يوسف بن حسين الكرماستى مختصر اوله الحمد لله حامى العدل والاحسان الخ وهو مشتمل على اربعين

---

ratione sana doctrinam algebrae et rationem denariorum et drachmarum in auxilium vocavit, ubi expositionem earum ope egere ei consentaneum videbatur. Liber elegans est volumine medii ambitus comprehensus. — 10609. Kitáb wesáyá el-hayát we el-memát, liber praecepta continens de vita et morte, auctore quodam viro docto. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui nos nosmet ipsos et familias nostras igne integros praestare jussit etc., et praecepta prophetarum, sanctorum et philosophorum collecta continet. — 10610. Kitáb fi wesáyá Fithaghuras, liber de aureis carminibus Pythagorae, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Serakhsi*, anno 286 (inc. 17. Jan. 899) mortuo. — 10611. Kitáb el-wesáyá, liber de legatis computandis. Scripserunt *Ahmed Ben Mohammed Kerábisi* Indus, anno . . . mortuus — *Abu Hanífa Ahmed Ben Dawud Dineweri*, anno . . . mortuus — et *Abu Ja'far Ahmed Ben Mohammed Tehháwi*, anno . . . mortuus. — 10612. Kitáb wasl, liber acquisitionis de arcanis primae Corani Suratae. Disseruit ibi auctor ad primam Suratam *Fátiha* explicandam. — 10613. Kitáb el-wefá, liber integritatis, auctore *Abu'labbás Mostaghfiri*, anno . . . mortuo. — 10614. Kitáb el-wacf, liber de pausa in legenda voce *kellá* facienda, auctore *Abu Mohammed Mekki Ben Abi Tálib* legendi magistro, anno [437 (inc. 19. Jul. 1045)] mortuo. Idem librum de pausa perfecta scripsit. — 10615. Kitáb el-wacf, liber de legatis, auctore Molla nostro *Yusuf Ben Hosein Kermáseti*. Compendium hoc ita incipit: Laus Deo justitiam et benevolentiam defendenti etc., et in quadraginta capita et

بابا ومسائل   ١٠٦١٦ كتاب الوقف والابتداء لابى سعيد حسن بن عبد الله السيرافى المتوفى سنة [٣٦٨] وابى جعفر احمد بن محمد النحاس النحوى المتوفى سنة ٣٣٨ واحمد بن يحيى الثعلب النحوى المتوفى سنة ٢٩١ ومحمد بن حسن الرؤاسى كبيرًا وصغيرًا [كان استاذ الكسائى وهو اول من وضع كتابًا فى الكوفيين] توفى سنة وابن مقسم محمد بن حسن وله عدد التام توفى سنة ٣٥٢ وللامام ابى بكر محمد بن [القاسم بن] بشار الانبارى [المتوفى سنة ٣٢٨] سمّاه الايضاح وللامام [برهان الدين] السجاوندى ولابى عمرو عثمان الدانى [المقرئ] المتوفى سنة [٤٤٤] سماه المكتفى والزجاج النحوى المتوفى سنة [٣١٠] وللامام برهان الدين ابراهيم بن عمر الجعبرى المتوفى سنة ٧٣٢ سمّاه وصف الاهتداء ولابى عبد الله محمد بن محمد بن عبّاد المقرئ النحوى المتوفى سنة ٣٣٤ [جوّد فيه] وللشيخ ابى محمد عبد السلام بن على بن عمر الزوادى [المتوفى سنة ٦٨١] مختصر اوله الحمد لله الذى هدانا للدين القويم الخ ذكر فيه الوقوف الغريبة والمشهورة   ١٠٦١٧ كتاب الوقوفات للكواكب

---

quaestiones divisum est. — 10616. **Kitáb el-wacf we el-ibtidá**, liber de pausa et initio in legendo faciendis, auctoribus *Abu Saíd Hasan Ben Abdallah Síráfi*, anno [368 (inc. 9. Aug. 978)] mortuo — *Abu Ja'far Ahmed Ben Mohammed Nahhás* Grammatico, anno 338 (inc. 1. Jul. 949) mortuo — *Ahmed Ben Yahya Tha'leb* Grammatico, anno 291 (inc. 24. Nov. 903) mortuo — *Mohammed Ben Hasan Rowási*, qui librum majorem et minorem scripsit et anno . . . obiit. [Fuit magister *Kisáyi*i et primi inter Kufenses libri auctor exstitit — *Ibn Mocsim Mohammed Ben Hasan*, anno 352 (inc. 30. Jan. 963) mortuo, qui apparatum plenum dedit — Imám *Abu Bekr Mohammed Ben-[elcásim Ben] Beshshár Anbári*, [anno 328 (inc. 18. Oct. 939) mortuo], cujus liber titulum *El-Idháh* prae se fert — Imám [*Borhán-ed-dín*] *Sejáwendi* — *Abu Amru Othmán Dáni* [magistro legendi], anno 444 (inc. 3. Mai. 1052) mortuo, cujus liber *Mukteſi* inscriptus est — *Zejjáj* Grammatico, anno [310 (inc. 1. Mai. 922)] mortuo — Imám *Borhán-ed-dín Ibráhím Ben Omar Ja'beri*, anno 732 (inc. 4. Oct. 1331) mortuo, qui libro titulum *Wasf el-ihtidá* dedit — *Abu Abdallah Mohammed Ben Mohammed Ben Abbád* magistro legendi et Grammatico, anno 334 (inc. 13. Aug. 945) mortuo, [qui egregie disputavit] — et Sheikh *Abu Mohammed Abd-el-selám Ben Ali Ben Omar Zuwádi*, [anno 681 (inc. 11. Apr. 1282) mortuo], cujus compendium ita incipit: Laus Deo, qui nos ad religionem rectam ducit etc. Ibi pausas rariores et notiores tractat. — 10617. **Kitáb el-wocúfát lil-kewákib**,

فى علم السحر على طريقة اليونان ١٠٦١٨ كتاب الوكالة لابى الحسن على بن عبد العزيز الجرجانى الشافعى المتوفى سنة ٣٦٦ فيه اربعة آلاف مسئلة

## الهاء

١٠٦١٩ كتاب الهاءات لابى بكر محمد بن قاسم الانبارى النحوى المتوفى سنة ٣٢٨ ١٠٦٢٠ كتاب الهاويطوس لهرمس ١٠٦٢١ كتاب الهبة للامام ابى عبد الله محمد بن اسمعيل البخارى المتوفى سنة ٢٥٦ ذكره رواته ١٠٦٢٢ كتاب الهجاء لابى الحسين احمد بن سعد الكاتب الاصفهانى المتوفى فى حدود سنة ٣٥٠ ١٠٦٢٣ كتاب الهدايا لابراهيم الحربى ١٠٦٢٤ كتاب الهدى لابى عبد الله محمد بن القيم ١٠٦٢٥ كتاب هرقل الملك فى الصنعة وهو مشتمل على اربعة عشر كتابًا فى كلّ منها رسائل قصيرة ١٠٦٢٦ كتاب هروشش صاحب القصص وهو

---

liber cognitionum siderum certarum de arte magica secundum Graecorum disciplinam. — 10618. Kitáb el-wikálet, liber procurationis, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Abd-el-azíz Jorjáni* Shafiita, anno 366 (inc. 30. Aug. 976) mortuo. Continet quatuor milia quaestionum. —

Libri quorum tituli praemisso verbo *kitáb* a litera *Há* incipiunt.

10619. Kitáb el-háát, liber literarum *Há*, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Cásim Anbári* Grammatico, anno 328 (inc. 18. Oct. 939) mortuo. — 10620. Kitáb El-Háwítús, liber Hermetis *Háwítús* inscriptus. — 10621. Kitáb el-hibet, liber doni, auctore Imám *Abu Abdallah Mohammed Ben Ismaíl Bokhári*, anno 256 (inc. 9. Dec. 869) mortuo. Commemoratur ab iis, qui ejus lectiones tradiderunt. — 10622. Kitáb el-hijá, liber satyrae, auctore *Abu'lhosein Ahmed Ben Sa'd Isfaháni* Scriba, circa annum 350 (inc. 20. Febr. 961) mortuo. — 10623. Kitáb el-hedáyá, liber munerum oblatorum, auctore *Ibráhím Harbi*. — 10624. Kitáb el-hodá, liber verae religionis, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben-elcayyim*. — 10625. Kitáb Hirekil el-melik, liber Heraclii principis de Alchymia. Constat e quatuordecim libris, qui singuli tractatus breviores continent. — 10626. Kitáb Horushesh, liber Orosii historiarum auctoris. Historia est regum Rumaeorum et

تأريخ ملوك الروم وقصص المبعوث اليهم من الانبيآء وكان باللسان اللطيني ١٠٦٢٧ كتاب الهفوات لغرس النعمة محمد بن هلال بن المحسن الصابي ١٠٦٢٨ كتاب الهمزة وتخفيفها لابي زيد سعيد بن اوس الخزرجي المتوفى سنة وابي سعيد عبد الملك بن قريب الاصمعي المتوفى سنة وابي علي محمد بن المستنير المعروف بقطرب النحوي المتوفى سنة ١٠٦٢٩ كتاب الهندسة كبير لابي القاسم اصبع بن محمد الغرناطي المهندس المتوفى سنة ٤٢٦ وابي الصلت امية ابن عبد العزيز الاندلسي المتوفى سنة ٥٢٩ وفي الاعمال الهندسيّة كتاب لابي الوفاء محمد ابن محمد البوزجاني المهندس جعل على ثلثة عشر بابًا في عمل المسطرة والكونيا والبركار والاشكال ١٠٦٣٠ كتاب الهيئة اوله الحمد لله الفاعل المختار الخ ذكر فيه انه الفه لالوغ بك ورتّب على مقدمة واربعين تفسرة ١٠٦٣١ كتاب الهجاء لابي العباس احمد بن يحيى الثعلب النحوي المتوفى سنة وابي مرزبان عبد الله بن جعفر بن درستويه النحوي المتوفى سنة

---

enarratio prophetarum ad illos missorum lingua latina conscripta. — 10627. Kitáb el-hefawát, liber lapsuum, auctore *Ghars el-ni'met Mohammed Ben Hilál Ben-elmohsin Sábi.* — 10628. Kitáb el-hamza, liber de *Hamza* ejusque allevatione. Scripserunt *Abu Zeid Said Ben Aus Khazreji*, anno . . . mortuus — *Abu Said Abd-elmelik Ben Coreib Asmai*, anno . . . mortuus — et *Abu Ali Mohammed Ben-elmostenir* Grammaticus, vulgo *Cotrob* dictus et anno . . . mortuus. — 10629. Kitáb el-hendeset, liber de geometria major, auctoribus *Abu'lcásim Asba' Ben Mohammed Gharnáti* Geometra, anno 426 (inc. 16. Nov. 1034) mortuo, et *Abu'lsalt Omayya Ben Abd-el-azíz Andalusi*, anno 529 (inc. 22. Oct. 1134) mortuo. *Abu'lwefá Mohammed Ben Mohammed Buzjáni* Geometra librum scripsit de operationibus geometricis, cui tredecim capita dedit, quae de operatione cum canone geometrico, norma (*γωνία*), circino et figuris agunt. — 10630. Kitáb el-híat, liber de astronomia, qui ita incipit: Laus Deo actori praestantissimo etc. Auctor narrat, in favorem *Olúgh Bek*i se scripsisse, et librum in praefationem et quadraginta explicationes disposuit. — 10631. Kitáb el-híjá, liber de literis alphabeti. Scripserunt *Abu'labbás Ahmed Ben Yahya Tha'leb* Grammaticus, anno . . . mortuus, et *Abu Merzobán Abdallah Ben Ja'far Ben Dorostaweih* Grammaticus, anno . . .

## اليآء

١٠٦٣٢ كتاب اليآء للشيخ محيى الدين محمد بن على المعروف بابن عربى المتوفى سنة
١٠٦٣٣ كتاب اليتيم لارسطوا وهو كتاب الغالب والمغلوب والطالب والمطلوب ألفه للاسكندر
١٠٦٣٤ كتاب اليسر بعد العسر لخالد بن ابى الفرج الاصفهانى المتوفى سنة     ١٠٦٣٥ كتاب
اليقين لابى بكر عبد الله بن محمد بن عبيد بن ابى الدنيا ولزهير بن عباد الرواسى
ذكره صاحب الدرّ النظيم     ١٠٦٣٦ كتاب اليوم والليل لابى عمر محمد بن عبد الواحد
المعروف بغلام ثعلب

١٠٦٣٧ كتائب اعلام الاخبار من فقهآء مذهب النعمان المختار للمولى محمود بن سليمان
الكفوى المتوفى سنة ٩٩٠ اوله الحمد لله الذى ارسل رسوله بالهدى ودين الحقّ الخ قال
ومن نعم الله ما ساقنى الى جمع اخبار فقهآء الاعصار من ذوى الفتيا وقضاة الامصار من لدن

---

### Libri quorum tituli praemisso verbo *kitáb* a litera *Yá* incipiunt.

10632. **Kitáb el-yá**, liber de vi arcana literae *Yá*, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali*, vulgo *Ibn Arabi* dicto et anno . . . mortuo. — 10633. **Kitáb el-yetím**, liber viri incomparabilis, quem Aristoteles in favorem Alexandri composuit. Liber idem titulum prae se fert *El-Ghálib we El-Maghlúb we El-Tálib we El-Matlúb* i. e. de vincente et victo, quaerente et quaesito. — 10634. **Kitáb el-yosr ba'da el-osr**, liber prosperitatis post calamitatem, auctore *Khálid Ben Abi'lfaraj Isfaháni*, anno . . . mortuo. — 10635. **Kitáb el-yeckín**, liber certae cognitionis. Scripserunt *Abu Bekr Abdallah Ben Mohammed Ben Obeid Ben Abi'ldunyá* et *Zoheir Ben Abbád Rowási*, cujus librum auctor operis *El-Dorr El-Netzím* commemorat. — 10636. **Kitáb el-yaum we el-leil**, liber de die et nocte, auctore *Abu Omar Mohammed Ben Abd-el-wáhid*, vulgo *Gholám Tha'leb* dicto. —

10637. **Ketáib a'lám el-akhbár**, turmae praestantissimarum historiarum de jurisconsultis sectae *No'máni* electi agentium, auctore Molla *Mahmúd Ben Soleimán Kuwufi*, anno 990 (inc. 26. Jan. 1582) mortuo. Incipit ita: Laus Deo, qui legatum suum cum via recta et religione veritatis misit etc. Auctor: Pono hoc in beneficiis divinis, inquit, quod me ad colligendas historias jurisconsultorum impulit, qui temporibus praeteritis a propheta nostro inde usque ad Sheikhos nostros hujus aetatis

نبينا الى مشايخنا فى تلك الاوان ولقد كنا فى اثناء بعض الليالى تسامرنا اهالى البلاد التى يكون بها القاضى من ثمرات افانين العلوم فكلما انساق عنان الكلام فى بيداء بيان الفقهآء وشيوخ الاسلام وجدنا اكثرهم غافلين عن اصحابنا لا يعرفون التلميذ عن الاستاذ ولا يميّزون ذوى التقليد عن الاجتهاد فحثّونى على كتب كتائب اعلام الاخبار وطبقات ذوى الفتيا وقضاة الامصار فجمعت مشايخنا المتقدّمين والمتأخّرين باسانيدهم وعنعناتهم على حسب اعصارهم وطبقاتهم مع ارداف المسائل الغريبة المنقولة عنهم فى مشاهير كتب الفتاوى وتذييل حكايات العجيبة المسموعة فى حقهم عن جماهير العلمآء من مشايخ زماننا الى ابى حنيفة ثم الى رسول الله صلعم ولقد دوّن المؤرّخون كتبا فى الطبقات ولم ار احدًا اعتنى ببيان الاسانيد والعنعنات مع ارداف المسائل وتذييل الحكايات

١٠٦٣٨ الكتب الستة فى الحديث قال ابن الصلاح الكتب الخمسة هى الصحيحين وسنن ابى داود وسنن النسائى وجامع الترمذى

---

dandis responsis juridicis et judiciis ferendis excelluerunt. Confabulati sumus mediis noctibus nonnullis cum familiaribus e terris diversis, quibus inter cetera doctrinae et eruditionis argumenta praecipue de judicis munere disputabatur. Quotiescunque igitur orationes in exponenda jurisconsultorum et Sheikhorum Islami caussa tanquam in campo libere vagari passi sumus, illos maximam partem incurios invenimus conditionis asseclarum sectae nostrae, ut discipulum a praeceptore non dignoscerent, neque servum imitatorum pecus a diligentissimis veritatis investigatoribus distinguerent. Hinc me excitarunt, ut turmas vexillorum historiarum et categorias Muftiorum et judicum in variis urbibus florentium conscriberem. Collegi igitur Sheikhos nostros priores et seriores additis auctoritatibus, quibus usi erant, earumque serie deinceps retro enumerata secundum tempus quo vixerunt et categorias, quibus subjiciendi essent. His subnexui quaestiones rariores, quae in notissimis libris responsa juridica continentibus illorum auctoritate referuntur, et ad finem narrationes addidi miras, quae ex ore virorum doctorum celeberrimorum de illis circumferuntur, a Sheikhis inde scilicet temporis nostri usque ad *Abu Hanîfam* et deinceps retro usque ad legatum Dei. Historici quidem libros de classibus composuerunt, neque tamen ullum vidi, qui in recensendis auctoritatibus et earum serie deinceps retro usque ad primum auctorem enumeranda versatus sit, ita ut simul quaestiones adderet et narrationes subnecteret. — 10638.

El-Kotob el-Sittet, libri sex canonici de traditionibus. Teste *Ibn-elsaláh* libri quinque sunt *Sahîh* uterque, *Sonen Abu Dawúdi*, *Sonen Nesáyî* et *Jâmi' Tirmidzi*. —

انتهى وما عدا كتاب ابن ماجه واول من ضمّ ابن ماجه اليها ابن طاهر المقدسى فلم يقلّد فى ذلك فلمّا صحّ ضمّه الشيخ عبد الغنى اليها فى كتابه الكمال تابعه الناس فاتّفق الفقهآء المحدّثون على قبولها فانّ شأن هذه ان ينساق الحديث فيه للاحتجاج والمحتجّ من شأنه ان لا يورد لاثبات دعواه الّا المقبول فالمبوّب اذا قال باب كيت وكيت فكانّه قال انا ادعى ان الحكم فى المسألة الفلانيّة كذا وكذا بدليل ما حدثنا فلان عن رسول الله صلعم كذا وكذا قال هذا هو الاصل لكن قد ينعكس الامر فينتقى صاحب المسند ايضا ويهمل صاحب السنن ذكره البقاعى فى حاشية شرح الالفية وقال شمس الدين ابن الجزرى فى سنن ابن ماجه وهو سادس الكتب الستة عند ائمّة الحديث واما جعل صاحب جامع الاصول للموطّأ من الكتب الستة دون سنن ابن ماجه فهو اصطلاح له جمعها رزين بن معاوية العبدرى المتوفى سنة [٥٣٤] ورتّب على الابواب ايضا ذكر فيه فقه مالك الذى فى الموطّأ

---

Haec ille. — Qui praeter hos numeratur, liber est ab *Ibn Májeh* compositus. Primus autem, qui hunc librum illis quinque adjecit, fuit *Ibn Táhir Mocaddesi*, neque tamen ullus ei in hac re assensit. Cum vero constaret, Sheikhum *Abd-el-ghani* illum librum in suo *Kemál* quinque libris adjecisse, homines in ejus sententiam discesserunt, ut jurisconsulti traditionarii illos sex comprobarent. Hoc autem iis peculiare est, ut traditio ibi relata ad afferendam probationem inserviat. Is enim qui probare studet, has esse suas partes putat, ut ad id comprobandum quod contendit nonnisi traditiones omnium opinione probatas admittat. Is autem, qui traditiones in capita disposuit, quando dicit „hoc vel illud caput", hoc idem est ac si dicit: Ego contendo rem, in qua quaestio illa versetur, esse hanc vel illam, id quod probetur eo, quod nobis quidam auctoritate prophetae divini interposita tradiderit hoc vel illud. Hoc, inquit, fundamentum est, attamen res interdum invertitur, ut etiam auctor libri *Mosnad* traditionem eligendo admiserit, auctor libri *Sonen* omiserit. Ita dicit *Becái* in glossis ad commentarium in *Alfiyam*. — *Shems-ed-dín Ibn-eljezeri* librum *Sonen Ibn Májeki* sextum esse librum sex librorum ex opinione Imamorum traditionariorum dicit. Quod autem auctor libri *Jámi' el-osúl* librum *Mowatta* repudiato libro *Sonen Ibn Májeki* in illis sex libris canonicis numerat, haec opinio ei est peculiaris. *Rezín Ben Meáwiya Abderi*, anno [534 (inc. 28. Aug. 1139)] mortuus, libros sex illos in unum collegit et praeterea in capita disposuit. Consignat ibi juris prudentiam, quam *Málik* in *Mowatta* inseruit, et inscriptiones capitum, quae *Bokhári* in *Sahíh*

وتراجم ابواب البخارى وابن الاثير الجزرى فى جامع الاصول

### ١٠٦٣٩ علم الكحالة

من فروع علم الطبّ وهو علم باحث عن حفظ صحّة العين وازالة مرضها موضوعه عين الانسان غرضه ونفعه ظاهر [والكتب التى الّفت فيه تذكرة الكحّالين تركيب العين رسالة الكى شفاء العيون كشف الرين فى احوال العين صور العيون نتيجة الفكر فى احوال البصر نور العيون مهذب وغير ذلك]

١٠٦٤٠ كحل العيون النحل فى حلّ مسئلة الكحل للشيخ محمد بن ابراهيم بن الحنبلى الحلبى المتوفى سنة [٩٧١] رسالة مفصّلة اولها نحمدك يا مسبب الاسباب الخ ١٠٦٤١ كرت نامه فارسى منظوم نظمه ربيعى شاعر من شعراء عصر فخر الدين من ملوك كرت نظمها على وزن شاهنامه ١٠٦٤٢ كرشاسب نامه فارسى منظوم لشاعر مخلصه الاسدى الطوسى [استاد الفردوسى الطوسى] ١٠٦٤٣ الكرّ على عبد البرّ فى اعراب آية للسيوطى ذكره فى فهرس

---

habet. Praeterea *Ibn-elathír Jezeri* traditiones librorum sex in suo *Jámi' el-osúl* in unum congessit. —

### 10639. Ilm el-kihálet. Ars collyria illinendi.

Haec ars pertinet ad medicinam et quaerit de sanitate oculi servanda ejusque morbo depellendo. Objectum ejus oculus humanus est, et ejus finis et utilitas patet. [Libri de hac arte compositi sunt hi: *Tedzkiret el-kehhálín* — *Terkíb el-ain* — *Risálet el-kei* — *Shefá el-oyún* — *Kashf el-rein fi ahwál el-ain* — *Sower el-oyún* — *Netíjet el-fiker fi ahwál el-basr* — *Núr el-oyún* — *Mohadzdzeb* — alii]. —

10640. Kahl el-oyún el-nahl, illitus oculorum gracilium de solvenda quaestione collyrii illinendi, auctore Sheikh *Mohammed Ben Ibráhím Ben-elhanbali Halebi*, anno [971 (inc. 21. Aug. 1563)] mortuo. Tractatus in sectiones divisus, qui ita incipit: Laudamus Te, o Tu, qui caussa caussarum es etc. — 10641. Kurt-námeh, liber Curdorum. Poema persicum, a *Rebíí* poeta, qui inter poetas tempore *Fakhr-ed-díni* Curdorum principis floruit, metro carminis *Sháh-námeh* compositum. — 10642. Kershasb-námeh, liber *Kershásbi*. Poema persicum a poeta, cujus cognomen poeticum *Asedi Tusi* est, compositum. [Fuit ille praeceptor *Firdúsi* *Tusi*.] — 10643. El-Kerr ala Abd-elberr, reditus ad certamen cum *Abd-elberr* de flexionibus versus coranici finalibus, auctore *Soyúti*. Laudatur ab eo in indice

مؤلّفاته فى فنّ النحو ١٠٦٤٤ كزيدة فى التأريخ فارسى مجلّد لحمد الله بن ابى بكر بن حمد بن نصر المستوفى القزوينى المتوفى سنة الّفه لغياث الدين محمد الوزير وهو من الكتب المعتمد عليها فى التأريخ وكلامه ونقله كالحجّة فيما بينهم ذكر فيه انه اكتسب المعارف فى خدمة الوزير رشيد الدين فضل الله واما اوقات الوزير مستغرقة بمجالسة العلمآء ومباحث العلوم عمومًا وعلم التواريخ خصوصًا وهو يستفيد من زوايا المجالس استفادة كثيرة فيكون ذلك سببًا لمراجعة كتب التواريخ ومطالعته فوجد الفنّ طويل الذيل كما قال الشاعر

فقد وجدت مكان القول واسعة

فانّى وجدت لسانا قآئلا فقل

وقد نظم تاريخا من اول العهد الى زمانه سابقا فى نحو خمسين الف بيت ولما لم يبيض فى اثنآء تلك المجالسة شرع ان يجمع تأريخًا منثورًا مجملًا عجالة للوقت وهدية له فكتب فيه مجمل امور الانبيآء والاوليآء والملوك والوزرآء من عهد آدم الى وقت التأليف سنة ثلثين

---

scriptorum sub capite grammaticae. — 10644. Güzideh, praestantissima ex historia. Volumen, quod *Hamdallah Ben Abi Bekr Ben Hamd Ben Nasr Mostaufi Cazwini*, anno... mortuus, *Ghiyáth-ed-díno Mohammed* Weziro persice composuit. Numeratur in libris historicis, quibus praecipue fides habetur, et quae auctor enarrat et aliunde petit, argumenti loco sunt in quaestionibus, quae inter historicos versantur. Narrat ibi, se cognitiones sibi comparasse, cum apud Wezirum *Reshíd-ed-dín Fadhlallah* in famulatu esset. Wezirus autem cum tempus totum in consessibus literariis virorum doctorum et disquisitionibus ad disciplinam pertinentibus in universum et in tractanda historia peculiariter consumeret, et auctor e consessibus literariis solitariis multum eruditionis fructum caperet, hoc eum impulit, ut iterum iterumque libros historicos tractaret et legeret. Comperit autem hanc scientiam superfluis additamentis gravatam, ut poeta dicit:

Invenio certe campum sermonis late patentem,

At invenio linguam dicentem: Non multum dictum est.

Jam composuit versibus historiam ab initio temporis ad aetatem suam, ut quinquaginta fere milibus versuum progrederetur. Quos cum in mediis his consessibus nitide non exscriberet, summatim colligere coepit historiam pedestri oratione, ex tempore quasi et tempori consulens, quam Weziro dono offerret. In ea summatim conscripsit historiam prophetarum, virorum sanctorum, principum, Wezirorum, ab Adami inde

وسبعمائة ورتّب على فاتحة وستة ابواب وخاتمة الفاتحة فى اول الخلق الباب الاول فى الانبياء الباب الثانى فى الملوك قبل الاسلام [وهو ملوك الفرس فقط] الباب الثالث فى سير النبى صلعم الباب الرابع فى الملوك الاسلامية وفيه اثنى عشر فصلا فى كلّ دولة والخلفاء الامويّة والعباسيّة الباب الخامس فى الائمّة الستة والعلماء والمشايخ الباب السادس فى احوال قزوين وفيه [ثمانية] فصول خاتمة فى انساب الانبياء والملوك على طريق التسخير

## ١٠٦٤٥ الكسر والبسط

[هو علم بوضع الحروف المقطعة بان يقطع حروف اسم من اسماء الله ويمزج مع حروف مطلوبك ويوضع فى سطر ثم يعمل على طرق يعرفها اهلها حتى يغيّر ترتيب الحروف الموجودة فى السطر الاول فى السطر الثانى ثمّ وثمّ الى ان ينتظم عين السطر الاول فيؤخذ منها اسماء ملئكة ودعوات يشتغل بها حتى يتمّ مطلوبه قاله صاحب مفتاح السعادة]

---

tempore usque ad tempus compositionis hujus libri i. e. ad annum septingentesimum tricesimum. Disposuit eum in *Fátikam* s. introductionem, sex capita et conclusionem. Introductio agit de initio creationis — caput primum de prophetis ante Mohammedem — secundum de regibus ante Islamismum [et quidem de solis Persarum regibus] — tertium de vita et moribus legati divini — quartum, quod duodecim sectiones continet de singulis dynastiis, de regibus ab Islamismi tempore florentibus, de Chalifis Omayyadis et Abbasidis — quintum de Imamis sex, viris doctis et Sheikhis — sextum de historia et qualitatibus urbis *Cazwín* in [octo] sectionibus — conclusio de genealogiis prophetarum et regum, ita ut animos hominum sibi devinciret.

**10645. Ilm el-kesr we el-best.** Ars hoc vel illud nomen divinum in singulas literas dissolvendi et cum literis verbi, quod id quod quaerimus exprimit, commiscendi inque lineis disponendi, donec hac continua mixtione id quod quaerimus inventum est.

[Haec doctrina docet literas separatas tanquam scriptionis compendia eo modo scribere, ut literae alicujus nominis inter nomina divina tanquam scriptionis compendia exarentur et cum literis quae optatum tuum exprimunt misceantur inque linea ponantur. Tum variis rationibus, quas hujus doctrinae periti cognoscunt, ei convenienter agitur, ut dispositio literarum in prima linea inventarum, tum in secunda et in ceteris deinceps lineis mutetur, donec prima linea ut res ipsa postulat certa serie ordinata sit. Inde nomina angelorum et preces prodeunt, in quorum usu cura ponitur, donec id quod optas absolvitur. — Hanc definitionem ab auctore libri *Miftah el-seádet* sumsimus].

١٠٦٤٦ الكشاف عن حقائق التنزيل للامام العلّامة ابى القاسم جار الله محمود بن عمر الزمخشرى الخوارزمى المتوفى سنة ٥٣٨ فرغ من تأليفه ضحوة يوم الاثنين الثانى والعشرين من شهر ربيع الآخر فى عام ثمانية وعشرين وخمسمائة قال فى خطبته ان أملأ العلوم بما يغمر القرائح علم التفسير الذى لا يتمّ لتعاطيه واجالة النظر فيه كلّ ذى علم كما ذكر الجاحظ فى نظم القرآن فالفقيه وان برز على الاقران فى علم الفتاوى والاحكام والمتكلّم وان بزّ اهل الدنيا فى صناعة الكلام وحافظ القصص والاخبار وان كان من ابن البرّية احفظ والواعظ وان كان من الحسن البصرى اوعظ والنحوى وان كان انحى من سيبويه واللغوى وان علك اللغات بقوة لحْيَيْه لا يتصدّى منهم احد لسلوك تلك الطرائق ولا يغوص على شىء من تلك الحقائق الا رجل قد برع فى علمين مختصّين بالقرآن وهما علم المعانى وعلم البيان وتعب فى التنقير عنهما ازمنة بعد ان يكون آخذا من سائر العلوم جامعا بين تحقيق وحفظ كثير المطالعات طويل

10646. **El-Keshsháf an hacáic el-tenzíl**, detector veritatum subtilium revelationis divinae, auctore Imamo doctissimo *Abu'lcásim Járallah Mahmúd Ben Omar Zamakhsheri Khowarezmi*, anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortuo. Absolvit ejus compositionem tempore matutino diei lunae, qui vicesimus secundus mensis Rebí' II. anni 528 (inc. 1. Nov. 1133) fuit, et in praefatione: Inter omnes doctrinas, inquit, ea quae praecipue difficultatibus ingenia exercet interpretatio coranica est, cujus studio quisque vir doctus neque par est neque facile et prospere cogitando se dedere potest, ut *Jáhitz* in libro *Natzm El-Cor'an* i. e. Compositio Corani egregie docuit. Et certe jurisconsultus etsi aequales suos scientia decisionum juridicarum et judiciorum superaret — theologus metaphysicus etsi incolas mundi arte metaphysica vinceret — historicus rerum prius gestarum gnarus etsi tenaciori memoria praeditus esset quam *Ibn-elbarriya* — orator sacer etsi excellentioris esset ingenii et eloquentiae quam *Hasan Basri* — grammaticus etsi cognitione grammatica plus polleret quam *Sibuweih* — lexicologus etsi facultate oris omnia verborum dialecticorum genera pronunciare posset — eorum nemo spatia hujus scientiae decurrere valeret nec ullam veritatum ejus subtilium explorare posset, si virum solum exceperis, qui doctrinis duabus Coranum peculiariter et praecipue spectantibus excellit, doctrina sententiarum et doctrina expositionis, qui multum temporis in accurata earum inquisitione consumsit, postquam ceteras disciplinas omnes in rem suam convertit. Praeterea quibus indolis dotibus, judicio acriore et memoria instructus esse, multum legisse, consuetudine

للمراجعات فارسًا فى علم الاعراب مقدّمًا فى جملة الكتاب متصرّفًا ذا دربة باساليب النظم والنثر قد علم كيف يرتّب الكلام ويؤلّف وكيف ينظم ويرصّف ولقد رأيت اخوتنا فى الدين كلّما رجعوا الىّ فى تفسير آية فابرزت لهم بعض الحقآئق من الحُجب افاضوا فى الاستحسان والتعجّب حتى اجتمعوا الىّ مقترحين ان أُملى عليهم فى الكشف عن حقآئق التنزيل فاستعفيت فابوا الّا المراجعة والاستشفاع بعظمآء الدين وعلمآء العدل والتوحيد فامليت عليهم مسئلة فى الفواتح وطآئفة من الكلام فى حقآئق سورة البقرة وكان مبسوطا كثير السؤال والجواب فلمّا صمّم العزم على معاودة جوار الله فتوجّهت تلقآء مكة وحططت الرحل بها اذا انا بالشعبة السنيّة من الدوحة الحسنيّة الامير الشريف ابى الحسن على بن حمزة بن وهّاس اعطش الناس كبدًا واوفاهم رغبة فاخذت فى طريقة اخصر من الاولى مع ضمان التكثير من الفوآئد ففرغ منه فى مدّة خلافة [وهى مدة سنتين وثلثة اشهر ويومين] ابى بكر الصدّيق رضى الله تعالى

---

hominum eruditorum abundasse, regulas flexionum finalium firmissime tenere, libri totius grammatici *Sibaweihi* cognitione eminere, bene exercitatus et versatus in orationis ligatae et solutae usu et experientia esse, et scire debet, quomodo partes orationis omnes ordinandae et componendae, quomodo certa ratione conjungendae et in artis formam redigendae sint. Saepe comperi, fratres meos religionis, quotiescunque ab iis compellatus, ut versum Corani exponerem, subtilem aliquam veritatem difficultatibus obstructam iis retexi, plena manu laudare et admiratione affici effusa. Tandem me adierunt petentes, ut ipsis commentarium dictarem, qui veritates libri divini revelati subtiliores et tectas revelaret. Ego vero excusationem optati attuli, quam non acceperunt. Potius idem a me nunc petierunt et summos religionis patronos et asseclas doctrinae, justitiae et unitatis doctissimos rogarunt, ut pro se intercederent. Itaque iis quaestionem de literis dictavi compendiariis, a quibus nonnullae Suratae incipiunt, et partem disputationis de subtilitatibus Suratae *Bacara*, quae satis lata erat et multas quaestiones et responsa continebat. Deinde cum certissimum mihi esset, ut prope aedes Dei redirem, versus Mekkam iter facerem ibique domicilium collocarem, propaginem ibi inveni excellentissimam arboris *Hasan*idarum, Emirum nobilem *Abu'lhasan Ali Ben Hamza Ben Wehhás*, qui desiderio inter homines ardentissimo flagrabat et cupiditate scholas meas audiendi acerrima incensus erat. Jam vero viam ingressus sum priore breviorem, attamen commentario inserui magnam adnotationum ad discendum utilium copiam. Absolutus ille est eodem temporis spatio, quod imperium Khalifae *Abu Bekr El-Siddîk* [i. e. annos duos, menses tres

عنه وكان يقدّر تمامه فى اكثر من ثلثين سنة وما هى الّا آية من آيات هذا البيت المحرّم انتهى قال ابن خلّكان وكان الزمخشرى معتزلى الاعتقاد واول ما صنّف كتاب الكشاف كتب استفتاح الخطبة الحمد لله الذى خلق القرآن فقيل له متى تركته على هذه الهيئة هجره الناس فغيّره بقوله الحمد لله الذى جعل القرآن وجعل عندهم بمعنى خلق انتهى وقال السيوطى فى نواهد الابكار بعد ذكر قدماء المفسّرين ثم جاءت فرقة اصحاب نظر فى علوم البلاغة التى بها يدرك وجه الاعجاز وصاحب الكشاف هو سلطان هذه الطريقة فلذا طار كتابه فى اقصى الشرق والغرب ولما علم مصنّفه انّه بهذا الوصف قد تجلّى قال تحدّثا بنعمة ربّه وشكرا [وهو الكتاب الذى قال المصنّف فيه بمدحه]

ان التفاسير فى الدنيا بلا عدد

وليس فيها لعمرى مثل كشافى

---

et decem dies] durabat, licet spatio triginta annos excedente ad finem perducendus esset. — Hoc est miraculum ex iis, quae huic genti augustae debemus. — Ista sunt, quae auctor praefatus erat. — *Ibn Khallikân: Zamakhsheri*, inquit, sectae Mo'tazelitarum addictus erat. Cum primum commentarium *Keshshâf* conscribere inciperet, praefationis exordium ita consignavit: Laus Deo, qui Coranum creavit (*khalaca*). Jam vero ei hoc responsum est: Dum haec immutata relinques, homines librum abhorrebunt. — Substituit igitur illis verbis haec: Laus Deo, qui Coranum fecit (*jaa'la*). Verbum facere (*jaa'la*) autem Mo'tazelitis idem significat quod creare (*khalaca*.) — Haec ille. — *Soyûti* in libro *Newâhid el-abkâr* commemoratis Corani interpretibus prioribus ita pergit: Tum secta exstitit, quae in contemplandis eloquentiae doctrinis defixa erat, quibus modus et ratio comprehenditur, quo excellentiam mirificam dictionis coranicae perspicimus, et auctor libri *Keshshâf* princeps est hujus interpretandi artis, eamque ob causam liber ejus in remotissimas Orientis et Occidentis regiones celeriter dispergebatur. Libri auctor cum compertum haberet, hac virtute sibi propria in claritudinem se pervenisse, beneficentiam domini sui praedicans et gratias agens [non sine magna libri sui laude] haec dixit:

Commentarii in Coranum in orbe terrarum innumeri sunt.

At per vitam meam in iis nullus exstat *Keshshâfo* meo aequiparandus.

ان كنت تبغى الهدى فالزم قراءته
فالجهل كالداء والكشاف كالشافى

وقد نبّه فى خطبته مشيرًا الى ما يجب فى هذا الباب من الاوصاف ولقد صدق وبرّ ورسخ نظامه فى القلوب وقرّ وتعقبه البلقينى فى الكشاف قائلًا قصد الزمخشرى بما ابان الاشارة الى براعته فى علمى المعانى والبيان وكيف يترجح فنان جمعهما اوراق يسيرة قد وُضعا بعد الصحابة والتابعين وما على الناس من اصطلاح اتى به عبد القاهر واقتفاه السكاكى ولا يقوم لهما فى كثير من المقامات دليلٌ وعلم التفسير انّما يتلقّى من الاخبار اقول لم يتوارد البلقينى والزمخشرى على محلّ واحد وليس الزمخشرى لانحصار تلقى التفسير من الاحاديث والآثار بجاحد وانما مقصوده ان القدر الزائد على التفسير من استخراج محاسن النكت والفقر ولطائف المعانى التى يستعمل فيها الفكر وبيان ما فى القرآن من الاساليب لا يتهيّأ له

---

Si tu bene dirigi cupis, ad ejus lectionem assidue te accingas,
Nam imprudentia morbus est et *Keshshâf* medici instar sanitatem restituentis.

In praefatione praecepta dedit proprietates indicans in hoc scientiae genere necessarias, et certe ad veritatem locutus est recteque docuit, et haec ejus ratio in animis fixa haeret et firma. — *Bolckeini* insectationibus librum *Keshshâf* petit haec dicens: Studet *Zamakhsheri* iis quae exposuit significare ingenii praestantiam, qua in doctrina sententiarum et expositionis excelluit. At qui praevalent duae doctrinae, quas pauca folia comprehendunt et quae post tempus sociorum prophetae et horum asseclarum demum ad artis normam digestae sunt? et qui hominibus curae esse debet terminologia, qua *Abd-elcâhir* utitur, cujus vestigiis *Sekkâki* ingressus est? et neuter ullum argumentum in multis locis stabilire potest. Ars autem interpretationis coranicae nonnisi ex traditionibus haurit. — Equidem, pergit *Soyûti*, id censeo. *Bolckeini* et *Zamakhsheri* ne in uno quidem loco invicem conveniunt, neque *Zamakhsheri* eam ob caussam, quod brevitatis studio interpretationem minus ex traditionibus prophetae ejusque sociorum hausit, inde hauriri posse negat; ad id potius solum tendit, ut majus pretii incrementum, quod in interpretationem redundet, ex eliciendis capiatur elegantiis cogitationum acutarum faceteque dictorum et sententiis subtilibus, quibus ingeniorum acies exercetur, et expositioni formarum et qualitatum sermonis, quae Corano propriae sunt, nonnisi is par est, qui accurata duarum illarum disciplinarum cognitione excellit. Omne enim disciplinarum genus

الا من برع في هذين العلمين لان لكل نوع اصولا وقواعد ولا يدرك فن بقواعد فن آخر والفقيه والمتكلم بمعزل عن اسرار البلاغة وكذا النحوي واللغوي وقد كان الصحابة يعرفون هذا المغزى بالسليقة فكانوا يعرفون بالطبع وجوه بلاغته كما كانوا يعرفون وجوه اعرابه ولم يحتاجوا الى بيان النوعين في ذلك لانه لم يكن يجهلهما احد من الصحابة فلما ذهب ارباب السليقة وضع لكل من الاعراب والبلاغة قواعد يدرك بها ما ادركه الاولون بالطبع فكان حكم علم المعاني والبيان كحكم النحو ولما كان كتاب الكشاف هو الكافل في هذا الفن اشتهر في الآفاق واعتنى الائمة المحققون بالكتابة عليه فمن مميز الاعتزال حاد فيه عن صوب الصواب ومن مناقش له فيما اتى به من وجوه الاعراب ومن محشّ وضح ونقح واستشكل واجاب ومن مخرج لاحاديثه عزى واسند وصحح وانقد ومن مختصر لخص واوجز فممن كتب عليه الامام ناصر الدين احمد بن محمد بن منير الاسكندري المالكي سماه كتاب الانتصاف

---

continetur principiis et praeceptis primariis, nec disciplina ulla ex illis alius disciplinae praeceptis intelligitur. Ita jurisconsultus et metaphysicus nullam habet cognitionem arcanorum eloquentiae, nec pariter grammaticus et lexicologus. Socii prophetae autem ex suis ingeniis id bene sentiebant, quo oratio intenderet, ut indole consilia eloquentiae in Corano conspicuae varia eodem modo cognoscerent, quo varias flexionum ejus finalium rationes cognoscebant, neque eam ob caussam explanatione illarum duarum disciplinarum iis hac ratione opus erat, quod nullus prophetae sociorum eas ignorabat. Deinde cum viri illi ingenio naturali praediti exstincti essent, pars quaevis flexionum finalium et eloquentiae ad regulam artis digesta et praeceptis subjecta est, quibus earum rerum cognitionem consequebantur, quam majores natura consecuti erant. Ratio autem doctrinae sententiarum et expositionis eadem est, quae grammaticae. — Cum liber *Keshsháf* patronus esset hujus generis disciplinae, fama ejus per terrarum orbem divulgata est, et Imami subtilissimi veritatis scrutatores operam ponebant in scriptis de eo componendis. Alii ea distinxerunt, quae doctrinam Mo'tazelitarum redolebant, ubi a recta via invenienda aberraverat, alii cum eo disputarunt de pluribus flexionum finalium rationibus, quas proposuit, alii glossas scripserunt, quibus explicarunt, nodos expediverunt, et ad locos obscuriores, quos librum continere putabant, responderunt, alii traditiones ei insertas extraxerunt, quas auctoritate primi auctoris interposita ad traditionarios retulerunt et correxerunt, et veras a falsis distinxerunt, alii librum in epitomen coegerunt, cui brevi modo meliora libri *Keshsháf* selecta inserebant. — Inter illos, qui contra eum scripserunt, fuit Imám *Násir-ed-dín Ahmed Ben Mohammed*

بين فيه ما تضمنه من الاعتزال وناقشه فى اعاريب احسن فيها الجدال [توفى سنة ٦٤٣] وتلاه الامام علم الدين عبد الكريم بن على العراقى فى كتاب الانصاف جعله حكما بين الكشاف والانتصاف [توفى سنة ٧٠٤] ولخصهما الامام جمال الدين عبد الله بن يوسف بن هشام فى مختصر لطيف مع يسير زيادة توفى سنة ٧٦٢ قال اختصرت فيه الانتصاف من الكشاف وحذفت منه ما وقعت الاطالة به من نقل كلام الزمخشرى على وجهه من غير كلام عليه اعجابا به واستحسانا له وما قابل به الزمخشرى فى سبه اهل السنة بمثلها مقتصرا على العقيدة الصحيحة وما يتعلق بالآية منها من دليل وحمل على تأويل ولم ادع شيئا من معانى الكتاب المذكور فما وافق منه الصواب ابقيته بحاله وما خالف ذلك بينت وجه ضعفه واخلاله والله الموفق فابتدأ بقال محمود وقال احمد الخ كما فى الانتصاف واكثر الامام ابو حيان فى بحره من مناقشة فى الاعراب وتلاه تلميذه الشهاب احمد بن يوسف الحلبى المشهور

---

*Ben Monír Iskenderi* Malikita, [anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuus], cujus liber *Intisáf* inscriptus est. Ibi dogmata Mo'tazelitarum exponit, quae *Keshsháf* continet, et contra auctorem de nonnullis flexionibus finalibus disputat. Controversiam facit festive. Eum secutus est Imám *Ilm-ed-dín Abd-el-kerím Ben Alí Irácki*, [anno 704 (inc. 4. Aug. 1304) mortuus], qui librum *Insáf* scripsit dijudicandi caussa inter opera *Keshsháf* et *Intisáf*. Potiora utriusque libri separatim edidit Imám *Jemál-ed-dín Abdallah Ben Yusuf Ben Hishám*, anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuus, in epitome bella, quae pauca additamenta continet. — Hic, inquit, *Intisáf* in epitomen coegi iis locis, quibus verba ex dictis *Keshsháf* petiit, et resecui omnia, quae ad verbum latius et uberius ex dictis *Zamakhsheri* assumserat, neque in admirationem et approbationem raptus ne uno quidem verbo disceptaverat; resecui ea etiam, quibus propter maledicta a *Zamakhsheri* in Sunnitas prolata eum eodem modo fusiore vexaverat, acquiescens in sana fidei confessione et argumentis, quae versum illam probantem spectant et interpretationem allegoricam admittunt. Nullam tamen sententiarum libri laudati omisi. Ea igitur, quae ibi cum vero consilio congruunt, talia retinui, qualia sunt; quae autem ei contraria sunt, exposui, quatenus infirmitate et vitiositate laborant. Deus autem auxilium interponit secundum. — Incipit ita, ut *Mahmúd* loquatur, Imám *Ahmed* respondeat, et sic deinceps, ut simili modo in libro *Intisáf* factum est. — Imám *Abu Hayyán* in libro *Bahr* syntaxin flexionum finalium saepe impugnat, ejusque vestigiis ingressus est discipulus *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben*

بالسمين والبرهان ابراهيم بن محمد السفاقسى فى اعرابهما ولخّص الشيخ تاج الدين ابن مكتوم مناقشات شيخه ابى حيّان فى تأليف مفرد سمّاه الدرّ اللقيط من البحر المحيط وتوفى سنة ٧٤٩ وممّن كتب عليه حاشية العلّامة قطب الدين محمود بن مسعود الشيرازى فى مجلدين لطيفين [توفى سنة ٧١٠] والعلّامة فخر الدين احمد بن حسن الجاربردى المتوفى سنة ٧٤٦ والعلّامة شرف الدين الحسن بن محمد الطيبى وهى اجلّ حواشيه فى ستة مجلّدات ضخمات اقول قال نآئما رأيت النبى صلعم قبيل الشروع انّه ناولنى قدحًا من اللبن واشار الىّ فاصبت منه ثم ناولته النبى صلعم فاصاب منه سمّاها فتوح الغيب فى الكشف عن قناع الريب وتوفى سنة ٧٤٣ اما شرح الطيبى فلم يال جهدا فى ايراد مباديه المنتشرة من تبيين وجوه القرآءات وتصحيح الاحاديث والروايات وتحقيق لغاته وتدقيق نكاته وبذل مجهود فى تقرير مسآئله ومع ذلك ففيه شيآن

---

*Yusuf Halebi*, vulgo *Semín* dictus, et *Borhán-ed-dín Ibráhím Ben Mohammed Sefácosi* utriusque institutionem flexionum finalium secutus est. — Sheikh *Táj-ed-dín Ben Mektúm*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuus, ea, contra quae Sheikh suus *Abu Hayyán* dixerat, singulari libro *El-Dorr El-Leckít min El-Bahr El-Mohít* inscripto selecta edidit. — Inter glossatores *Keshsháf*i fuerunt vir doctissimus *Cotb-ed-dín Mahmúd Ben Mes'úd Shírází*, [anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuus], qui duo volumina elegantia conscripsit — vir doctissimus *Fakhr-ed-dín Ahmed Ben Hasan Járperdi*, anno 746 (inc. 4. Mai 1345) mortuus — et vir doctissimus *Sheref-ed-dín Hasan Ben Mohammed Tayyibi*, anno 743 (inc. 6. Jun. 1342) mortuus, cujus glossae sex voluminibus amplis comprehensae praestantissimae censentur. — *Soyúti* ita pergit. Ille: Vidi, inquit, per somnum prophetam, antequam glossas has scribere inceperam, poculum lacte plenum mihi tradentem mihique innuentem. Cepi igitur poculum et bibi. Tum illud prophetae reddidi, qui ex eo bibit. Librum *Fotúh el-gheib fi kashf an ckiná' el-reib* inscripsit. Quod autem commentarium *Tayyibi*i attinet, nullum ibi vidimus studium positum in proferendis primis elementis *Zamakhsheri*i dispersis, quatenus expositione continentur variarum Corani lectionum, correctione traditionum et relationum, vera dictionum illius propriarum cognitione, et accurata cogitationum obscuriorum exploratione; at nimiam diligentiam contulit ad quaestiones ejus confirmandas. His posthabitis res duae in eo bene observandae sunt. Una res, cujus conditio minime a libero hominis agentis arbitrio pendet, eo cernitur, quod hic liber tam solide compositus est, ut difficile sit in intimos ejus recessus

احدهما ليس من الافعال الاختياريّة وهو ان هذا الكتاب كتاب متين وحصن حصين لا يكمل عليه بمجرد العبور على العلوم الظاهرة بل له شرآئط بعضها ما ذكره مؤلّفه حيث قال قد رَجَعَ زمانا ورُجِعَ اليه ورَدَّ ورُدَّ عليه مع ذهن وقاد وذلك الامر لا يمكن تحصيله بالكدّ والجدّ وثانيهما انه كان مولعا بكثرة ايراد النكات البيانيّة فصار شرحه كبير الحجم فى غير المقصود واختلاط الموجود بالمفقود وكتب العلّامة قطب الدين التحتانى محمد بن محمد الرازى المتوفى سنة ٧٦٦ عليه لكنّه غير تامّ وصل الى سورة الانبيآء وهو خلاصة الطيبى لم يزد عليه سوى التنقيح فى كلّ باب واعتراضات واما شرح الفاضل الجيلوهى وهو واف بمقاصده فان فيه ثلاثة اشيآء احدها انه لم يشرحه مرتبا كما يكون حال الشروح مع المتون وثانيها قد بذل جهده فيما يتعلّق بالرواية وجوابها لكنّه كثيرا ما يزلق فى المضايق ويرخص فى التعقدات ولا ادرى انه لقصور استعداده النظرى ام لعدم تمرّنه

---

penetrare. Quare fieri non potest, ut quisquam levi disciplinarum exteriorum cognitione argumentum *Keshshâf*i penitus intelligat, sed haec intelligentia conditionibus adstricta est, quarum unam *Zamakhsheri* ipse verbis his significat: Ut vir ille per longum tempus ita cum hominibus eruditis versatus sit, ut modo alios consuleret, modo ab aliis consuleretur, ut modo alios refutaret, modo ab aliis refutaretur. Adde acumen ingenii, et haec res est, quae neque labore molesto neque studio acquiritur. Altera res eo constat, quod vehementer copiosa delectatur cogitationum subtilium artem rhetoricam prodentium prolatione. Itaque commentarius ejus evasit amplus volumine in materia, quae ad rem non pertinebat, et ita, ut quae afferenda essent cum iis misceret, quae abesse possent. Porro vir doctissimus *Cotb-ed-dîn Mohammed Ben Mohammed Râzi Tehtâni*, anno 766 (inc. 28. Sept. 1364) mortuus, commentarium in *Keshshâf* scripsit, attamen eum imperfectum reliquit et tantum ad Suratam prophetarum i. e. vicesimam primam pervenit. Continet ille meliorem partem commentarii *Tayyibî*i selectam sine ullo additamento praeter brevem et clarum conspectum in singulis capitibus et ea, quae contra dicenda esse viderentur. Commentarius viri bene meriti *Jilûhi* plene continet, quae auctor dicere sibi proposuit. Huc autem tres res pertinent. Prima eo constat, quod librum *Keshshâf* non ad ordinem quo scriptus est commentario est persecutus, ut in iis commentariis fieri solet, qui textum adjectum habet — altera, quod nimiam diligentiam adhibuit in iis, quae traditionem et ea spectant, quae ad hanc censendam pertinent. Attamen saepe in locis angustis lapsat, neque acriter nodos expedit, et nescio, utrum hoc

فى المقبولات والعلّامة اكمل الدين محمد بن محمود البابرتى وهو شرح يقال اقول وصل فيه الى الزهراوين اوله الحمد لله كشاف الكروب الخ توفى سنة ٧٨٦ والعلّامة سعد الدين مسعود بن عمر التفتازانى وهى ملخّصة من حاشية الطيبى مع زيادة تقييد فى العبارة ولم يتمّها اقول وصل فيها الى [اوائل] سورة يونس وشرح قطعة من اول سورة ص بلغ فيها الى سورة القمر فرغ عنها فى سنة ٧٨٩ وتوفى فى اوآئل سنة ٧٩٢ وهذا الشرح ما له من نظير لاشتماله على التحقيق والتدقيق ولطآئف التوفيق والتلفيق لكنه فوّت الفرصة واشتغل به فى آخر عمره فاتاه بريد الاجل قبل الفراغ من العمل فقد تحقّقت منه ان هذا الكتاب على تعاقب الشهور والاعوام مهرة لم تركب ودرّة لم تثقب الخ والعلّامة السيد الشريف على بن محمد الجرجانى وصل الى قوله تعالى ان الله لا يستحيى ان يضرب مثلا من سورة البقرة وتوفى سنة ٨١٦ وكتب المولى محيى الدين محمد بن الخطيب حاشية على حاشية السيد وتوفى سنة ٩٠١

---

tribuendum sit inertiae facultatis speculativae promtae et paratae an desideratae exercitationi in relationibus judicandis, quae tanquam probae et verae admittendae sint — vir doctissimus ***Akmal-ed-dín Mohammed Ben Mahmúd Báberti***, anno 786 (inc. 24. Febr. 1384) mortuus, cujus commentarius usque ad finem Suratae secundae et tertiae perductus est et ita incipit: Laus Deo sollicitudinibus liberanti etc. Utitur ***Báberti*** formula: „Dicit auctor“ et „ego dico“ — vir doctissimus ***Sa'd-ed-dín Mes'úd Ben Omar Teftázáni***, cujus adnotationes potiorem partem e glossis ***Tayyibii*** ita selectae sunt, ut dictio magis restringeretur. Eas non absolvit, sed, ut equidem scio, usque ad initium Suratae ***Yunos*** i. e. decimae pervenit. Praeterea commentarium scripsit in partem ab initio Suratae ***Sad*** i. e. tricesimae octavae usque ad Suratam Lunae (***Camar***) i. e. quinquagesimam quartam. Absolvit eum anno 789 (inc. 22. Jan. 1387), et initio anni 792 (inc. 20. Dec. 1389) mortuus est. Hic commentarius parem non habet, cum veram et subtilem cognitionem contineat et eleganti modo singulas partes orationis bene compositas et ordinatas conjungat. Praetermisit tamen tempus opportunum, et commentarium in fine vitae demum scribendum suscepit, ita ut nuntius mortis eum opprimeret, antequam opus absolverat. Jam vero inde certe cognovi, hunc librum per continuatam mensium et annorum seriem pullum remanere indomitum et margaritam non perforatam. — Haec ego — vir doctissimus Seyyid Sherif ***Ali Ben Mohammed Jorjáni***, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus, qui usque ad verba Suratae secundae ***Bacara*** inscriptae „(Deus) non erubescet, ut proponat in parabolam aliquid“ pervenit — Molla ***Mohyi-ed-dín Mohammed Ben-el-khatib***, anno 901

اولها ان احقّ ما يوشح به صدر الكلام الخ واهداها الى السلطان بايزيد والمولى عبد الكريم ايضا هو عبد الكريم بن عبد الجبار كتب الى آخر الزهراوين واشار الى اجوبة عن اعتراضات جمال الدين الاقسرائى والقطب الرازى اوله الحمد لله المنعم المبدع المنان الخ فرغ من تحشيته فى جمادى الاخرة سنة ٨٢٥ وعلى حاشية السيد حاشية لعلاء الدين على الطوسى المتوفى بسمرقند سنة ٨٨٧ وكتب المولى احمد بن سليمان بن كمال باشا على السيد توفى سنة ٩٤٠ وعلّق المولى برهان الدين حيدر بن محمد الهروى [تلميذ السيد حاشية على الكشاف اجاب فيها عن] اعتراضات السيد وتوفى سنة ٨٣٠ والمولى على بن محمد المعروف بكوشجى علّق على اوآئل حاشية السعد وتوفى سنة ٩٧٨ [وللمولى شيخ الاسلام بهراة يحيى الهروى المعروف بالحفيد حاشية على حاشية جدّه سعد الدين واجاب ايضا عن اعتراضات السيد] وعلى حاشية السيد حاشية للمولى حسن چلبى بن محمد شاه الكاتب [الفنارى المتوفى سنة ٨٨٥] وشيخ الاسلام سراج الدين عمر بن رسلان البلقينى وهى

---

(inc. 21. Sept. 1495) mortuus, glossas scripsit ad glossas *Seyyidi*, quae ita incipiunt: Dignissimum, quo principium orationis ornatur etc. Obtulit eas Sultano *Báyezíd* — Molla *Abd-el-kerím Ben Abd-el-jebbár* quoque, vulgo *Abd-el-kerím* dictus, qui glossas usque ad finem secundae et tertiae Suratae *El-Zahrawein* dictarum scripsit et responsa ad ea significat, quae *Jemál-ed-dín Acserái* et *Cotb-ed-dín Rází* contra *Zamakhsherí* disputaverant. Compositionem harum glossarum, quae ita incipiunt: Laus Deo beneficia conferenti, rerum creatarum auctori, benigno etc., absolvit mense Jomádzi secundo anni 825 (inc. 26. Dec. 1421). — Ad glossas *Seyyidi Alá-ed-dín Ali Tusi*, Samarcandae anno 887 (inc. 20. Febr. 1482) mortuus, alias glossas scripsit; et Molla *Ahmed Ben Soleimán Ben Kemálpasha*, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus, contra *Seyyid* scripsit. Molla *Borhán-ed-dín Heider Ben Mohammed Herewi* [*Seyyidi* discipulus], anno 830 (inc. 2. Nov. 1426) mortuus, [glossas adspersit ad librum *Keshsháf*, ubi ad ea respondit], quae *Seyyid* objecerat. Molla *Ali Ben Mohammed*, vulgo *Kushji* dictus et anno 978 (inc. 5. Jun. 1570) mortuus, ad initium glossarum *Sa'd-ed-díni* scholia conscripsit, [et pari modo Molla *Yahya Herewi*, vulgo *Hafíd* dictus, qui Sheikh Islami Heratae fuit, ad glossas *Sa'd-ed-díni* avi scholia edidit, ibique etiam ad ea respondit, quae *Seyyid* objecerat]. Porro ad glossas *Seyyidi* glossas composuit Molla *Hasan Jelebi Ben Mohammed Sháh* [*Fenári*] Scriba, [anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuus], itemque Sheikh-el-Islám *Siráj-ed-dín Omar Ben Raslán*

اسلوب غير اساليب المذكورين وانّما ذكر منها اليسير اقول وهى ثلاث مجلّدات سماها الكشاف على الكشاف كما سبق وتوفى سنة ٨٠٥ والشيخ ولى الدين ابو زرعة احمد بن الحافظ الكبير عبد الرحيم العراقى فى مجلدين لخص فيها كلام ابن المنير والعلم العراقى وابى حيّان واجوبة [ابن سمين] الحلبى والسفاقسى مع زيادة تخريج احاديثه انتهى كلام السيوطى مع حذف والحاق ثم اقول وتوفى ابو زرعة سنة ٨٢٦ وممّن كتب ايضا غير ما ذكره السيوطى الامام العلّامة عمر بن عبد الرحمن الفارسى القزوينى فى مجلد سماه الكشف وتوفى سنة ٧٤٥ اوله الحمد لله الذى انار الاعيان بنور الوجود الخ ذكر انّه اشار الى تأليفه من امره مطاع فشرع كتب فيه ما تلقّنه من الائمّة الماضيين واستنبطه بميامن انوارهم وليس فيه التسمية وانما قال اشار الىّ ان احرّر فى الكشف عن مشكلات الكشاف والعلامة عماد الدين يحيى ابن قاسم العلوى المعروف بالفاضل اليمنى فى مجلّدين سمّاه درر الاصداف من حواشى

---

*Bolckeini*, anno 805 (inc. 1. Aug. 1402) mortuus, qui novam scribendi rationem secutus est a ratione glossarum praecedentium diversam. Parvam enim tantum partem glossarum, ad quas scripsit, commemorat. Continentur ejus glossae, quod mihi observare liceat, tribus voluminibus, quae, ut supra monitum est, inscripta sunt *El-Keshsháf ala El-Keshsháf* — et Sheikh *Weli-ed-dín Abu Zar'a Ahmed* filius Háfitzi magni *Abd-el-rehím Irácki*. Hic duobus voluminibus, quae *Ibn-elmonír*, *Ilm-ed-dín Irácki* et *Abu Hayyán* disputaverant, et [*Ibn Semín*] *Halebi* et *Sefácosi* responderant, potiorem partem selecta edidit simul aucto traditionum e libro *Keshsháf* elicitarum numero. — Haec sunt, quae *Soyúti* monuit, ita ut vel resecarem vel nova adderem. — *Abu Zar'a*, quod adjiciendum censeo, anno 826 (inc. 15. Dec. 1422) mortuus est. — Praeter viros, quos *Soyúti* recensuit, in *El-Keshsháf* scripserunt Imám doctissimus *Omar Ben Abd-el-rahman Fárisi Cazwíni*, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuus, cujus volumen *El-Kashf* inscriptum ita incipit: Laus Deo, qui oculos lumine existentiae illustravit etc. Se excitatum esse dicit ad librum componendum a viro, cujus mandato obediendum sit. Itaque se incepisse. — Conscripsit ibi, quae ex Imamis pristinis acceperat et elicuerat simul cum faustis institutionibus, quae eorum intelligentiis debentur. Virum, qui eum ad scribendum excitavit, non nominat, dicitque tantum: Ille me exhortatus est, ut accurate exponendas curarem libri *Keshsháf* difficultates — vir doctissimus *Imád-ed-dín Yehya Ben Cásim Alewi*, vulgo *El-Fádhil El-Yemeni* dictus, qui compositionem duorum voluminum *Dorer*

الكشاف فرغ من تاليفه فى صفر سنة ٧٣٨ وتوفى سنة ٧٥٠ وللفاضل اليمنى حاشية اخرى الّفها بعد فراغه عن حاشية المسمّاة بدرر الاصداف فى حلّ عقد الكشاف اولها الحمد لله الذى انزل قرآنه العظيم الخ ذكر فيها انّه لما وقف على حاشية الطيبى مذكورا فيها ما ذكره صاحب الانتصاف والانصاف وغيرهما اراد ان يجمع بين حاشية الطيبى ودرر الاصداف وسمّاه تحفة الاشراف فى كشف غوامض الكشاف والشيخ علاء الدين على بن محمد الشاهرودى الشهير بمصنفك فرغ عنها سنة ٨٥٦ وتوفى سنة ٨٧١ والعلامة قطب الدين محمد بن محمد التحتانى الرازى المتوفى سنة ٧٦٦ وخير الدين خضر بن عمر العطوفى المتوفى سنة ٩٤٨ ويوسف ابن حسن التبريزى المتوفى سنة ٨٠٤ وشرح خطبته الشيخ الامام مجد الدين ابو طاهر محمد ابن يعقوب الفيروزابادى الشيرازى المتوفى سنة ٨١٧ وسمّاه قطبة الخشاف لحلّ خطبة الكشاف ثم كتب ثانيا وسمّاه نغبة الرشاف من خطبة الكشاف وذكر ان الاول اصيب بكفّة الاتلاف عند مغيرة الاعجاف واعاد العمل سنة ٧٦٨ واوله ما ذكر وعلّق على اوآئله شيخ الاسلام

---

*el-asdáf min hawáshi El-Keshsháf* inscriptorum mense Safer anni 738 (inc. 30. Jul. 1337) absolvit et anno 750 (inc. 22. Mart. 1349) mortuus est. *Fádhil Yemeni*, postquam glossas *Dorer el-asdáf fi hall acd El-Keshsháf* absolvit, alias quoque glossas composuit, quae ita incipiunt: Laus Deo qui Coranum suum magnificum revelavit etc. Narrat ibi, cum glossas *Tayyibi*i legisset, ubi ea commemorarentur, quae auctores librorum *Intisáf* et *Insáf* aliique adnotavissent, se conjungere voluisse glossas *Tayyibi*i et glossas suas *Dorer el-asdáf* inscriptas. Libro inde enato titulum dedit *Tohfet el-ashráf fi kashf ghawámidh El-Keshsháf* — Sheikh *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed Sháhrudi*, vulgo *Mosannifek* dictus, qui glossas anno 856 (inc. 23. Jan. 1452) absolvit et anno 871 (inc. 13. Aug. 1466) mortuus est — vir doctissimus *Cotb-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Tehtáni Rázi*, anno 766 (inc. 28. Sept. 1364) mortuus — *Kheir-ed-dín Khidhr Ben Omar Atúfi*, anno 948 (inc. 27. Apr. 1541) mortuus — et *Yusuf Ben Hasan Tebrízi*, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus. In praefationem *Keshsháf*i Sheikh et Imám *Majd-ed-dín Abu Táhir Mohammed Ben Yacúb Firúzábádi Shirázi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuus, commentarium composuit *Cotbet el-khashsháf li hall khotbet El-Keshsháf* inscriptum. Postea iterum scripsit, et huic commentario titulum dedit *Noghbet el-reshsháf min khotbet El-Keshsháf*. Priorem commentarium dicit ceti interitus captum esse, cum tempus inopiae et famis ingrueret. Itaque compositionem repetiit anno 768 (inc. 7. Sept. 1366), et prioris commentarii ratio ea est, quae modo dicebatur. — Sheikh-elislám

سيف الدين احمد بن محمد الهروى المعروف بالحفيد التفتازانى بلغ الى اواسط سورة البقرة وتوفى سنة ٩٠٦ والمولى ابو السعود بن محمد العمادى على سورة الفتح حين قرئ عليه فى سفر الكفار سمّاه معاقد الطراز فى اول تفسير سورة الفتح من الكشاف وتوفى سنة ٩٨٢ والمولى صنع الله بن جعفر المفتى على اوآئله وتوفى سنة ١٠٢١ وممّن علّق على بعض مواضعه ايضا المولى كمال الدين اسمعيل القرامانى المعروف بقره كمال من علماء الدولة الفاتحية والعلامة شمس الدين احمد بن سليمان المعروف بابن كمال پاشا المفتى المتوفى سنة ٩٤٠ وهو من احسن تأليفاته على ما ذكره عربزاده فى حاشية الشقآئق اكثرها على السيد والمولى مهدى الشيرازى المتوفى سنة ٩٥٦ وامّا المختصر فكثر منهم الشيخ محمد بن على الانصارى ازال عنه الاعتزال وتوفى سنة ٦٦٢ والعلّامة قطب الدين محمد بن مسعود بن محمود بن ابى الفتح السيرافى القالى الشقار لخّصه وسمّاه تقريب التفسير وهو قطب الدين السيرافى القالى اتمّه فى التاسع من شوال سنة ٦٩٨

---

*Seif-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Herewi Teftázáni*, vulgo *Hafíd* dictus et anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuus, in initium *Keshsháf*i scholia conscripsit, et ad mediam Suratam secundam *Bacara* progressus est. — Molla *Abu'lsoúd Ben Mohammed Imádi*, anno 982 (inc. 23. Apr. 1574) mortuus, cum coram eo in expeditione contra infideles *Keshsháf* legeretur, ad Suratam *Fat'h* glossas composuit, quas titulo *Meáckid el-tiráz fi awwel tefsír Suret El-Fat'h min El-Keshsháf* insignivit. — Molla *San'o'allah Ben Ja'far* El-Mufti, anno 1021 (inc. 23. Febr. 1612) mortuus, pariter glossas ad ejus initium composuit. — Praeterea inter eos, qui ad nonnullos *Keshsháf*i locos tantum scholia adsperserunt, fuit Molla *Kemál-ed-dín Ismaíl Carámáni*, vulgo *Carah Kemál* dictus, qui in viris doctis ad aulam *Mohammed*is Expugnatoris floruit — vir doctissimus *Shems-ed-dín Ahmed Ben Soleimán* El-Mufti, vulgo *Ibn Kemálpásha* dictus et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus, cujus libellus, ut *Arabzádeh* in glossis ad librum *Shecáie* dicit, in praestantissimis ejus scriptis numeratur. Major ejus pars contra *Seyyid* scripta est — et Molla *Mehdi Shirázi*, anno 956 (inc. 11. Febr. 1549) mortuus. — Epitomarum e *Keshsháf*o copiam magnam confecerunt, ut Sheikh *Mohammed Ben Ali Ansári*, anno 662 (inc. 4. Nov. 1263) mortuus, qui quae dogmata Mo'tazelitarum redolerent removit — vir doctissimus *Cotb-ed-dín Mohammed Ben Mes'úd Ben Mahmúd Ben Abi'lfat'h Síráfi Cáli* Shoccár, vulgo *Cotb-ed-dín Síráfi Cáli* dictus, qui epitomen meliora archetypi continentem *Tecríb el-tefsír* inscripsit, et die nono mensis Shewwál anni 698 (inc. 9. Oct. 1298) in urbe Shiraz

ببلدة شيراز اوله الحمد لله الذى جعل كتابه الكريم مفتاحا للسرور الخ ازال اعتزاله وبعض اطنابه فهذّبه ونقّح وضمّ الى مواضع الانغلاق حلًّا وبيانا وهو كتاب صغير الحجم وجيز النظم مشتمل على محض الاهمّ من الكشاف مع زيادات شريفة وعليه حاشية لطيفة فى مجلّدين مفيدة فسمّاه بتوضيح مشكلات التقريب لعلى بن عمر الارزنجانى كتبه حين درس فيه وبلغ الى الثلث الثانى اوله الحمد لله الذى حارت الافكار فى مبادى انوار كتابه الخ والمولى عبد الاوّل بن حسين الشهير بامّ ولد توفى سنة ٩٥٠ وسيد المختصرات منه كتاب انوار التنزيل للقاضى العلّامة ناصر الدين عبد الله بن عمر البيضاوى لخّصه واجاد وازال عنه الاعتزال وحرّر واستدرك واشتهر اشتهار الشمس فى وسط النهار فعكف عليه العاكفون كما سبق ذكره فى الالف وكانت وفاته سنة ٦٩٢ وممّن خرج احاديثه الامام المحدّث جمال الدين عبد الله بن يوسف الزيلعى الحنفى المتوفى سنة ٧٦٢ ولخّص كتابه الحافظ الكبير شهاب الدين ابو الفضل

---

absolvit. In epitome, quae ita incipit: Laus Deo, qui librum suum nobilem clavem gaudiorum fecit etc., praecepta Mo'tazelitarum nonnullasque ambages resecuit. Recognovit archetypum, commodius digessit et locis occultioribus enodationem et expositionem adjecit. Liber est volumine tenuis conceptioneque brevis, et summam adnotationum graviorum ex *Keshsháf* cum additamentis eximiis continet. In hanc epitomen glossas elegantes et adnotationibus utilibus plenas, *Taudhíh moshkilát El-Tecríb* inscriptas, *Ali Ben Omar Arzenjáni* duobus voluminibus composuit, cum lectiones de *Keshsháf* haberet, et ad secundas tertias progressus est. Incipiunt illae ita: Laus Deo, cujus liber (tam augustus est), ut cogitationes in principiis luminum ejus obstupefiant etc. — Molla *Abd-el-awwel Ben Hosein*, vulgo *Omm weled* dictus et anno 950 (inc. 6. Apr. 1543) mortuus. — Princeps autem epitomarum libri *Keshsháf* commentarius est *Anwár el-tenzíl* inscriptus et a judice doctissimo *Násir-ed-dín Abdallah Ben Omar Beidháwi* compositus. Egregio modo potiora selegit, Mo'tazelitarum dogmata removit, accurate elimavit, quae deessent supplere studuit, et tantum splendorem consecutus est, quanto sol medio die exsplendescit. Itaque viri studiis deditissimi summam operam in libro tractando posuerunt, ut supra in litera *Elif* latius dictum est. *Beidháwi* anno 692 (inc. 12. Dec. 1292) mortem obiit. — Inter eos, qui traditiones ex *Keshsháf* extraxerunt fuit Imám traditionarius *Jemál-ed-dín Abdallah Ben Yusuf Zeilaï* Hanefita, anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuus, e cujus libro Háfitz summus

احمد بن [محمد بن] على ابن حجر فى كتاب سماه الكاف الشاف فى تحرير احاديث الكشاف مجلّد واستدرك عليه فى مجلّد آخر وتوفى سنة ٨٥٢ قال ابن حجر استوعب ما فيه من الاحاديث المرفوعة فاكثر من تبيين طرقها وتسمية مخرجيها على نمط ما فى احاديث الهداية لكنه فاته كثير من الاحاديث المرفوعة التى يذكرها الزمخشرى بطريق الاشارة ولم يتعرض غالبًا لشيء من الآثار المرفوعة وصنّف ابو على عمر بن محمد بن خليل السكونى المغربى [المتوفى سنة ٧١٧] كتاب التمييز على الكشاف تكلّم فيه فى الامام فخر الدين وغيره بما لا يعاب به عالم ذكره السبكى وعلى الكشاف حاشية للامام ابى العباس احمد بن عثمان الازدى الشهير بابن البنّاء ومن الحواشى حاشية الفاضل يوسف بن الحسين الحلوانى وعلى الكشاف حاشية للمولى ابن الخطيب الى قوله تعالى ويقيمون الصلوة اولها ان احقّ ما يوشح به صدر الكلام بمقتضى المقام الخ وعلى الكشاف حاشية تامّة فى مجلّدين للفاضل علاء الدين على المعروف بپهلوان [ناقش فيه مع القطب الرازى] وشرح ابيات

---

*Shehâb-ed-dîn Abu'lfadhl Ahmed Ben* [*Mohammed Ben*] *Ali Ibn Hajr*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuus, meliora in epitome *El-Kâfi El-Shâfi fi tahrîr ahâdîth El-Keshshâf* inscripta et volumine comprehensa separatim edidit, et alio volumine quae deesse in illo libro viderentur supplere studuit. Teste *Ibn Hajr* ille omnes traditiones in libro *Keshshâf* obvias, quas socii ipsis verbis prophetae referunt, collegit et multus est in exponenda auctoritatum serie et in recensendis iis, qui primi eas scripto consignarunt, eadem ratione, quae in traditionibus libri *Hidâyet* cernitur. Attamen praetermisit multas traditiones ipsis verbis prophetae narratas, quas *Zamakhsheri* leviter tantum significat, et plerumque nullam mentionem facit traditionum, quae de dictis factisque sociorum prophetae ipsis eorum verbis referuntur. — *Abu Ali Omar Ben Mohammed Ben Khalîl Sekûni Maghribi*, [anno 717 (inc. 16. Mart. 1317) mortuus], ad *Keshshâf* librum *Temyîz* composuit, ubi teste *Sebeki* de Imamo *Fakhr-ed-dîn* aliisque viris ratione loquitur, qua viri docti minime exprobrandi sunt. — Praeterea ad *Keshshâf* glossas composuerunt Imâm *Abu'labbâs Ahmed Ben Othmân Azdi*, nomine *Ibn-elbennâ* notus — vir bene meritus *Yusuf Ben-elhosein Holwâni* — Molla *Ibn-elkhatib*, qui tantum usque ad verba Suratae secundae „Et stare faciant orationem" progressus est. Incipiunt glossae ita: Dignissimum, quo principium orationis loco convenienter ornatur etc. — Glossas ad totum *Keshshâf* vir bene meritus *Alâ-ed-dîn Ali*, vulgo *Pehlewân* dictus, duobus voluminibus composuit, [ubi cum *Cotb-ed-dîn Râzi* digladiatur]. — In

الكشاف لبعض الافاضل مختصر اوله انّ اولى ما يفتتح به الكتاب الخ ذكر فيه انّ بعض اخوانه اشار اليه بعد ان شرح ابيات المفصّل ان يشرح ابيات الكشاف فاجاب وهى زهآء الف بيت اكثرها منثور المقاطع خافية دقآئقها على اكثر الادبآء حتى الفحول وشرح شواهد الكشاف مجلدات لخضر بن محمد الموصلى نزيل مكة ذكره الشهاب [وعليه محاكمات على الزهراوين فقط لعبد الكريم بن عبد الجبّار اوله الحمد لله اخرج العباد من ظلمة العدم الى نور الوجود الخ] ذكر فيه ان شرح الكشاف للعلامة قطب الدين الرازى [كتاب جليل الشأن لكن المولى جمال الدين محمد بن محمد الاقسرآئى اعترض] عليه اعتراضات فكتبت وسمّيتها بالمحاكمات اول المحاكمات نحمدك يا من بيده مقاليد الامور الخ كتبه سنة ٧٢١ ومقتضب التمييز فى اعتزال الزمخشرى من الكتاب العزيز للشيخ الفاضل ابى على عمر بن محمد بن خليل السكونى صاحب المنهج المشرق اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ قال صاحب القاموس

---

versus, qui in *Keshsháf* leguntur, vir quidam bene meritus commentarium brevem composuit, qui ita incipit: Certe praestantissimum a quo liber incipitur etc. Narrat ibi, cum commentarium in versus libri *Mofassil* absolvisset, ab amico quodam se invitatum esse, ut commentarium in versus *Keshsháfi* conscriberet. Ejus igitur precibus indulsit. Versuum, quorum numerus milia explet, major pars fragmentis dispersis constat, quorum subtilitates plurimis philologis iisque doctissimis occultae sunt. Locos probantes *Keshsháfi* *Hadhr Ben Mohammed Mausili* Mekkae inquilinus commentario plurium voluminum instruxit, ut *Shehâb-ed-dîn* narrat. [Dijudicationem inter diversas opiniones de locis solis secundae et tertiae Suratae, quae ita incipit: Laus Deo, qui cultores suos e tenebris non-existentiae in lucem existentiae protraxit etc., *Abd-el-kerîm Ben Abd-el-jebbâr* scripsit]. Dicit ibi, commentarium a doctissimo *Cotb-ed-dîn Râzi* in *Keshsháf* editum [librum esse maximi pretii. Attamen Molla *Jemâl-ed-dîn Mohammed Ben Mohammed Acserâi*] plura contra eum disputavit. Itaque me ad scribendum accinxi, libroque qui ita incipit: Laudamus Te, in cujus manibus rerum claves sunt etc., titulum dedi *Mohâkemât.* Scripsit anno 721 (inc. 31. Jan. 1321). Librum *Muctedhab el-temyîz* sive de distinctione, quae inter *Zamakhsherii* praecepta Motazelitarum et Coranum augustum facienda sit, scripsit Sheikh bene meritus *Abu Ali Omar Ben Mohammed Ben Khalil Sekûni* auctor libri *Minhâj Moshric.* Ille ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. Ut auctor lexici *Câmûs* narrat, doctus aliquis, cujus verba vir, qui multum studii in explicando

قال بعض الطلبة واثبته بعض المعتنين بالكشاف فى تعليق له عليه انه كان فى الاصل خلق مكان انزل وبالآخرة غيّره المصنّف او غيره حذرًا من الشناعة الواضحة فقوله ساقط جدا وقد عرضت على استادى فانكره غاية الانكار واشار الى ان هذا القول بمعزل عن الصواب لوجهين احدهما ان الزمخشرى لم يكن ليفوته اللطائف المذكورة فى انزل وفى نزل فى مفتتح كلامه ونقل كلمة خالية عن ذلك والثانى انّه لم يكن يأنف من انتمائه الى الاعتزال وانما كان يفتخر بذلك وايضا اتى عقيبه بما هو صريح فى المعنى ولم يبل بانّه قبيح وقد رأيت النسخة التى بخطّ يده بمدينة السلام مختبئة فى تربة الامام ابى حنيفة خالية عن اثر كشط واصلاح انتهى قال شمس الدين الاصفهانى فى تفسيره الجامع بين التفسير الكبير والكشاف تتبّعت الكشاف فوجدت ان كلّ ما اخذه اخذ من الزجّاج قال الشيخ حيدر فى حاشية الكشاف الى قريب الجزء الثالث بعد قوله الحمد لله الذى صوّر كمال فضله وجوّده وجوّد الانسان الخ وبعد فانّ كتاب الكشاف كتاب على القدر رفيع الشأن لم ير مثله فى تصانيف الأوّلين

---

*Keshsháf* posuit, in scholiis confirmat, quae ad illum scripsit, in archetypo verbum *khalaca* (Deus creavit Coranum) dicit loco *anzala* (revelavit Coranum) legi, et demum auctorem aut alium quendam illud metú infamiae publicae mutasse. At erravit ille vehementer in eo quod dicit. Monstravi locum praeceptori meo, qui eum acerrime reprobavit significans, illud dictum prorsus a veritate aberrare duabus de caussis. Primum *Zamakhsheri* non is fuit, quem subtilitates, quae de verbis *anzala* et *nazzala* disserendi materiem praebebant, in initio praefationis suae fugerent, et vocem elegit ab ejusmodi quaestionibus remotam. Deinde *Zamakhsheri* non indignatus est referri in numerum Motazelitarum, imo vero hoc nomine gloriabatur et praeterea in cursu orationis multa enunciat, quae clare illam doctrinam produnt, nec infamiam inde capiendam curavit. Vidi etiam exemplar a manu auctoris scriptum in urbe salutis Baghdad et in tumulo Imámi *Abu Hanífa* reconditum, quod omni vestigio rasurae et correctionis carebat. — Haec ille. — *Shems-ed-dín Isfaháni* in commentario coranico *Jámi'*, qui commentarium magnum *Rázi*i et *Keshsháf* conjungit: *Keshsháf*, inquit, per partes singulas persecutus sum, et quae *Zamakhsheri* assumserit, a *Zejjáj* petita esse inveni. — Sheikh *Heider* in glossis ad *Keshsháf*, quae proxime ad partem tertiam procedunt, post verba „Laus Deo, qui perfectionem praestantiae suae egregio modo formavit et hominem optime constitutum fecit" etc., ita pergit: Praemissis praemittendis. Certe liber *Keshsháf* pretii maximi est et summae auctoritatis, cui similis inter libros auctorum veterum non videtur, nec par in scriptis recentiorum esse traditur.

ولم يرو شبيهه فى تآليف الآخرين اتفقت على متانة تراكيبه الرشيقة كافّة المهرة المتقنين واجتمعت على رصانة اساليبه الانيقة السنة الكلمة المفلقين ما قصر فى تنقيح قوانين التفسير وتهذيب براهينه وتمهيد قواعده وتشييد معاقده وكل كتاب بعده فى التفسير ولو فرض انّه لا يخلو عن النقير والقطمير اذا قيس له لا يكون له تلك الطلاوة ولا يجد فيه شيئًا من تلك الحلاوة على ان مؤلّفه يقتفى اثره ويسال خبره وقلّما غيّر تركيبا من تراكيبه الا وقع فى الخطاء والخلل وسقط من مزالق الخبط والزلل ومع ذلك كلّه اذا فتشت عن حقيقة الخبر فلا عين منه ولا اثر ولذلك تداولته ايدى النظار فاشتهر فى الاقطار كالشمس فى وسط النهار الّا انّه لاخطائه سلوك طريق الادب واغفاله للاجمال فى الطلب ادركته حرفة الارب ولفرط تصلّبه فى باطل الاعتزال واخلاله باجلال ارباب الكمال اصابته عين الكمال فالتزم فى كتابه امورا ادهشت رونقه وماءه وابطلت منظره ورواه فتكدرت مشارعه الصافية وتضيّقت موارده الصافية وتنزلت رتبته العالية منها انّه كلّما شرع فى تفسير آية من الاى القرانيّة مضمونها لا يساعد هواه ومدلولها لا يطاوع

---

Omnes viri ingeniosi eruditione varia bene instructi una voce consentiunt in firma ejus dictionum gravitatis plenarum compositione, et linguae oratorum mirificorum de formis et qualitatibus sermonis elegantis solidis conveniunt. Nihil neglexit in legibus interpretationis coranicae recte constituendis, in demonstrationibus ejus apte concinnandis, in fundamentis firme ponendis, in structuris fulciendis. In nullo libro postea de interpretatione coranica composito, etsi quis legem sibi imposuerit, ut minutias vel levissimas et subtilissimas non omittat, quando cum *Keshshâf* comparatur, similis venustas apparet, nec in eo vestigium suavitatis illius cernitur, quae huic propria est, quamvis ejus auctor vestigiis *Zamakhsherii* insistat eumque interna conditione aequiparare studeat. Raro compositionem ejus dictionum aliquis mutat, quin in errores et vitia inducatur et prae locis lubricis aberrationis et lapsionis cadat; et tamen omnino, quando in veram rei naturam inquiris, neque rem ipsam neque vestigium invenis. Hanc ob caussam studiosorum manus librum ultro citroque versant, et exsplenduit ille solis instar in medio die. Attamen quod *Zamakhsheri* a via cum aliis humane agendi aberravit et verecunde se gerere in postulando neglexit, cruciatus necessitatis eum deprehendit, et quod nimis tenax erat vanorum Motazelitarum dogmatum, et hominum perfectorum honores detrectabat, adspectus oculi invidi malevolus in eum conversus est. Jam vero in libro suo res afferre sibi legem scripsit, quae ejus splendorem et honorem in stuporem conjiciebant ejusque adspectum et pulchritudinem abolebant, ita ut inde aquationes ejus liquidae turbarentur, receptacula

مشتهاه صرفها عن ظاهرها بتكلّفات باردة وتعسّفات جامدة وصرف الآية بلا نكتة من غير ضرورة عن الظاهر تحريف لكلام الله وليته يكتفى بقدر الضرورة بل يبالغ فى الاطناب والتكثير لئلّا يوهم بالعجز والتقصير فتراه مشحونا بالاعتزالات الظاهرة التى تتبادر الى الافهام والخفية التى لا يتسارع اليها الاوهام بل لا يهتدى الى حبائله الّا وارد بعد وارد من الاذكيآء الحذاق ولا يتنبه لمكايده الّا واحد بعد واحد من فضلآء الآفاق وهذه آفة عظيمة ومصيبة جسيمة ومنها انّه يطعن فى اوليآء الله المرتضين من عباده ونعم ما قال الرازى ويغفل عن هذه الصنع لفرط عناده فى تفسير قوله تعالى يحبّهم ويحبّونه خاض صاحب الكشاف فى هذا المقام فى الطعن فى اوليآء الله وكتبه منها ما لا يليق بالعاقل ان يكتب مثله فى كتب الفحش فهب انّه اجترأ على الطعن فى اوليآء الله فكيف باجترآئه على كتبه ذلك الكلام الفاحش فى تفسير كلام الله المجيد ومنها انّه كشف باظهار الفضآئل والكمالات فآئد زمامه

---

aquae ampla angustiora redderentur et alta dignitatis sedes inferior fieret. Quotiescunque enim versum coranicum interpretari incipit, argumentum ejus optata auctoris non juvat et ejus notio illius desiderio non respondet. Deflectit eum a sensu suo exteriore interpretationibus contortis languidisque et explicationibus coactis et frigidis, et versum, qui argumento ingenioso caret, sine ulla necessitate a sensu detorquet exteriore pervertendo dicta divina. Utinam in locis acquievisset, ubi necessitas illa ineluctabilis erat. At modum excedit in ambagibus et verbositate, ne in suspicionem imbecillitatis et infirmitatis incidat. Itaque vides librum dogmatis Motazelitarum manifestis refertum, quae in oculos incurrunt, et occultis, quae a sensu non ita celeriter capiuntur; imo ad ejus laqueos introspiciendos nonnisi hic et ille virorum acutorum et ingeniosorum adducitur, et ejus dolos tantum unus alterve animadvertit e viris terrarum eruditis. Haec pernicies gravissima est et magnum malum. Huc pertinet, quod maledictis viros Dei sanctos in cultoribus ejus prae ceteris gratos obtrectat. Et pulchrum est quod *Râzi* dicit: Propter nimiam repugnantiam (qua veritatem respuit) artes illas subtiliores in interpretando loco coranico: Amabit eos (Deus), et (ipsi) amabunt eum" praetermittit. In hoc loco auctor *Keshshâfi* insolentius immoratur in columniandis viris Dei sanctis et ejusmodi res ibi scripto mandavit, quas perscribere hominem intelligentem non decet in libris sordidis. Et fac eum conatum esse sanctos Dei maledictis insequi; quomodo autem judicandum de eo, quod verba ejusmodi sordida in verbo Dei augusto interpretando scribere conatus sit? — Huc pertinet deinde, quod ostentandis praestantibus et perfectis ingenii facultatibus suggestiones cogitationum

وساوس الاوهام والخيالات وان يعرف طبقات الآفاق انه مع تبحّره فى جميع العلوم على الاطلاق موصوف بلطائف المحاورة ونفائس المحاضرة اورد منها ابياتا كثيرة وامثالا غزيرة بنيت على الهزل والفكاهة اساسها واوقدت على المزاح البارد نبراسها وهذا امر من الشرع والعقل بعيد سيما عند اهل العدل والتوحيد ومنها انّه يذكر اهل السنة والجماعة وهم الفرقة الناجية بعبارات فاحشة
5 فتارة يعبّر عنهم بالمجبّرة وتارة ينسبهم على سبيل التعريض الى الكفر والالحاد وهذه وظيفة السفهاء الشطار لا طريقة العلماء الابرار ١٠٦٤٧ كشاف القلوب لعلاء الدين [على] الآمدى

١٠٦٤٨ علم الكشف

١٠٦٤٩ كشف الابهام لدفع الاوهام للعلامة ظهير الدين محمد بن عمر النوحابادى البخارى الحنفى الّفه بالمستنصريّة ببغداد سنة ٦٦٨ ١٠٦٥٠ كشف الآثار فى مناقب ابى

---

falsarum et opinionum inanium tanquam principium ducens aperuit, et quod certe varii hominum doctorum ordines per terras dispersi bene norunt, *Zamakhsheri* licet omnes doctrinas in universum penitus tenuerit, excellere tamen elegantibus colloquii artibus et praestantissimis conversationis studiis, ex quibus orationi admiscet multos versus et proverbia copiosa, quorum fundamenta in joco et facetiis posita sunt et quorum flammae ex igne scurrilis leporis alimenta petunt. Talia autem praecipue apud asseclas justitiae et unitatis (i. e. Motazelitas) a lege et mente sana aliena
5 sunt. — Huc denique pertinet, quod Sunnitas et asseclas Islamismi orthodoxos, qui gregem Dei electum constituunt, verbis turpibus commemorat. Modo eos defensores nominat dogmatis de decreto absoluto hominis liberum arbitrium negantes, modo verbis implicatis in impiis et atheistis eos numerat, et haec est ratio vafrorum insipidorum, minime consuetudo virorum doctorum liberalium. — 10647. **Keshsháf el-colúb**, detector cordium, auctore *Alá-ed-dín* [*Ali*] *Amidi*. —

10648. **Ilm el-kashf.** Doctrina detectionis.

10649. **Kashf el-ibhám li dafi' el-auhám**, detectio dubitationis ad depellendas opiniones vanas, auctore viro doctissimo *Tzahír-ed-dín Mohammed Ben Omar Nuhábádi Bokhári* Hanefita. Scripsit in Baghdadi collegio *Mostanseriye* anno 668 (inc. 31. Aug. 1269). — 10650. **Kashf el-athár**, detectio rerum notabilium

حنيفة للامام عبد الله بن محمد الحارثى [الكلاباذى السيدمونى الحنفى المتوفى سنة ٣٤٠]
١٠٦٥١ كشف الارواح فارسى نظم ونثر فى قصّة يوسف صلعم للجمالى اوله بنامت نامهرا
سر بركشايم الخ ١٠٦٥٢ كشف استار جواهر الحكم المستخرجة الموروثة من جوامع الكلم
من شروح احاديث الاربعين لصدر الدين القونوى مرّ فى الشين ١٠٦٥٣ كشف الاستار فيما
اختاره البزار فى القراءة لامين الدين عبد الوهاب [بن احمد بن وهبان] الدمشقى المتوفى
سنة ٧٦٨ ١٠٦٥٤ كشف الاستار فى التفسير للامام البزدوى المتوفى سنة ١٠٦٥٥ كشف اسرار
الباطنية للامام ابى بكر الباقلانى الشافعى المتوفى سنة ١٠٦٥٦ كشف اسرار الحروف ووصف
معانى الظروف ذكره فى الجفر ١٠٦٥٧ كشف اسرار الحكمآء وهتك نواميس القدمآء ذكره فى الجفر
١٠٦٥٨ كشف الاسرار عمّا خفى عن فهم الافكار مبنى على سبعة عشر سؤالا كلّيا تحته
مسآئل جزئية كثيرة للشيخ شهاب الدين احمد بن العماد الاقفهسى الشافعى المتوفى سنة ٨٠٨

---

Panegyricus *Abu Hanífae*, auctore Imám *Abdallah Ben Mohammed Hárithi* [*Kelábádzi Seyyidmúni* Hanefita, anno 340 (inc. 9. Jun. 951) mortuo]. — 10651. Kashf el-arwáh, detectio spirituum, auctore *Jemáli.* Liber ligata et soluta oratione persice scriptus de historia Josephi, qui ita incipit: Tuo nomine, (Deus), libri initium aperio etc. — 10652. Kashf astár jewáhir el-hikem, detectio velorum gemmas apophthegmatum tegentium, quae e dictis gravitatis plenis elicita et conquisita sunt. Commentarius est ad syllogas quadraginta traditionum a *Sadr-ed-dín Cunewi* scriptus. Vide supra in litera *Shín.* — 10653. Kashf el-astár, detectio velorum de iis, quae *Bezzár* in recensione coranica ceteris praetulit, auctore *Emín-ed-dín Abd-el-wehháb* [*Ben Ahmed Ben Wahbán*] *Dimeshcki*, anno 768 (inc. 7. Sept. 1366) mortuo. — 10654. Kashf el-astár, detectio velorum. Commentarius in Coranum, auctore Imám *Bezdewi*, anno . . . mortuo. — 10655. Kashf asrár El-Bátiníye, detectio mysteriorum Batenitarum, auctore Imám *Abu Bekr Backiláni* Shafiita, anno . . . mortuo. — 10656. Kashf asrár el-horúf, detectio arcanorum literarum et descriptio sententiarum ingeniosorum. Laudatur sub *Jefr.* — 10657. Kashf asrár el-hokamá, detectio arcanorum virorum sapientum et diruptio retium philosophorum veterum. Laudatur sub *Jefr.* — 10658. Kashf el-asrár, detectio arcanorum de iis, quae intelligentiae mentium occulta sunt. Continetur septendecim quaestionibus universalibus, in quibus multae sunt quaestiones particulares, auctore Sheikh *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben-elimád Acfahsi* Shafiita, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuo.

اوله الحمد لله ربّ العالمين موجد الاشيآء بلا معين الخ قال هذا كتاب اذكر فيه اجوبة عن مسآئل مشكلة وخفيات عن ادراك حواسّ قلوب مقفلة تتحير فيها افكار العلمآء ١٠٦٥٩ كشف الاسرار عن حكم الطيور والازهار للشيخ عزّ الدين [بن] عبد السلام بن احمد بن غانم الواعظ المتوفى سنة اوله الحمد لله البعيد فى قربه القريب فى بعده الخ استفاد من الحيوان والجماد والازاهير برمزه وما نطق كلّ بلسان حاله موعظة لاهل الاعتبار ١٠٦٦٠ كشف الاسرار عن غوامض الافكار فى المنطق للقاضى افضل الدين محمد بن ناماور بن عبد الملك الخونجى الشافعى المتوفى سنة ٦٤٩ وعليه حواشى مهمّة لابن البديع البندهى وشرحه الكاتبى القزوينى صاحب الشمسيّة [المتوفى سنة ٦٧٥] اول الكشف بحمد الله تعالى استفتح الخ ويشتمل على فصول ١٠٦٦١ كشف الاسرار عن قراءة الائمّة الاخيار لابى العباس احمد بن اسمعيل الكورانى [المتوفى سنة ٨٩٣] وهو شرح على نظم الجزرى يشتمل على قراءة ابن محيصن والاعمش والحسن البصرى وهو نظم فى غاية الاشكال اوله

---

Incipit ita: Laus Deo, mundorum domino res primum creanti sine adjutore etc. In hoc libro, ait, responsa reddo ad quaestiones difficiles, quae captui sensuum cordium clausorum occultae sunt et cogitationibus virorum doctorum stuporem injiciunt. — 10659. **Kashf el-asrár**, detectio arcanorum de apophthegmatis avium et florum, auctore Sheikh *Izz-ed-dín* [*Ben*] *Abd-esselám Ben Ahmed Ben Ghánim* Concionatore, anno . . . mortuo. Incipit ita: Laus Deo, qui in propinquitate sua absens et in absentia sua propinquus est etc. Studet discere ex animalibus, rebus inanimatis et floribus ratione sua implicita et quae illa conditioni suae convenienter eloquuntur, ut contemplantes, quibus talia curae sunt moneantur. — 10660. **Kashf el-asrár**, detectio arcanorum de obscuritatibus cogitationum, auctore Cadhi *Afdhal-ed-dín Mohammed Ben Námáwer Ben Abd-el-melik Khuneji* Shafiita, anno 649 (inc. 26. Mart. 1251) mortuo. Liber de logica, in quem *Ibn-elbedí' Bendeki* glossas magni ponderis, et *Kátibi Cazwini*, tractatus logici *Shemsiyet* auctor, [anno 675 (inc. 15. Jun. 1276) mortuus,] commentarium edidit. Liber *Kashf* ita incipit: A laude Dei excelsi incipio etc., et sectiones continet. — 10661. **Kashf el-asrár**, explicatio arcanorum, qua recensio coranica Imamorum proborum exponitur, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Ismaíl Kuráni*, [anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuo]. Commentarius est in carmen *Jezerii* lectiones coranicas *Ibn Moheisini*, *Amashi* et *Hasani Basri* continens. Illud carmen difficultatibus scatet et ita incipit:

بدأت بحمد الله نظمى

اولا زيادة على العشر

اول الشرح الحمد لله الذى جعل حملة كتابه مع السفرة الكرام الخ فرغ فى ربيع الاول سنة ٨٩٠ وابياته اربعة وخمسون ۱۰٦٦٢ كشف الاسرار فى التصوّف رسالة مشتملة على فصول لابى صادق بن الحسن الطبرى ۱۰٦٦٣ كشف الاسرار فى التصوّف لابى الفتوح محمد بن الفضل الشعرانى المتوفى سنة ٥٣٨ ۱۰٦٦٤ كشف الاسرار فى شرح اصول البزدوى مرّ فى الالف ۱۰٦٦٥ كشف الاسرار فى شرح منار الانوار يأتى فى الميم ۱۰٦٦٦ كشف الاسرار فيما تسلّط به الدراء وارشيته على الاسئلة لكثير من الفقهاء للشهاب احمد بن عماد الاقفهسى الشافعى المتوفى سنة ٨٠٨ ۱۰٦٦٧ كشف الاسرار فى معرفة السادة الاخيار لاحمد بن الحسن البلقينى الشافعى المتوفى سنة مختصر اوله الحمد لله الهادى للصواب الخ ذكر فيه طرفا من فضل العلم واهله ۱۰٦٦٨ كشف الاسرار فى . . . للامام الحافظ ابى بكر احمد بن على الخطيب البغدادى

---

Incipio primum a laude Dei carmen meum,
Ut additamentum sit ad decem Corani recensiones —

et commentarius ita: Laus Deo, qui eos, qui Coranum memoriter tenent, simul cum angelis generosis esse voluit, qui facta hominum notant etc. Absolvit mense Rebí' I anni 890 (inc. 18. Jan. 1485), et versus sunt quinquaginta quatuor. — *10662. Kashf el-asrár, detectio arcanorum. Tractatus de theosophia sectiones continens, auctore *Abu Sádic Ben-elhasan Taberi.* — 10663. Kashf el-asrár, detectio arcanorum. Tractatus theosophicus, auctore *Abu'lfotúh Mohammed Ben-elfadhl Sha'ráni*, anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortuo. — 10664. Kashf el-asrár, detectio arcanorum. Commentarius in librum *Osúl a Pezdewi* editum, de quo supra in litera *Elif* dictum est. — 10665. Kashf el-asrár, detectio arcanorum. Commentarius in librum *Menár el-anwár*, de quo in litera *Mím* dicetur. — 10666. Kashf el-asrár, detectio arcanorum de adjumentis, quibus fallacia ejusque laquei quaestiones a multis jurisconsultis propositas profligant, auctore *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Imád Acfahsi* Shafiita, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuo. — 10667. Kashf el-asrár, detectio arcanorum de cognitione religiosorum proborum, auctore *Ahmed Ben-elhasan Bolckeini* Shafiita, anno . . . mortuo. Inseruit huic compendio, quod ita incipit: Laus Deo, qui ad veritatem ducit etc., nonnulla de praestantia doctrinae et virorum doctorum. — 10668. Kashf el-asrár, detectio arcanorum de . . ., auctore Imâm Háfitz *Abu Bekr Ahmed Ben Ali* Concionatore Baghdadensi, anno 463 (inc. 9. Oct.

المتوفى سنة ٤٩٣ ١٠٦٦٩ كشف الاسرار فى . . . للشيخ ابن العماد ١٠٦٧٠ كشف الاسرار للافهام فى شرح قصيدة ابى الاصبع عبد العزيز بن تمام العراقى وهى نونيّة فى الكاف للشيخ الامام ايدمر بن على بن ايدمر الجلدكى ١٠٦٧١ كشف الاسرار للامام رشيد الدين ابى الفضل احمد بن ابى سعيد الميبدى ذكره الواعظ فى تحفة الصلوات ١٠٦٧٢ كشف اسرار المختالين ونواميس المحتالين للامام الاوحد عبد الرحيم بن عمر الدمشقى الحرانى وهو مشتمل على ثلثين فصلا ١٠٦٧٣ كشف اسرار المعانى ووصف انوار المثانى ١٠٦٧٤ كشف الاسرار وعدّة الابرار تفسير فارسى للشيخ العلامة سعد الدين مسعود بن عمر التفتازانى المتوفى سنة ١٠٦٧٥ كشف الاسرار وهتك الاستار لصاحب السرّ الربانى فى الصنعة وهو للمؤلّف الرومى الجديد اعنى على بيك الازنيقى [وهو على مقدّمة وابواب وخاتمة] ١٠٦٧٦ كشف الاشارات الحروفيّة العدديّة لمحمد بن محمد بن حامد المعروف بوالدة القاضى المؤذن بالجامع الاموى

---

1070) mortuo. — 10669. Kashf el-asrár, detectio arcanorum de . . . , auctore Sheikh *Ibn Imád-ed-dín.* — 10670. Kashf el-asrár lil-afhám, detectio arcanorum in commodum intelligentiarum. Commentarius Sheikhi et Imámi *Eidemir Ben Ali Ben Eidemir Jildeki* in *Casida*m de Alchymia ab *Abu'lasba' Abd-el-azíz Ben Temmám Irácki* editam et in *Nún* desinentem. — 10671. Kashf el-asrár, detectio arcanorum, auctore Imám *Reshíd-ed-dín Abu'lfadhl Ahmed Ben Abi Saïd Meibedi.* Commemoratur a *Káshifi El-Wáitz* in *Tohfet el-salawát.* — 10672. Kashf asrár el-mokhtálín, detectio arcanorum superbientium et laqueorum praestigiatorum, auctore Imám *El-Avhad Abd-elrehím Ben Omar Dimeshcki Harráni.* Liber triginta sectiones continet. — 10673. Kashf asrár el-meáni, detectio arcanorum sententiarum et descriptio luminum primae Suratae. — 10674. Kashf el-asrár we Oddet el-abrár, detectio arcanorum et apparatus virorum justorum. Commentarius in Coranum persicus, auctore Sheikh doctissimo *Sa'd-ed-dín Mes'úd Ben Omar Teftázáni*, anno . . . mortuo. — 10675. Kashf el-asrár we Hatk el-astár, detectio arcanorum et diruptio velorum. Scripsit auctor libri *El-Sirr El-Rebbání*, qui de alchymia agit, Neo-Graecus scilicet *Ali Beg Iznicki El-Mowallif* i. e. compositor dictus. [Liber dispositus est in praefationem, capita et conclusionem]. — 10676. Kashf el-isharát el-horúfíyet el-adedíyet, detectio indiciorum per literas et numeros, auctore *Mohammed Ben Mohammed Ben Hámid*, vulgo *Wálida El-Cádhi* dicto, qui aedituus fuit ad aedem cathedralem Omayyadicam et in favorem

الّفه للمعظم عيسى الماردينى اوله الحمد لله الذى انزل على عبده الكتاب الخ ١٠٦٧٧ كشف الاشارات الحروفيّة لمحمد بن محمد الكوفى ١٠٦٧٨ كشف الاشارات الصوفيّة ونشر البشارات الاسميّة المحمديّة ١٠٦٧٩ كشف الاعتقاد فى الرّد على مذهب الالحاد للشيخ عبد اللطيف بن عبد الرحمن [بن احمد المعروف بابن غانم] المقدسى المتوفى سنة ٨٥٦ رتبه على احد عشر فصلا ١٠٦٨٠ كشف الالتباس [فى تغيير الدول واحوال الناس للشيخ ابى الفتح محمد بن داود بن محمد بن الاسيد المقدسى الشافعى فى التاريخ ذكر فيه من اول الخليقة الى سنة ٩٠١] ١٠٦٨١ كشف الالفاظ فى فروع الحنفيّة ١٠٦٨٢ كشف الامارة فى حقّ السيادة للشيخ على بن ميمون المغربى الحسنى وهى رسالة اولها الحمد لله المنعم علينا بالايمان والاسلام الخ ذكر انّه توجّه من دمشق الى جبل عجلون فى محرم سنة ٩١٥ فوجد هناك امورًا شنيعة ابتدعها من الاخلاق له من الفقرآء فكتب ١٠٦٨٣ كشف البلاغة لداود

---

*Moatztzemi Isa Máridíni* composuit. Liber ita incipit: Laus Deo, qui librum augustum servo suo revelavit etc. — 10677. Kashf el-ishárát el-horufíyet, detectio indiciorum per literas, auctore *Mohammed Ben Mohammed Kufi.* — 10678. Kashf el-ishárát El-Sufíyet, detectio indiciorum theosophicorum et propagatio nuntiorum nominalium Mohammedicorum. — 10679. Kashf el-iticád, explicatio fidei de refutatione doctrinae impiae *Ilhád*, auctore Sheikh *Abd-el-latíf Ben Abd-el-rahman* [*Ben Ahmed*] *Mocaddesi*, [vulgo *Ibn Ghánim* dicto et] anno 856 (inc. 23. Jan. 1452) mortuo. Liber in undecim sectiones dispositus est. — 10680. Kashf el-iltibás, detectio dubitationum [de mutationibus dynastiarum et status hominum, auctore Sheikh *Abu'lfat'h Mohammed Ben Dawud Ben Mohammed Ben-elesid Mocaddesi* Shafiita. Historia, quae ab initio creationis incipit et ad annum 901 (inc. 21. Sept. 1495) progreditur]. — 10681. Kashf el-alfátz, explicatio vocum obscurarum de partibus juris hanefitici secundariis. — 10682. Kashf el-imáret, explicatio imperii de officio principatus monastici, auctore Sheikh *Ali Ben Meimún Maghribi Hasani.* Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo, qui in nos recta fide et religione Mohammedica beneficia contulit etc. Narrat auctor, se mense Moharrem anni 915 (inc. 21. Apr. 1509) Damasco in montes Ajlunenses iter fecisse et ibi res foedas invenisse, quas monachus quidam Fackírorum regulis addictus novas instituerit. Eam ob caussam scripsit. — 10683. Kashf el-belághat, explicatio eloquentiae,

ابن عمر بن سلمان الفارسي المتوفى سنة ... ١٠٦٨٤ كشف التلبيس عن قلب اهل التدليس متعلّق بفنّ الحديث للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ ١٠٦٨٥ كشف التنزيل في تحقيق المباحث والتأويل في التفسير للشيخ ابي بكر بن محمد الحدادي الحنفي المتوفى في حدود سنة ٨٠٠ ١٠٦٨٦ كشف الجلباب في الحساب لابي الحسن علي بن محمد الاندلسي القلصاوي المتوفى سنة ٨٩١ ١٠٦٨٧ كشف الجليل عن سرّ التمويل ١٠٦٨٨ كشف الحال في وصف الخال لصلاح الدين الصفدي ذكره صاحب سحر العيون وقال اجتهد فيه حيث لم يقصّر في تحصيل الجناس المصحف لكنه لبس ثوب الخلاعة ١٠٦٨٩ كشف الحجاب عن وجه الكتاب من شروح فصوص الحكم مرّ ١٠٦٩٠ كشف الحجاب والران عن وجه اسئلة الجان للشعراني المذكور في الميزان اوله المعوذتين قال فهذا مسئلة غريبة سئلني عنها مومنوا الجان وطلبوا مني الجواب ذكر فيه ان حامل الاسولة دخل

---

auctore *Dawud Ben Omar Ben Selmán Fárisi*, anno . . . mortuo. — 10684. Kashf el-telbís, detectio ambiguitatis, qua cor relatorum auctores traditionum incertos sequentium aperitur. Tractatus ad rem traditionariam pertinens, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 10685. Kashf el-tenzíl, detectio revelationis de vera cognitione quaestionum et interpretationis Corani allegoricae. Commentarius in Coranum, auctore Sheikh *Abu Bekr Ben Mohammed Haddádi* Hanefita, circa annum 800 (inc. 24. Sept. 1597) mortuo. — 10686. Kashf el-jilbáb, detectio operimenti de arithmetica, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Andalusi Calsáwi*, anno 891 (inc. 7. Jan. 1486) mortuo. — 10687. Kashf el-jelíl, detectio ejus quod illustre est de arcano locupletandi. — 10688. Kashf el-hál, detectio status de descriptione naevi, auctore *Saláh-ed-dín Safedi*. Commemorat librum auctor operis *Sihr el-oyún*, et: *Saláh-ed-dín*, inquit, summum studium adhibuit in hoc libro componendo, quatenus in afferenda paronomasia, quae in compositione verborum sono diversorum et sola scriptura similium cernitur, nihil non fecit; attamen vestem lasciviae dissolutae induit et nimiam licentiam admisit. — 10689. Kashf el-hijáb, detectio veli de facie libri. Commentarius in librum *Fosús el-hikem*, de quo supra dictum est. — 10690. Kashf el-hijáb we el-rán, detectio veli et indumenti de facie quaestionum daemonum, auctore *Sha'ráni*, in [illegible] sub *Mízán El-Sha'rániyet* laudato. Incipit a verbis, a quibus duae ultimae Suratae incipiunt: „Dic: Confugio ad dominum diluculi" et: „Dic: Confugio ad dominum hominum" etc. Liber continet, inquit, quaestiones singulares, quas credentes in daemones mihi proposuerunt et ut ad eas responderem

عليه فى صورة كلب فى فمه ورقة مكتوب فيها ثمانون مسئلة فى ليلة الثلثاء السادسة والعشرين من رجب سنة ٩٥٥ ١٠٦٩١ كشف حجب المحجوب لارباب القلوب من شروح الفصوص مرّ ايضا ١٠٦٩٢ كشف الحقآئق فارسى فى شرح زيج الايلخانى سبق ١٠٦٩٣ كشف الحقآئق فى التفسير للشيخ موفق الدين احمد بن يوسف الكواشى المتوفى سنة ٦٨٠ ١٠٦٩٤ كشف الحقآئق فى حساب الدرج والدقآئق رسالة مشتملة على بابين وخاتمة للشيخ شهاب الدين احمد بن المجدى [المتوفى سنة ٨٥٠] وهى مقدّمة اختصرها الشيخ محمد بن محمد المعروف بسبط الماردينى الشافعى وسمّاه دقآئق الحقآئق فى الدرج والدقآئق اوله الحمد لله حمد الشاكرين الخ قال ليس فى حساب الاعمال الفلكيّة احسن من طريق حساب النسبة النسبيّة وهى المستعملة فى عصرنا وتركوا طريقة الاقدمين لصعوبتها ولم اقف على مقدمة شافية فى هذا الفنّ غير مقدمة شيخنا المذكور لكنه اطال فيها بالاشارة الى طريق

---

a me petierunt. Praeterea narrat, eum qui has quaestiones proposuerit specie canis indutum intrasse et in ore folium tenuisse, cui octoginta quaestiones inscriptae fuissent. Evenisse hoc nocte feriae tertiae, qui dies fuerit vicesimus sextus mensis Rejeb anni 955 (inc. 11. Febr. 1548). — 10691. Kashf hojob el-mahjúb, detectio velorum tecti viris cordatis oblata. Commentarius in librum *El-Fosús*, de quo pari modo supra dictum est. — 10692. Kashf el-hacáic, detectio veritatum. Commentarius persicus in *El-Zíj El-Ilkháni*, de quo supra dictum est. — 10693. Kashf el-hacáic, detectio veritatum. Commentarius in Coranum, auctore Sheikh *Mowaffic-ed-dín Ahmed Ben Yusuf Kewáshi*, anno 680 (inc. 22. Apr. 1281) mortuo. — 10694. Kashf el-hacáic, detectio veritatum de computu graduum astronomicorum et scrupulorum. Compendium duo capita et conclusionem complectens, auctore Sheikh *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben-elmejdi*, [anno 850 (inc. 29. Mart. 1446) mortuo]. Isagoge est, quam Sheikh *Mohammed Ben Mohammed* Shafiita, vulgo *Sibt El-Máridíni* dictus, in epitomen *Decáic el-hacáic fi el-derej we el-decáic* inscriptam coegit. Incipit illa ita: Laus Deo talis, quali gratias agentes Deum praedicant etc. Nulla methodus, inquit, in ratione operationum coelestium probatior est ratione proportionis relativae, quae nostra aetate in usu est. Reliquerunt enim methodum veterum propter difficultatem, et nullam inspexi isagogen in hoc genere commodam praeter isagogen Sheikhi nostri laudati. Attamen ibi longus est eo, quod methodum veterum demonstrat, quatenus aperta dicitur et signis quibusdam utitur, quibus numeri significantur, unde

الاقدمين من المفتوح والغبار فحصل فى عبارته صعوبة فاختصرته بايضاح وحذف انتهى ١٠٦٩٥

كشف الحقائق فى المنطق لعلاء الدين بن محمد الباجى الشافعى المتوفى سنة ٧١٤ ١٠٦٩٦

كشف الحقائق فى المنطق مختصر لاثير الدين الابهرى ١٠٦٩٧ كشف الدرر فى شرح المحرّر ياتى ١٠٦٩٨ كشف الدسائس فى ترميم الكنائس للشيخ تقى الدين على بن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦ ثم انتخب منه مختصرًا اوله الحمد لله معزّ الاسلام بسلطانه الخ ذكر فيه انّه كتبه فى قصّة هدم كنيسة اليهود بالقدس سنة ٨٧٩ على يد الشيخ ابى العزم محمد بن الحلادى بفتاوى العلماء وحصل بذلك لطالبه من المؤمنين وقال فى اخره

١٠٦٩٩ علم كشف الدك

[قال فى مفتاح السعادة هو علم يتعرّف منه الحيل المتعلّقة بالصنائع الجزئيّة من التجارات وصنعة السمن واللازورد واللعل والياقوت وتغرير الناس فى ذلك ولمّا كان مبناه محرّما اضربنا

---

difficultas quaedam in ejus dictione orta est. Itaque librum in epitomen ita redegi, ut clarius narrarem et superflua resecarem. — Haec ille. — 10695. Kashf el-hacáic, detectio veritatum de logica, auctore *Alá-ed-dín Ben Mohammed Báji* Shafiita, anno 714 (inc. 17. Apr. 1314) mortuo. — 10696. Kashf el-hacáic, detectio veritatum. Compendium logicum, auctore *Athír-ed-dín Abahri*. — 10697. Kashf el-dorer, detectio margaritarum. Commentarius in librum *Moharrer*, de quo infra dicetur. — 10698. Kashf el-desáis, detectio vitiorum occultorum de restaurandis synagogis, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Alí Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. Postea ex libro epitomen meliora continentem confecit, quae ita incipit: Laus Deo, qui potestate sua religionem Mohammedicam gloriose corroboravit etc. Narrat ibi, se historiam scripsisse synagogae Judaeorum Hierosolymitanae, quae anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) secundum edicta virorum doctorum juridica ministerio Sheikhi *Abu'lazm Mohammed Ben Halâdi* diruta sit. Quapropter fideli Mohammedano, qui eam petebat, tradebatur. Ad finem dicit . . .

10699. Ilm kashf el-dakk. Doctrina artificia detegendi, quibus mercatores aliis merces adulterinas obtrudunt.

[*Táshköprizádeh* in libro *Miftáh el-seádet* dicit: Haec est ea doctrina, qua artificia cognoscuntur, quae mercimonia arte particulari facta, butyrum arte factum, lazuli lapidem, rubinum, hyacinthum spectant, et fraudes, quibus homines dolose in hac re falluntur. Hujus doctrinae artificium cum interdictum sit, diligentiorem ejus

عن تفصيله وان اردت الوقوف عليه فارجع الى كتاب المختار فى كشف الاستار بالغ فى كشف هذه الاسرار انتهى]

١٠٧٠٠ كشف الدكّ وايضاح الشكّ لابى عامر احمد بن عبد الملك الاندلسى المتوفى سنة كتاب مشهور فى علم الحيل والشعبذة ١٠٧٠١ كشف الرموز للقصيدة الشاطبية مرّ ١٠٧٠٢ كشف الريب عن الجيب رسالة للسيوطى اوردها فى حاويه تماما فى مسئلة جيب قميص النبى صلعم ١٠٧٠٣ كشف الريب فى العمل بالجيب رسالة لابى عبد الله محمد بن عبد الرحمن المزى اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ رتّبه على مقدّمة وسبعة وستين بابًا ١٠٧٠٤ كشف الرين فى احوال العين للشيخ الامام شمس الدين محمد بن ابرهيم بن ساعد الانصارى الشهير بابن الاكفانى المتوفى سنة ٧٤٩ اوله اما بعد حمد الله والثناء عليه الخ رتّب على ثلث مقالات الاولى فى كليّات احوال العين والثانية فى ذكر امراض العين الجزئيّة والثالثة فى ذكر الادوية البسيطة ثمّ اختصره وسمّاه تجريد كشف الرين فى احوال العين اوله الحمد لله منوّر

---

descriptionem relinquimus. Quodsi eam accuratius cognoscere studes, lege librum *El-Mokhtár fi kashf el-astár* inscriptum, qui in detegendis his arcanis amplus et gravis est. — Haec ille]. —

10700. Kashf el-dakk we Idháh el-shakk, detectio confusionis et explanatio dubitationis, auctore *Abu Amir Ahmed Ben Abd-el-melik Andalusi*, anno . . . mortuo. Hic liber in doctrina artificiorum et artis praestigiatoriae magna est auctoritate. — 10701. Kashf el-romúz, detectio aenigmatum. Commentarius in *Casídam Shátibiye*, de qua supra dictum est. — 10702. Kashf el-reib, detectio dubii de sinu indusii. Tractatus *Soyutii*, quem suo *Háwi* totum inseruit. Tractat ille quaestionem de sinu indusii prophetae. — 10703. Kashf el-reib, detectio dubii de operatione cum sinu geometrico, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Abd-el-rahman Mizzi*. Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc., et in praefationem et sexaginta septem capita dispositus est. — 10704. Kashf el-rein, detectio veli de affectionibus oculi, auctore Sheikh et Imám *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ibráhím Ben Sáid Ansári*, vulgo *Ibn-elakfáni* dicto et anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuo. Incipit opus ita: Postquam laudibus Deum celebravimus et gratias ei egimus etc., et in tres libros dispositum est, quorum primus de affectionibus oculi in universum agit, secundus de descriptione morborum oculi singularium, tertius de descriptione remediorum simplicium. Postea illud in epitomen coegit *Tejríd Kashf el-rein fi ahwál el-ain* inscriptam, quae ita incipit: Laus Deo, qui visum corporis et animae

الابصار والبصآئر الخ ذكر انّه جرّد المهمّ من كتابه كشف الرين ورتّب على مقدمة وثلثة فصول
ثم شرح ذلك التجريد الشيخ نور الدين على المناوى شرحًا ممزوجًا اوله الحمد لله كاشف
الظلمات الخ ١٠٧٠٥ كشف ستر الغيرة عن سرّ الحيرة ١٠٧٠٦ كشف الستور فى شرح درّ
المنثور مرّ ١٠٧٠٧ كشف السرّ للشيخ صدر الدين محمد بن اسحق القونوى المتوفى
سنة ٦٧٣ ١٠٧٠٨ كشف السرّ المصون والعلم المكنون فى شرح خواصّ القرآن العظيم
ومنافعه كتاب متداول بين الناس يعرفون مصنّفه بالحكيم التميمى قال صاحب الدرّ ولم
اقف لمؤلّفه على ترجمة ١٠٧٠٩ كشف السرّ المكنون فى وصف النور المخزون ١٠٧١٠
كشف الشوارد والموانع وضبط غرر الفرآئد واللوامع المختصر من فصول البدآئع سبق ١٠٧١١
كشف الصلصلة عن وصف الزلزلة للسيوطى ايضا ذكره فى فهرس مؤلّفاته فى فنّ الحديث
١٠٧١٢ كشف الضبابة فى مسئلة الاستنابة رسالة للسيوطى ذكره فى حاويه تمامًا ١٠٧١٣

---

secundariis musicam spectantibus. At aspere et severe ad ea respondit et eodem modo eos refutavit, quorum intellectus aut calamus vitium commisit. Ibique ei dictum est de libro a quodam Misrensium Malekitarum scripto, qui de solvenda hac quaestione graviter in libro *Far'o' el-asmá'* disputaverit. Hunc quoque librum acriter refutavit, et postea librum, de quo hic agitur, composuit. — **10828. Kefíl bi meáni el-tenzíl**, sponsor pro sententiis revelationis divinae. Commentarius in Coranum, auctore *Imád-ed-dín Kindi* Grammatico Alexandriae judice, anno 720 (inc. 12. Febr. 1320) mortuo. Fuit inter eos, qui urbem Granatam Andalusiae sibi elegerant, ut ibi degerent; ejusque commentarius liber amplus est viginti tria volumina magna comprehendens. Methodus autem quam sequitur haec est: Recitat versum aut plures, et recitatione absoluta dicit: Dicit *Zamakhsheri*, cujus verba deinceps affert. Quo facto ea subjicit, quae contra illum disputata erant, et varia quae ad probandam interpretationem necessaria sunt et additamenta huc referenda, quae in aliis commentariis in Coranum praeter *Keshsháf* leguntur. Praeterea cum cognitione grammaticae emineret, ad res grammaticas studium non mediocre contulit. —

**10829. Ilm el-kelám.** Theologia scholastica.

[*Abu'lkheir* in libro *Miftáh el-seádet*, ubi de objectis doctrinarum agit, haec habet: Theologia scholastica doctrina ea est, cujus ope dogmata religionis Mohammedanae

عليها ودفع الشبهة عنها وموضوعه ذات الله سبحانه وتعالى وصفاته عند المتقدّمين وقيل موضوعه الموجود من حيث هو موجود وعند المتأخّرين موضوعه المعلوم من حيث يتعلّق به اثبات العقائد الدينيّة تعلّقا قريبا او بعيدا وارادوا بالدينيّة المنسوبة الى دين نبيّنا محمد صلعم انتهى ملخّصا الكتب المؤلّفة فيه آ ابكار الافكار اتحاف المريد بشرح جوهرة التوحيد اعلى المواهب احسن الكلام اربعين ابانة اعتماد ب بحر الكلام ت تجريد ومتعلّقاته تبصرة الادلّة تنزيل الافكار تسديد شرح تمهيد تأسيس التقديس تحفة السنيّة تحصيل السداد ج جوهرة التوحيد ر رموز الكنوز ز زبدة الكلام ص صحائف ط طوالع الانوار ع عقائد النسفى ومتعلّقاته عيون عمدة الطالب عمدة النظار ف فوز بالسعادة فيصل ق قلائد ك كشف كفاية م مفتاح الغرر محصّل مصون مطالب العالية مقاصد مصباح مواقف مفصّل شرح محصل مدارك العلوم معتقدات سمرقندى مشارق النور ومدارك السرور ن نهاية العقول نهاية الاقدام ه هداية هادى ]

---

confirmari possunt, simul additis eorum argumentis et omni dubitatione remota. Objectum ejus essentia est Dei laudati et excelsi ejusque attributa ex sententia veterum. Alii objectum ejus esse dicunt ens, quatenus ens est. Recentiores objectum ejus esse volunt notum, quatenus magis aut minus in probandis dogmatis religionis versatur, et quando „religionis“ dicunt, religionem intelligunt *Mohammed*is prophetae nostri, super quo salus sit et benedictio. Haec potiora sunt, quae ex illo libro selegi. — Libri autem de ea doctrina compositi ex ordine alphabeti arabici sunt hi: ***Abkár el-afkár* — *Ithâf el-moríd*,** commentarius in librum ***Jewhiret el-tauhíd* — *A'la el-mewâhib* — *Ahsan el-kelám* — *Arba'ín* — *Ibánet* — *Itimád* — *Bahr el-kelám* — *Tejríd*** et scripta hunc librum pertinentia — ***Tebsiret el-adillet* — *Tenzíl el-afkár* — *Tesdíd*,** commentarius in ***Temhíd* — *Tasís el-tecdís* — *El-Tohfet El-Seníyet* — *Tahsíl el-sedád* — *Jewhiret el-tauhíd* — *Romúz el-konúz* — *Zubdet el-kelám* — *Sahâïf* — *Tawáli' el-anwár* — *Acáid El-Nesefi*** et scripta in hunc librum composita — ***Oyún* — *Omdet el-tálib* — *Omdet el-notztzár* — *Fauz bi'lseádet* — *Feisal* — *Caláid* — *Kashf* — *Kifáyet* — *Miftáh el-ghorer* — *Mohassal* — *Mesún* — *El-Metálib El-Aliyet* — *Mecásid* — *Misbáh* — *Mewáckif* — *Mofassal*,** commentarius in ***Mohassal* — *Medárik el-olúm* — *Mo'tacadát Samarcandí* — *Mesháric el-núr we Medárik el-sorúr* — *Nihâyet el-ocúl* — *Nihâyet el-acdám* — *Hidâyet* — *Hádi*.** —

١٠٨٣٠ كلزار ارم فارسى منظوم اوله

اى بنام تو هرچه هستى يافت

١٠٨٣١ كلزار نامه فى التصوّف للشيخ ابراهيم بن الحسين التنورى السيواسى المتوفى سنة ٨٨٧ [بيّن فيه اطوار السلوك] ١٠٨٣٢ كلستان فارسى للشيخ سعدى بن عبد الله الشيرازى المتوفى سنة ٦٩١ اوله منّت خداىرا الخ وهو على ثمانية ابواب محتويًا على ابيات فارسيّة واشعار عربيّة وامثال غريبة ولطآئف عجيبة ١ فى سيرة الملوك ٢ فى اخلاق الفقرآء ٣ فى فضيلة القناعة ٤ فى فوآئد الصمت ٥ فى العشق ٦ فى الضعف والهرم ٧ فى تأثير التربية ٨ فى آداب الصحبة وتاريخ تأليفه سنة ٦٥٦ فشرحه يعقوب بن سيدى على شرحًا عربيًّا توفى سنة ٩٣١ والمولى مصطفى بن شعبان المعروف بالسرورى المتوفى سنة ٩٦٩ شرحه شرحًا كاتبًا بالعربى للسلطان مصطفى بن سليمان خان اوله الحمد لله الذى جعلنى من علمآء البيان والمعانى الخ وذكر ان بعض العلمآء شرحه غافلا عن اللغة الفارسيّة بل اخطأ فى مواضع كثيرة وضلّ فى طرق يسيرة

---

10830. **Gülzár Irem**, rosetum horti *Irem*. Carmen persicum, quod ita incipit:

O Tu, cujus nomine quidquid est esse coepit.

10831. **Gülzár-námeh**, liber roseti de theosophia, auctore Sheikh *Ibráhím Ben-elhosein Tennúri Siwási*, anno 887 (inc. 20. Febr. 1482) mortuo. [Exponit ibi auctor varios orbes vitae spiritalis]. — 10832. **Gülistán**, rosarium, auctore Sheikh *Sa'di Ben Abdallah Shirázi*, anno 691 (inc. 24. Dec. 1291) mortuo. Opus persicum, quod ita incipit: Gratia Deo etc. Dispositum est in octo capita et versus persicos comprehendit et carmina arabica, parabolas raras et facetias miras. Primum caput agit de vita et moribus regum, secundum de indole Derwishorum, tertium de meritis contenti animi, quartum de silentii commodis, quintum de amore (et juventute), sextum de imbecillitate et senectute, septimum de vi, quam educatio exercet, octavum de ratione, qua vir bene moratus in consuetudine utitur. Tempus quo compositum est fuit annus 656 (inc. 8. Jan. 1258). — Commentarium arabicum in Rosarium scripsit *Ya'cúb Ben Seyyidi Ali*, anno 931 (inc. 29. Oct. 1524) mortuus, et Molla *Mustafa Ben Sha'bán*, vulgo *Sorúri* dictus et anno 969 (inc. 11. Sept. 1561) mortuus, cujus commentarius in favorem Sultani *Mustafa Ben Soleimán Khan* arabice ita scriptus est, ut studiosis satisfaceret, et ita incipit: Laus Deo, qui me in doctis viris expositionis et sententiarum esse voluit etc. Auctor: Vir quidam doctus, ait, commentarium scripsit linguam persicam haud curans, imo in multis locis erravit et

وكان مشتملًا على حكايات غريبة وعظات عجيبة واشعار شريفة وابيات لطيفة قال تمّ في آخر ربيع الاول سنة ٩٥٧ باماسية قيل شرح كلستان المنسوب الى سيّد على زاده ليس من تأليفه بل هو تأليف المنيرى فاخذه وكتب اسمه في الديباجة وذكر هذا القآئل انّه رأه وقابل منه والقاضى محمد بن ميناس المتوفى سنة والمولى شمعى ايضا المتوفى سنة ١٠٠١ شرحه شرحًا تركيًّا اوله سپاس بى پايان الخ والمولى سودى [المتوفى سنة ١٠٠١ وهو احسن شروحه] وهو ابو البرسوى المتوفى سنة ١٠١٧ والمولى محمد التيروى المتخلّص بعيشى المتوفى سنة ١٠١٦ والمولى ضعيفى القرطوى وللمولى لامعى شرح على ديباجته توفى سنة ٩٣٨ وللمولى حسين الكفوى المتوفى سنة ١٠١٢ شرح لطيف جامع كتبه بمكة قاضيًا بها في شوال سنة ١٠٠٥ وهو موخّر من جميع الشروح لكنّه بقى في المسوّدة فبيّضه اخوه في الله مولانا حسين بن كوزلجه رستم پاشا المعروف بحسينى ورتّب ديباجة ذكر فيها ترجمة الشارح وسمّاه بستان افروزجنان وترجمه

---

in viis facilibus lapsavit. Praeterea liber historias raras continet, monita mira, carmina praestantia et versus facetos. Absolvit, ut dicit, ad finem Rebí' I anni 957 (inc. 20. Jan. 1550) in urbe Amasia. — Commentarium in *Gülistán*, cujus auctorem *Seyyid Alizádeh* esse putant, alii ab hoc compositum esse negant, imo ejus auctorem *Moniri* esse dicunt. Illum commentarium cepisse et nomen suum praefationi inscripsisse. Idem testis narrat, se eum vidisse et collationem inde fecisse. Porro commentarios scripserunt Cádhi *Mohammed Ben Minás*, anno . . . mortuus, itemque Molla *Shem'i*, anno 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortuus, qui commentarium turcicum scripsit ita incipientem: Laus infinita etc. — Molla *Sudi*, [anno 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortuus, cujus commentarius omnium praestantissimus est] — *Abu'lbursewi*, anno 1017 (inc. 7. Apr. 1608) mortuus — Molla *Mohammed Tirewi*, cognomine poetico *Aishi* clarus et anno 1016 (inc. 18. Apr. 1607) mortuus — Molla *Dhaïfi Cartawi* — Molla *Lámi'i*, anno 938 (inc. 15. Aug. 1531) mortuus, cujus commentarius praefationem tantum comprehendit — Molla *Hosein Kufuwi*, anno 1012 (inc. 1. Jun. 1603) mortuus, qui commentarium elegantem et copiosum mense Shewwál anni 1005 (inc. 15. Aug. 1596) scripsit, cum judicis munere Mekkae fungeretur. Hic commentarius omnibus posterior est, attamen primis lineis exaratus mansit. Tum frater ejus religione conjunctus Molla noster *Hosein Ben Gözeljeh Rostem Pasha*, vulgo *Hoseini* dictus, eum nitide exscripsit et praefatione instruxit, in qua vitam auctoris commentarii narrat, et libro titulum dedit *Bostán efrúz jenán* i. e. Hortus tenebras illustrans. — Turcice Rosarium

المولى اسعد افندى بالتركى تأريخ تأليف كلستان

كلستان عين تصنيفات او بود

شده تاريخ هم عين كلستان

١٠٨٣٣ كلشن آباد فى التصوّف للشيخ شمس الدين احمد بن محمد السيواسى ١٠٨٣٤ كلشن انشاء تركى للشيخ محمود بن ادهم المتوفى سنة ثم اختصره ثم انتخب من مختصره باوضح عبارات ورتّبه على مقدمة ومقالتين ١٠٨٣٥ كلشن انوار تركى منظوم من خمسة يحيى بيك الشاعر منها فى الزبدة خمسة ابيات ١٠٨٣٦ كلشن التحقيقات وكاشف الخفيات تركى مختصر على نخل وست شكوفه فى مزايا اللسان التركيّة المستعملة فى الديوان العثمانى الّفه بعض الظرفآء فى عصر السلطان سليمان وذكره فى خطبته ١٠٨٣٧ كلشن التوحيد فارسى منظوم لشاهدى المولوى خمّس فيه مائة بيت من ابيات المثنوى بارتباط حسن فى سنة ٩٢٧

---

transtulit Molla *As'ad Efendi.* — Tempus, quo Rosarium compositum est, continetur ultimis hujus versus vocibus:

Rosarium praestantissimum ejus operum erat
Et ita ejus chronogramma factum est *Aini Gülistán*

i. e. Praestantissimum Rosarii, quibus verbis annus 691 (inc. 24. Dec. 1291) significatur. — 10833. Gülshen abád, rosarium cultum de theosophia, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Siwási.* — 10834. Gülsheni inshá, rosarium stili pedestris elegantis. Scripsit turcice Sheikh *Mahmúd Ben Edhem*, anno . . . mortuus. Tum librum in epitomen coegit, ex qua denuo potiora clarissima dictione usus separatim elegit. Hanc tertiam recensionem in praefationem et duos libros disposuit. — 10835. Gülsheni anwár, rosarium luminum. Poema turcicum, quod ad quinionem carminum poetae *Yahya Beig* pertinet. Leguntur ex eo in chrestomathia *Zubdet* quinque versus. — 10836. Gülsheni tahckícát, rosarium cognitionum accuratarum et revelator arcanorum. Compendium turcicum in palmam et sex flores dispositum, quod de praestantiis linguae turcicae agit, qua in cancellariis othmanicis utuntur. Scripsit vir quidam ingeniosus tempore Sultani *Soleimán*, quem in praefatione sua sollenni commemorat. — 10837. Gülsheni el-tauhíd, rosarium dogmatis de unitate Dei, auctore *Sháhidi Mewlewi.* Poema persicum, in quo centum versus poematis *Methnewi* pulchro nexus ordine servato anno 927 (inc. 12. Dec. 1520) quincuplices

١٠٨٣٨ كلشن التوحيد فى دوائر الخمس التى دائرة بين اهل التصوّف للشيخ داود المدورلى رسالة الّفها لامير من امرآء قول احمدلى واجاب فيها عن سؤاله بالتركى والعربى ١٠٨٣٩ كلشن راز منظوم فارسى اوله

بنام آنكه جانرا فكرت آموخت

فيه اسولة واجوبة على اصطلاح التصوّف وفى نظرته ازهار الكلشن للشيخ محمود التبريزى الشبسترى المولد والمدفن وهو موضع ثمان فراسخ من تبريز وشرحه مظفر الدين على الشيرازى والشيخ شمس الدين محمد بن يحيى بن على الاهجى الجيلانى النوربخشى المتوفى سنة شرحا وهو شرح ممزوج فارسيًّا سمّاه مفاتيح الاعجاز بيّضه فى ذى الحجّة سنة ٨٧٧ ومولانا ادريس بن حسام الدين البدليسى المتوفى سنة والشيخ بابا نعمة الله بن محمود النخجوانى شرحًا لطيفا ممزوجا ١٠٨٤٠ كلشن نياز للمولى عبد العزيز المعروف بقره چلبى زاده تركى منظوم فى حسب حاله حين نفى الى قبرس معزولا عن قضآء قسطنطنية سنة ثلث

---

reddidit. — 10838. Gülshen el-tauhíd, rosarium dogmatis unitatis Dei de circulis quinque virorum, qui unum circulum constituunt inter theosophos. Tractatus, quem Sheikh *Dawud Modewwereni* Emiro Emirorum *Cúl Ahmedli* composuit. Respondet ibi ad ejus quaestiones turcice et arabice. — 10839. Gülsheni ráz rosarium arcanorum. Carmen persicum, quod ita incipit:

Nomine ejus, qui animam cogitare docuit —

et quaestiones et responsa continet secundum terminologiam theosophicam. Ad ejus similitudinem carmen *Azhár el-gülshen* compositum est. Auctor Rosarii est Sheikh *Mahmúd Tebrízi*, qui in vico *Shebister* natus et sepultus est, qui locus octo parasangas a *Tebríz* distat. Commentarios in carmen scripserunt *Motzaffer-ed-dín Ali Shirázi* — Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Yahya Ben Ali Áhji Jiláni Núrbakhshi*, anno . . . mortuus, cujus commentarius persice scriptus textum admixtum habet, et *Mefátíh el-i'jáz* inscriptus est. Nitide eum exscripsit mense Dzu'lhijjet anni 877 (inc. 8. Jun. 1472) — Molla noster *Idrís Ben Hosám-ed-dín Bidlísi*, anno . . . mortuus — et Sheikh *Bábá Ni'metallah Ben Mahmúd Nakhjiwáni*, cujus commentarius elegans textum admixtum habet. — 10840. Gülsheni niyáz, rosarium supplicationum. Carmen turcicum, quod Molla *Abd-el-azíz*, vulgo *Cárah Jelebizádeh* dictus, de ratione conditionis suae condidit, cum a judicis munere Constantinopoli anno 1043 (inc. 28.

واربعين والف ١٠٨٤١ كل وبلبل تركى منظوم لفضلى شاعر المتوفى سنة ٩٧١ منه فى الزبدة اربعة ابيات بيت

يازدى تاريخ خامه شنكل

دفتر مونس كل وبلبل

اوله

مدّ بسم الله اولدى ايله نكاه

١٠٨٤٢ كل ومل لعزيزى ١٠٨٤٣ كل ونوروز تركى منظوم لمعيدى منه فى الزبدة ثلثة ابيات وفارسى لمنلا جامى ومن كلّيات خواجو الكرمانى ١٠٨٤٤ كل وهرمز فارسى منظوم للشيخ العطار ابى عبد الله محمد الميانجى المتوفى سنة ٦١٩ ١٠٨٤٥ الكلم الطيّب لابن تيمية شرحه العلّامة بدر الدين محمود بن احمد العينى المتوفى سنة ٨٥٥ وشمس الدين محمد بن ابى بكر ابن قيم الجوزية المتوفى سنة ٧٥١ اوله الحمد لله سبحانه المسوّل المرجّو الخ ١٠٨٤٦

---

Jun. 1633) remotus in insulam Cyprum relegaretur. — 10841. **Gül we Bülbül**, rosa et luscinia. Carmen turcicum, quod *Fadhli* poeta, anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuus, composuit. In chrestomathia *Zubdet* quatuor ex eo versus leguntur. In fine carminis hic versus legitur:

Scripsit lepidus calamus hoc chronogramma:
Codex animum oblectans de rosa et luscinia.

Carmen ita incipit:

Forma procera literae *Bá* in *Bismillah* ita apparet aspectui.

10842. **Gül we Mül**, rosa et vinum, auctore *Azízi*. — 10843. **Gül we Newruz**, rosa et novi anni initium. Poema turcicum a *Moídi* compositum, ex quo in *Zubdet* tres versus leguntur, et persicum ejusdem tituli a Menla *Jámi* conditum. Praeterea in corpore operum *Khojúi Kermáni* carmen eodem titulo insignitum legitur. — 10844. **Gül we Hurmuz**, rosa et Hurmuz. Poema persicum, auctore Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Meyániji*, vulgo *Attár* dicto et anno 619 (inc. 15. Febr. 1222) mortuo. — 10845. **El-Kelim El-Tayyib**, oratio suavis, auctore *Ibn Teimiya*. Commentarios in eam scripserunt vir doctissimus *Bedr-ed-dín Mahmúd Ben Ahmed Aini*, anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) mortuus, et *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr Ibn Cayyim-eljauziyet*, anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo sancto, ad quem petens et sperans se convertit etc. — 10846.

الكلم الطيّب والعمل الصالح لابى عبد الله محمد بن ابى بكر ابن قيم الجوزية ١٠٨٤٧ الكلم الطيّب والقول المختار فى المأثور من الدعوات والاذكار للشيخ جلال الدين عبد الرحمن ابن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ مختصر اوله اليه يصعد الكلم الطيب الخ وهو كالحصن الحصين الّفه فى شعبان سنة ٨٧٤ ١٠٨٤٨ الكلمات الشريفة فى تنزيه ابى حنيفة عن الترّهات السخيفة للعالم نوح بن مصطفى الحنفى اوله الحمد لله الذى يقول الحقّ الخ ذكر فيه انه سئل بعض احبابه القونوى عمّا ذكر فى وفيات الاعيان فى حقّ مذهبه فاجاب بانّه مكذوب على القفال نقلا عن المغيث للامام الحرمين فصنّف فى ردّه وبيان كذبه ١٠٨٤٩ كلّيات ابن رشد فى الطبّ ١٠٨٥٠ كلّيات خواجو هو كمال الدين ابو العطا محمود بن على المرشدى الكرمانى جمعها بعض الشعرآء للوزير احمد بن محمد بن على العراقى من وزرآء ايلخانية بامره المعالى ورتّب على ابواب وفصول وقال فيه هى مشتملة على خمسة وعشرين والف بيت وسمّاها بصنآئع الكمال وقسمها خمسة اقسام ١ فى التوحيد والنعت والمواعظ والحكم ٢ فى

---

**El-Kelim El-Tayyib**, oratio suavis et actio pia, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Abi Bekr Ibn Cayyim-elzauziyet.* — 10847. **El-Kelim El-Tayyib**, oratio suavis et sermo electus de precibus et invocationibus Dei usu celebratis. Compendium, quod a Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo, mense Sha'bán anni 874 (inc. 11. Jul. 1469) compositum est et ita incipit: Ad eum surgit oratio suavis etc. Simile est operi *Hisn Hasín.* — 10848. **El-Kelimát El-Sherífet**, verba praeclara de *Abu Hanífa* a nugis stultis purgando, auctore viro docto *Núh Ben Mustafa* Hanefita. Liber ita incipit: Laus Deo, qui verum dicit etc., et auctor in eo narrat, amicum quendam dilectum ex *Cunewi* de iis quaesisse, quae in *Wefayát el-a'yán* de ejus secta dicta essent. Ille respondit, ea mentita esse incommodo *Caffáli* et sumta ex libro *Moghíth* ab *Imám el-haramein* edito. Auctor igitur ad illum refutandum et mendacia demonstranda accipsit. — 10849. **Kullíyát Ibn Roshd**, opera omnia medica *Ibn Roshdi.* — 10850. **Kullíyát Khoju**, opera omnia *Kemál-ed-dín*i *Abu'latá Mahmúd Ben Ali Murshidi Kermáni*, vulgo *Khoju* dicti. Collegit ea poeta quidam jussu augusto Weziri *Ilkhán*ici *Ahmed Ben Mohammed Ben Ali Irácki*, et in capita et sectiones divisit, eaque mille viginti quinque versus comprehendere dicit. Opera titulo insignivit *Sanáyi' El-Kemál* et in quinque partes divisit, quarum prima carmina continet de dogmate unitatis Dei, de elogio, paraeneticis et apophthegmatis, secunda encomia,

المدآئح ٣ فى التهانى ٤ فى المعميات ٥ فى المثنويات وهما كتابان هماى وهمايون وكل ونوروز
ومنها كمال نامه وروضة الانوار وكوهر نامه ١٠٨٥١ كلّيات سعدى مشتملة على ستة عشر كتبًا
وسبع رسآئل جمعها على بن احمد بن ابى بكر فى سنة ٧٢٦ رسالة در تقرير ديباجه ودر مجالس
بحكاية در سؤال صاحب ديوان در عقل وعشق در نصيحة الملوك در سه حكاية كتاب كلستان
بوستان سعدى نامه قصآئد عربى قصآئد فارسى مراثى ملمعات ومثلثات ترجيعات طيّبات بدآئع
خواتيم غزليات صاحبية مقطّعات حبيثيات ومضحكات رباعيات مفردات ١٠٨٥٢ كلّيات فى
الطبّ وهو غير كلّيات قانون لابن رقيقة المذكور فى الغرض المطلوب وله عليها شرح وله
ايضا عليها حاشية مفيدة ١٠٨٥٣ كلّيات فى الفرآئض لابى الحسن على بن محمد الاندلسى
القلصاوى المالكى المتوفى سنة ٨٩١ ثم شرحها ١٠٨٥٤ كلّيات فيه رسالة للسيد الشريف اوله
الحمد لله مخترع ماهيّات الاشيآء الخ وهى على قواعد وخاتمة ووصيّة ١٠٨٥٥ كليله ودمنه

---

tertia gratulationes, quarta logogryphos, quinta carmina *Methnewi* dicta. Haec duos libros comprehendunt *Humâi* et *Humâyûn*, et *Gül* et *Newruz*, et praeterea huc pertinent *Kemâl-nâmeh*, *Raudhat el-anwâr* et *Kewher-nâmeh*. — 10851. Kullîyât Sa'dî, opera omnia *Sa'dii*, quae sedecim libros et septem tractatus comprehendunt, et ab *Ali Ben Ahmed Ben Abi Bekr* anno 726 (inc. 8. Dec. 1325) collecta sunt. Sunt autem illa: Tractatus, qui praefationis loco libri initium exponit — consessus literarii cum historiis — quaestiones auctoris *Diwâni* — de ratione et amore — de consiliis regum — tres historiae — *Gülistân* — *Bustân* — *Sadi-nâmeh* — *Casîdae* arabicae — *Casîdae* persicae — epicedia — carmina *Molammaât* arabicis, persicis et turcicis vocibus constantia et carmina *Mothallathât* dicta — carmina a repetitione metri, rhythmi, verborum et sensus *Terjîât* dicta — suavia — ornata — *Khawâtîm* sive carmina annuli signatorii dicta — amatoria — sodalicia — carmina breviora *Mocattaât* dicta — lasciva et scurrilia — carmina quatuor hemistichiorum — singularia. — 10852. Kullîyât fi el-tibb, opera omnia de medicina, non confundenda cum *Kullîyât Ibn Sinae Canûn* inscriptis, auctore *Ibn Rackîca* supra in *El-Ghardh El-Matlûb* laudato. Idem in ea commentarium et praeterea glossas utiles edidit. — 10853. Kullîyât fi el-ferâidh, opera omnia de jure hereditario, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Andalusi Calsâwi* Malikita, anno 891 (inc. 7 Dec. 1486) mortuo. Postea commentarium in ea scripsit. — 10854. Kullîyât, opera omnia. Legitur ibi tractatus *Seyyidi Sherîf*. Liber ita incipit: Laus Deo qualitates rerum primum creanti etc., et in fundamenta, conclusionem et praeceptum distributus est. — 10855. Kalîlah we Dimnah, *Kalîlah* et *Dimnah*.

وهو كتاب فى اصلاح الاخلاق وتهذيب النفوس وضعه بيدبا الفيلسوف [الهندى] لدبشليم ملك الهند ولمّا الّفه وضع التاج على رأسه وجعله وزيرًا وهو كتاب على السنة البهآئم والطيور تنزيها للحكمة وفنونها ومحاسنها وعيونها وصيانة لغرضه الاقصى فيه من العوامّ وضنة به على الجهلآء الطغام وقد صنّف فى هذا الباب جماعة من اولى الالباب صحفًا وافية محتوية على حكايات غريبة واخبار عجيبة غير ان صاحب كليله كان اول فاتح لهذا الباب وكلّ ما صنّف بعده من نوادر الحكايات فمقتبس من ضيآء انواره وهى على اربعة عشر بابًا ١ فى وجوب الاجتناب عن استماع كلام الساعى والنمام ٢ فى وخامة خاتمة الاشرار ومآل عاقبتهم ٣ فى منافع الاصحاب والاحباب ٤ فى عدم جواز الامن من كيد العدوّ ٥ فى مضارّ الاهمال والغفلة ٦ فى آفة التعجيل ٧ فى الحزم والتدبير ٨ فى عدم الاعتماد على ارباب الحقد ٩ فى العفو والصفح ١٠ فى المجازات والمكافات ١١ فى ضرر طلب الزيادة وما يفوت بسببه ١٢ فى الحلم

---

Hic liber versatur in conformandis moribus et animis corrigendis, et compositus est a *Bidpai* philosopho [Indo] in commodum *Dabshelim*i regis Indorum. Quem cum absolvisset, rex coronam ejus capiti imposuit eumque Wezirum fecit. Liber autem ita compositus est, ut quadrupedes et aves loquentes inducantur ad philosophiam, ejus varias doctrinas, sententias concinnas et praestantes hac forma libere et pure expromendas, et ad consilium summum, quod in componendo libro secutus sit, vulgus celandum et contra stultos socordes firmiter tenendum. Multi viri cordati in hoc genere libros perfectos composuerunt, qui historias raras et narrationes miras comprehendunt; at auctor libri *Kalîlah* primus est, qui hoc genus narrandi aperuit, et omnes historiae rarae et singulares, quae post eum narratae sunt, e luminibus illius splendentibus sunt petitae. Liber haec capita quatuordecim continet: Primum de eo agit, quod cavere debemus ab audiendis delatoris et susurronis accusationibus — secundum de fine malignorum infelici et exitu eorum maleficiorum misero — tertium de commodis, quae socii et amici nobis afferunt — quartum de eo, quod nunquam desinere debemus cavere ab inimici dolis — quintum de incommodis, quae ex negligentia et incuria oriuntur — sextum de periculis nimiae festinationis — septimum de prudentia et circumspicientia cauta — octavum de eo, quod nunquam fiduciam ponere debemus in iis, qui simultatem susceperunt — nonum de condonatione et indulgentia — decimum de remunerationibus et compensationibus — undecimum de periculis studii rem suam augendi et eorum, quae illius studii caussa prorsus elabuntur — duodecimum de mansuetudine et

والوقار ١٣ فيما يجب على الملوك من اجتناب استماع الخائن والغدّار ١٤ في التسليم والتوكّل ولمّا سمع انوشروان ورام تحصيله فارسل طبيبًا يقال له برزويه فاخرجه من الهند حكى انّه لما بعث برزويه الحكيم الى بلاد الهند لانتساخ كليله ودمنه اعطاه من المال خمسين جرابًا في كلّ جراب عشرة آلاف دينار ولمّا استخرج هذا الكتاب مع الشطرنج التامّ الذى هو عشرة في عشرة من بلاد الهند نقله من الهنديّة الى الفارسيّة لكسرى انوشروان ثم ترجمه في الاسلام عبد الله بن المقفع كاتب ابى جعفر المنصور العباسى من اللغة الفارسيّة الى اللغة العربيّة توفى سنة ثم نقله من الفارسيّة الى العربية عبد الله بن هلال الاهوازى ليحيى بن خالد البرمكى في خلافة المهدى وذلك في سنة ١٦٥ ونظمه سهل بن نوبخت الحكيم ليحيى بن خالد المذكور وزير المهدى والرشيد فلمّا وقف عليه اجازه الف دينار [وكان الملك الناصر الاموى صاحب الاندلس . . . بالمغرب حكيما سمع به فكاتبه وسيّر له هدايا وتحفا غريبة بضروب من الخواصّ الروحانية وسيّر له كتاب كليله ودمنه] وقد صنّف سهل بن هارون للمأمون

gravitate — tertium decimum de eo, quod reges cavere debent, ne perfidos audiant et proditores — quartum decimum de aequo animo et fiducia in Deo. — *Anushirwán* cum de hoc libro audivisset eumque sibi comparare cuperet, medicum nomine *Barzuyeh*, qui librum ex India reportaret, eo misit. — Cum *Anushirwán* philosophum *Barzuyeh* in regiones Indiae ad describendum librum *Kalílah* et *Dimnah* mitteret, quinquaginta ei dedisse dicitur pecuniae marsupia, quae singula decem milia denariorum continebant. Deinde cum librum simul cum latrunculorum ludo perfecto, qui decem areas in quadratum continet, ex India reportasset, eum in favorem Chosrois *Anushirwán* ex lingua indica in persicam transtulit. Tum tempore Islami *Abdallah Ben-elmocaffa' Abu Jafari Mansúr* Abbásidae scriba, anno . . . mortuus, e lingua persica eum in linguam arabicam transtulit. Postea, cum *Mehdi* Khalifa esset, *Abdallah Ben Hilál Ahwázi* ex lingua persica in arabicam eum in favorem Barmekidae *Yahya Ben Khálid* anno 165 (inc. 26. Aug. 781) vertit. In ejusdem *Yahyae Ben Khálid* laudati, *Mehdii* et *Reshídi* Wezíri, favorem *Sahl Ben Nubakht* philosophus librum metrice exaravit. Hac recensione lecta, poetae mille denarios dono dedit. [*Melik Násir* Omayyada Andalusiae princeps philosophum Mauretanum librum illum possidere audiverat. Scripsit itaque ei dona et munera pretiosa cum variis dotibus peculiaribus pneumaticis mittens. Quo facto ille principi librum *Kalílah* et *Dimnah* transmisit]. *Sahl Ben Harún Mamúno*

كتابًا ترجمه بكتاب نقله وعصره عارض فيه كتاب كليله ودمنه فى ابوابه وامثاله ثم امر ابو الحسن نصر بن احمد السامانى لواحد من علمآء عصره فنقله من العربيّة الى الفارسيّة ونظمه شاعره رودكى احسن نظم بالفارسيّة ثم امر ابو المظفر بهرام شاه بن مسعود الغزنوى الى ابى المعالى نصر الله بن محمد بن عبد الحميد فنقله ثانيًا من نسخة ابن المقفع وهذه الترجمة هو المشهور بكليله ودمنه فى هذا الزمان لكنّه اطنب واسهب بايراد الالفاظ المغلّقة ثم جدّد هذه الترجمة ولخّصها وهذّبها المولى حسين بن على الواعظ الكاشفى للامير سهيلى من امرآء السلطان حسين بن بيقرا وسمّاه انوار السهيلى ثم ترجم المولى على بن صالح [الرومى الملقّب بعبد الواسع عليسى] انوار السهيلى من الفارسى الى التركى بانشآء لطيف سمّاه همايون نامه [توفى سنة ٩٥٠] وترجم [افتخار الدين] محمد البكرى القزوينى بلغة الترك [توفى سنة] وملخّص همايون نامه كثلث للمولى يحيى افندى المفتى [ولخصه ايضا المولى عثمان زاده المتوفى قاضيًا بمصر سنة ١١٣٩ تلخيصًا لطيفًا] ١٠٨٥٩ كليم فى كراسة

---

librum *Noclah* et *Asrah* inscriptum composuit, in quo, quod attinet ad capita et apologos, librum *Calilah* et *Dimnah* imitatus est. Tum jussu *Samani*dae *Abu'lhasan Nasr Ben Ahmed* unus virorum doctorum sui temporis eum ex lingua arabica in persicam transtulit, et *Rudegi* poeta ad ejus aulam in versus persicos egregie redegit. Serius *Abu'lmeáli Nasrallah Ben Mohammed Ben Abd-el-hamíd* jussu Gaznewidae *Abu'lmotzaffer Behrámsháh Ben Mes'úd* iterum e versione *Ibn-elmocaffa*e eum transtulit, et haec est translatio, quae hodie nomine *Kalílah* et *Dimnah* inclaruit; attamen interpres allatis verbis obscuris latus et longus est. Hanc interpretationem Molla *Hosein Ben Ali Káshifi* Concionator in favorem Weziri *Soheili*, Emiri ad aulam Sultani *Hosein Ben Beicará*, denuo refinxit, amputavit et correxit, et titulo *Anwári Soheili* insignivit. Tum Molla *Ali Ben Sálih* [*Rumi*, honorifice *Abd-el-wási' Alisi* cognominatus et anno 950 (inc. 6. Apr. 1543) mortuus,] *Anwári Soheili* dictione eleganti e lingua persica in turcicam vertit, versionique titulum *Humáyún-námeh* dedit, et [*Iftikhár-ed-dín*] *Mohammed Bekri Caswíni*, [anno . . . mortuus], librum in linguam Tatarorum transtulit. Praeterea Molla *Yahya Efendi* Mufti *Humáyún-námeh* in epitomen in tertiam partem contractam coegit, [eodemque modo Molla *Othmánzádeh*, qui anno 1139 (inc. 18. Aug. 1726) mortuus est, quum judicis munere in urbe Misr fungeretur, elegantem epitomen ex eo confectam edidit]. — 10856. Kelím, orator.

يتعلّق بتسلية اهل المصائب للشيخ نور الدين محمد ابن السراج البلقيني [المتوفى سنة ٧٩١]
. ١٠٨٥٧ كماة الزهر وفريدة الدهر [لابن الجوزي] ١٠٨٥٨ . كمال البلاغة لشمس المعالي
قابوس بن وشمكير [المقتول سنة ٤٠٣] ١٠٨٥٩ . كمال الفرحة في دفع السموم وحفظ الصحّة
مختصر للشيخ محمد بن محمد القوصوني الطبيب اوله الحمد لله الملك الحكيم الخ
١٠٨٦٠ . الكمال في معرفة الرجال للشيخ الامام محبّ الدين النجار محمد بن محمود
البغدادي المتوفى سنة ٦٤٣ [وللحافظ عبد الغني بن عبد الواحد المقدسي الجماعيلي
الحنبلي المتوفى سنة ٦٠٠] وتهذيب الكمال في اسمآء الرجال للحافظ جمال الدين يوسف بن
الزكي المزي المتوفى سنة ٧٤٢ وهو كتاب كبير لم يؤلّف مثله ولا يظنّ ان يستطاع قبل انه
لم يكمله واكمله علآء الدين مغلطاي بن قليج المتوفى سنة ٧٦٢ في ثلثة عشر مجلّدًا ثم
لخّصه واختصره الحافظ شمس الدين محمد بن احمد الذهبي المتوفى سنة ٧٤٨ [وسمّاه

---

Fasciculus decem foliorum, qui ad solatium afflictorum spectat, auctore Sheikh *Núr-ed-dín Mohammed Ibn Siráj-ed-dín Bolckeini*, [anno 791 (inc. 31. Dec. 1388) mortuo]. — 10857. **Kem'at el-zahr**, tuber florum et margarita temporis, [auctore *Ibn-eljauzi*]. — 10858. **Kemál el-belághat**, perfectio eloquentiae, auctore *Shems-elmeáli Cábús Ben Washmegír*, [anno 403 (inc. 23. Jul. 1012) interfecto.] — 10859. **Kemál el-ferhat**, perfectio laetitiae de depellendis venenis et sanitate conservanda, auctore Sheikh *Mohammed Ben Mohammed Causúní* Medico. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo regi sapienti etc. — 10860. **El-Kemál fi ma'rifet el-rijál**, perfectio de cognitione virorum, qui primi traditiones retulerunt, auctoribus Sheikh et Imám *Mohibb-ed-dín Nejjár Mohammed Ben Mahmúd Baghdádi*, anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuo, [et Háfitz *Abd-el-ghani Ben Abd-el-wáhid Mocaddesi Jemáili* Hanbalita, anno 600 (inc. 10. Sept. 1203) mortuo] — et *Tehdzíb El-Kemál* i. e. Correctio operis *Kemál* de nominibus virorum illorum, auctore Háfitz *Jemál-ed-dín Yusuf Ben-elzeki Mizzi*, anno 742 (inc. 17. Jun. 1341) mortuo. Hic liber magnus est, cui similis nullus est compositus nec ex communi opinione componi poterit. Ab auctore non ad finem perductus esse dicitur, et absolvit eum *Alá-ed-dín Maghletái Ben Chilij*, anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuus, in tredecim voluminibus. Tum potiora ejus selegerunt et in epitomen coegerunt Háfitz *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Dzehebi*, anno 748 (inc. 13. Apr. 1347) mortuus, [qui epitomae titulum

تذهيب التهذيب] وابو بكر بن ابى المجد الحنبلى المتوفى سنة ٨٠٤ وشمس الدين محمد ابن على الدمشقى الحافظ المتوفى سنة ٧٦٥ واضاف اليهم من فى الموطأ وابو العباس احمد ابن سعد العسكرى المتوفى سنة ٧٥٠ وعليه زوائد للسيوطى واكمال التهذيب للسراج عمر بن على ابن الملقن المتوفى سنة ٨٠٤ ومختصر التهذيب للحافظ الاندرشى صاحب العمدة فى مختصر الاطراف ومختصره ايضا للقاضى تقى الدين ابى بكر بن احمد بن شهبة الدمشقى المتوفى سنة ٨٥١ وتهذيب تهذيب الكمال للحافظ شهاب الدين احمد بن على المعروف بابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ وهو كبير فى ستّ مجلّدات اوله الحمد لله الذى تفرّد بالبقآء والكمال الخ ذكر فيه ان كتاب الكمال الذى ألّفه الحافظ عبد الغنى وهذّبه الحافظ المزى من اجلّ المصنّفات فى معرفة جملة الآثار ولا سيما التهذيب بَيْدَ انه اطال فقصرت الهمم عن تحصيله لطوله فاقتصر بعض الناس على الكشف من الكاشف الذى اختصره منه الحافظ

---

dedit *Tedzhíb El-Tehdzíb*] — *Abu Bekr Ben Abi'lmajd* Hanbalita, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus — Háfitz *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ali Dimeshcki*, anno 765 (inc. 10. Oct. 1363) mortuus, qui viros adjecit, qui in *El-Mowatta* nominantur — et *Abu'labbás Ahmed Ben Sa'd Askeri*, anno 750 (inc. 22. Mart. 1349) mortuus, ad cujus epitomen *Soyúti* additamenta adjecit. *Ikmál El-Tehdzíb* i. e. absolutionem libri *Tehdzíb* scripsit *Siráj-ed-dín Omar Ben Ali Ibn-elmolacckin*, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus, et libri *Tehdzíb* epitomen Háfitz *Endereshi* auctor libri *Omdet*, qui epitomen continet indicis — itemque Cádhi *Tacki-ed-dín Abu Bekr Ben Ahmed Ben Shohbeh Dimeshcki*, anno 851 (inc. 19. Mart. 1447) mortuus. — Liber *Tehdzíb Tehdzíb El-Kemál* ab Háfitz *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Ali*, vulgo *Ibn Hajr Ascaláni* dicto et anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo, compositus magnus est et sex volumina complectitur. Incipit autem ita: Laus Deo, qui aeternitate et perfectione singularis est etc., et auctor ibi narrat, librum *Kemál*, quem Háfitz *Abd-el-ghani* composuit et Háfitz *Mizzi* recognovit, in pretiosissimis scriptis de cognitione summae effatorum et factorum sociorum prophetae et asseclarum, qui illos secuti sunt, numerari, praecipue autem recognitionem, nisi quod ejus auctor nimis longus sit, et mentes propter latitudinem nimie hebetes sint, quam ut ejus cognitionem sibi comparare possint. Et acquiescunt nonnulli homines in exponendo libro *Káshif*, qui epitomen continet ab Háfitz *Dzehebi* editam, et capitum inscriptiones

الذهبى وتراجمه انما هى كالعنوان تتشوّق النفوس الى الاطلاع على ما وراه ثم ان تذهيب التهذيب للذهبى طويل العبارة مع اهمال كثير من التوثيق والتجريح واختصره على طريقة مستقيمة واقتصر على ما يفيد الجرح والتعديل الموجودان خاصّة وحذف ما طال به الكتاب من الاحاديث التى تخرّجها من مروياته العالية فانّ ذلك بالمعاجم والمشيخات اشبه منه وان كان لا يلحق المؤلّف من ذلك عايب وهو نحو ثلث الكتاب ثم ان الشيخ قصد استيعاب شيوخ صاحب الترجمة واستيعاب الرواة عنه ورتّب ذلك على حروف المعجم فى كلّ ترجمة لكنّه شىء لا سبيل الى استيعابه ولا فائدة فيه سوى شىء واحد وهو اذا اشتهر ان الرجل لم يرو عنه الّا واحد فاذا ظفر المقيد له براو اخر فافاد رفع جهالة عين ذلك برواية اثنين فتتبع مثل ذلك والتنقيب عنه مهمّ واما اذا جئت الى مثل سفيان الثورى ممّن زاد عدد شيوخهم على الالف فاستيعابه تعذّر غاية التعذّر فاقتصر من شيوخ الرجل ومن الرواة عنه على الاشهر

---

nonnisi titulorum instar sunt, quae animos cupiditate incendunt ea legendi, quae pone has lateant. Deinde liber *Tedzhîb El-Tehdzîb* a *Dzehebi* compositus verborum latitudine laborat, et simul multa praetermittit, quae ad confirmanda et aestimanda effata valent. Epitomen autem ex eo ratione recta et commoda confecit et in iis acquievit, quae distinctionem designant effatorum proborum ab improbis, quae praesertim ibi occurrunt, et eas traditiones resecuit, quibus liber longior evasit, et quas facile ex ejus effatis relatis ad tempus prophetae ascendentibus elicere possis. Nam illa ratio effata afferendi magis operibus *Meâjim* (i. e. indices alphabetici) et *Meshîkât* (i. e. Sheikhorum biographiae) quam huic libro convenit. Quodsi res ita se habet, minime inde auctor vituperationem sibi contrahere potest. Haec epitome tertiam circiter partem archetypi explet. Porro Sheikh *Mizzî* plene enumerare sibi proposuit ejus praeceptores, cujus vita describebatur, illosque, qui ejus auctoritate traditiones retulerint, et hos omnes in singulis biographiis ad ordinem alphabeticum distribuit. Attamen materia haec est, ad quam absumendam nullum praesidium suppetit, nec ullus fructus inde redundat, si unum exceperis. Quando enim cognitum est, auctoritate viri nonnisi unum relatorem in tradendo uti, et quando biographus alterum relatorem invenit, eo consequitur, ut ignorantia absoluta hujus rei relatione duorum testium removeatur. At haec singula deinceps persequi et perscrutari res est gravissima. Quando igitur in traditionarios incidis, qualis *Sofyân Thaurî* est, quorum Sheikhi numerum mille excedunt, hos plene enumerare difficultas extrema est. Itaque in Sheikhis alicujus viri et relatoribus, qui ejus auctoritate utuntur, enumerandis in

والاحفظ فان كانت الترجمة قصيرة لم يحذف شيئًا وان كانت متوسطة اقتصر على ذكر الشيوخ والرواة الذين عليهم رقم وان كانت طويلة اقتصر على من عليه رقم الشيخين وما زاد عليه زاد بقوله قلت وقال ابن حجر فى اخر تهذيب التهذيب فرغت منه يوم عيد النحر سنة ٧١٢ وقام فى عمله ثمان سنين الا شهرًا واحدًا وكان الفراغ من اختصاره المسمّى بالتقريب فى تاسع جمادى الآخر سنة ٨٠٨ وللتهذيب مختصرات منها الكاشف للذهبى وذيله لابى زرعة احمد بن عبد الرحيم المتوفى سنة ٨٢٦ ومختصر ابى بكر بن ابى المجد الحنبلى المتوفى سنة ٨٠٤ ومختصر ابن حجر [العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢] المسمّى بتهذيب التهذيب ثم اختصره ثانيًا وسمّاه تقريب التهذيب وله فوآئد الاحتفال فى احوال الرجال المذكورين فى البخارى زيادة على تهذيب الكمال ومختصر ابى العباس احمد بن سعد العسكرى المتوفى سنة ٧٥٥ وشمس الدين محمد بن على الدمشقى مع ضمّ رجال الموطّأ وغيره اليه وسمّاه التذكرة فى رجال العشرة وللسيوطى زوآئد الرجال

---

clarissimis et memoriae vi distinctissimis acquiescit. Quodsi biographia brevis est, nihil resecuit, si medii ambitus, eos tantum Sheikhos et relatores enumerat, super quorum nominibus signum scriptum erat, si longa, eos tantum enumerat, super quorum nominibus a duobus Sheikhis (*Abd-el-ghani* et *Mizzi*) signum positum erat. Quae praeterea accedunt, addit verbo adjecto „dico". *Ibn Hajr* ad finem libri *Tehdzíb El-Tehdzíb:* Absolvi eum, inquit, die festa sacrificii anni 712 (inc. 9. Mai. 1312). Consumsit autem in eo perficiendo octo annos praeter unum mensem. Epitome ex eo, *Tecríb* inscripta, die nono mensis Jomádi II anni 808 (inc. 29. Jun. 1405) absoluta est. Librum *Tehdzíb* plures in epitomen coegerunt, ut *Dzehebi*, cujus epitome *Káshif* inscripta est, hujusque continuatio, quam *Abu Zar'a Ahmed Ben Abd-el-rehím*, anno 826 (inc. 15. Dec. 1422) mortuus, scripsit — *Abu Bekr Ben Abi'lmajd* Hanbalita, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus — *Ibn Hajr* [*Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuus], cujus epitome *Tehdzíb El-Tehdzíb* inscripta est. Tum eam iterum excerpsit, et hanc epitomen secundam titulo *Tecríb El-Tehdzíb* insignivit. Idem librum *Fewáid el-ihtifál* de conditionibus relatorum primorum in libro *Bokhári* commemoratorum scripsit, qui additamenta continet ad *Tehdzíb El-Kemál* — porro *Abu'labbás Ahmed Ben Sa'd Askeri*, anno 755 (inc. 26. Jan. 1354) mortuus — *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ali Dimeshchi*, qui relatores primos in libro *Mowatta* et aliis commemoratos adjecit, et epitomae titulum *Tedzkiret fi rijál el-asharet* dedit. *Soyúti* quoque nomina primorum relatorum nova ad *Tehdzíb*

على تهذيب الكمال ثم قال ابن حجر وقد كتبت من هذا الكتاب غير نسخة ثم الفى في زمن الاشتغال لحقت فيه اشياء كثيرة تظهر في هوامش هذه النسخة وهى نسخة الاصل فمن له نسخة فليلحقها فانى لحقت منها تراجم كثيرة جدًّا في سنة ٧٤٦ معظمها من جرى ذكره في التواليف ولحقت ايضا من ذكره صاحب الكمال وحذفت المصنّف لكونه لم يقع على رواية مع احتمال وجودها فاوردت تراجمهم ولحقت من تراجم الترمذى ومن السنن الكبرى للنسائى اغفلهم المصنّف وارجو ان اجرّد جميع ما زاد على التهذيب انتهى ١٠٨٦١ [ كناسة الجلال كتاب مختصر في الطبّ لجلال الدين خضر بن على المعروف بحاجى پاشا اوله الحمد لله الذى خلق الانسان في احسن تقويم الخ ١٠٨٦٢ كنّاش للطبيب اعين بن اعين المصرى المتوفى سنة ٣٨٥ ١٠٨٦٣ كنّاش اوله الحمد لله الذى ليس لعلمه غاية ولا لجوده نهاية الخ قال مؤلّفه هذا الكتاب كناش مشتمل على عدّة كتب الكتاب الاول في النحو وقال في آخره وكان الفراغ من جمعه وتأليفه في العشر الاول من شعبان سنة ٧٢٧ ولم اقف على مؤلّفه ] ١٠٨٦٤

---

*El-Kemál* adjecit. Deinde *Ibn Hajr:* Scripsi, ait, plura hujus libri exempla. Tum autem, cum in libro componendo occupatus essem, ibi in multas res incidi, quae in marginibus hujus exempli apparebant. Hoc autem exemplum archetypi fuit, et qui exemplum possidet, illa sibi additamenta acquirere studeat. Ego inde biographias plurimas anno 746 (inc. 4. Mai. 1345) nactus sum, quarum magna pars in libris compositis occurrunt. In eos quoque viros incidi, quos auctor libri *Kemál* commemorat. Resecui autem vitam auctoris, quoniam nullam relationem traditionis continet, licet fieri possit, ut adhuc inveniatur. Attuli eorum biographias et eas nactus sum ex biographiis *Tirmidzii* et ex libro *El-Sonen El-Kobrá* a *Nesáyi* edito, quas auctor neglexerat, et spero, me librum omnibus iis nudasse, quae ad *El-Tehdzíb* addiderat. — Haec ille. — 10861. [Kunáset El-Jelál, quisquiliae *Jelál-ed-dini.* Compendium medicum, a *Jelál-ed-dín Khidhr Ben Ali*, vulgo *Háji Pásha* dicto, editum, quod ita incipit: Laus Deo, qui hominem optime constitutum creavit etc. — 10862. Kunnásh, Pandectae sive radices, auctore *A'yan Ben A'yan Misri* Medico, anno 385 (inc. 5. Febr. 995) mortuo. — 10863. Kunnásh, Pandectae sive radices, quae ita incipiunt: Laus Deo, cujus scientia terminum nullum habet, et cujus liberalitas nullum finem etc. Auctor: Hic liber *Kunnásh* inscriptus, ait, plures libros complectitur, quorum primus grammaticam tractat. — In fine: Hujus libri collectionem et compositionem, inquit, primis decem diebus mensis Sha'bán anni 727 (inc. 27. Nov. 1326) absolvi. Auctoris nomen nusquam legi]. — 10864.

كناشة ابراهيم بن بكس الطبيب العراقي ۞ ١٠٨٦٥ الكناشة المنصوري لمحمد بن زكرياء الرازي الّفه لمنصور بن اسحاق بن احمد الامير ورتّب على عشر مقالات ١ في شكل الاعضاء ٢ في تعرّف مزاج الابدان واستدلالات من الفراسة ٣ في قوى الاغذية والادوية ٤ في حفظ الصحّة ٥ في التربية ٦ في تدبير السامرين ٧ في جمل من صناعات الجبارة والجراحات ٨ في علاج السموم ٩ في العلل ١٠ فيما يحتاج اليه في الحمر وتجريد علاجها ۞ ١٠٨٦٦ كنايات الادباء واشارات البلغاء للشيخ ابي العباس احمد بن محمد الجرجاني الشافعي المتوفى سنة ٤٨٢ جمع فيه محاسن النظم والنثر مجلد اوله الحمد لله الذي تفرّد بصفات الكمال الخ ۞ ١٠٨٦٧ كنج الاسرار في علم الباه فارسي مترجم من الايضاح وجوامع اللذات في دولة السلطان محمد المعتزّ بن طاهر وتاريخ التحرير سنة ٨٢٦ ۞ ١٠٨٦٨ كنج لا يخفى رسالة فارسيّة لنعمة الله الولي بن عطاء الله بيروق التي كتب فيها ما اجاب شيخه شمس الدين معزّ حسين البلخي عن سؤالاته بالفارسيّة ۞ ١٠٨٦٩ كنجينه

---

**Kunnáshet Ibráhím**, Pandectae sive radices Medici Iracani *Ibráhím Ben Bekess.* — 10865. **El-Kunnáshet El-Mansúri**, radices *Mansúri*cae, quas *Mohammed Ben Zakariyá Rází* Emiro *Mansúr Ben Is'hac Ben Ahmed* composuit et in decem libros distribuit, quorum primus de forma membrorum agit — secundus de inquisitione temperamenti corporum et mutationum ex physiognomice — tertius de viribus alimentorum et remediorum — quartus de conservanda sanitate — quintus de educatione — sextus de regimine hominum noctem confabulando transigentium — septimus de summa artium ossa fracta collocandi ferulisque muniendi et vulnerum — octavus de venenis curandis — nonus de infirmitatibus — decimus de iis, quae in anthracibus pestilentibus necessaria sunt, et de clara curationis eorum expositione. — 10866. **Kináyát el-odabá**, metonymiae philologorum et allusiones eloquentium. Sheikh *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Jorjáni* Shafiita, anno 482 (inc. 16. Mart. 1089) mortuus, in hoc libro, qui ita incipit: Laus Deo, qui attributis perfectionis unicus est etc., specimina ligatae et solutae orationis pulcherrima collegit. — 10867. **Kanj el-asrár**, thesaurus arcanorum de doctrina stimulantium, persice. Liber translatus est e scriptis arabicis *El-Idháh* et *Jewámi' el-ladzdzát* in aula Sultani *Mohammed El-Mo'tezz Ben Táhir*, et conscriptus anno 826 (inc. 15. Dec. 1422). — 10868. **Kanj la yakhfá**, thesaurus, qui non latet. Tractatus persicus, in quo *Ni'metallah Weli Ben Athallah Pirúkí* responsa descripsit, quae Sheikh suus *Shems-ed-dín Moezz Hosein Balkhi* ad quaestiones a se propositas persice dederat. — 10869. **Kanjinei el-ráz**, thesaurus

الرازّ تركى منظوم من خمسة بجيى منها فى الزبدة تسعة ابيات ١٠٨٧٠ كنز الابرار ١٠٨٧١ كنز الاخبار لمحمد بن بشرويه البلخى المتوفى سنة وللشريف ادريس بن على بن عبد الله ذكره الخزرجى فى تاريخ اليمن ١٠٨٧٢ كنز الاخبار ولاقح الافكار فى التأريخ تركى لمصطفى المتخلّص بعالى كتب ست سنين ثم جرّد منه كتابا سمّاه فصول الحلّ والعقد بيّنه فيه بذكر انقراض الدول وسببه لمّا رأى الخلل فى النظام فى عصر السلطان محمد بن مراد فى حدود سنة ١٠٠٠ ١٠٨٧٣ كنز الاختصاص فى معرفة الخواصّ ١٠٨٧٤ كنز الاختصاص ودرّة الغواصّ فى معرفة الخواصّ للشيخ الفاضل عزّ الدين ايدمر بن على بن ايدمر الجلدكى من رجال القرن الثامن صنّفه بدمشق اوله الحمد لله الذى نوّر قلوب اوليآئه بذكر المصون الخ ذكر انّه بوّب اثنى عشر بابًا وستر ما يجب ستره بالقلم الهندى وقسم قسمين قسم فى الحيوان وقسم فى الجماد واورد فى اوله ما يدلّ على ان الخواصّ ثابتة وكتب الخواصّ ومقدمة من الطبيعيات

---

arcanorum. Poema turcicum ad Quinionem *Yahya*e pertinens, ex quo in *El-Zubdet* novem versus leguntur. — 10870. **K a n z e l - a b r á r**, thesaurus virorum justorum. — 10871. **K a n z e l - a k h b á r**, thesaurus historiarum. Scripserunt *Mohammed Ben Beshreweih Balkhi*, anno . . . mortuus, et *Sherif Idris Ben Ali Ben Abdallah*, cujus librum *Khazreji* in historia Yemanae commemorat. — 10872. **K a n z e l - a k h b á r w e L á c k i h e l - a f k á r**, thesaurus historiarum et liber cogitationes fecundans. Historia chronologica a *Mustafa* cognominato *Ali* spatio sex annorum turcice scripta. Tum librum *Fosúl el-hall we el-acd* inscriptum inde extraxit. Ibi Thesaurum exponit interitu dynastiarum ejusque caussa describendis, cum turbas administrationis insanas tempore Sultani *Mohammed Ben Murád* circa annum 1000 (inc. 9. Oct. 1591) videret. — 10873. **K a n z e l - i k h t i s á s**, thesaurus propositionum restrictarum de cognitione virtutum nominibus divinis, literis, numeris aliisque arcanis propriarum. — 10874. **K a n z e l - i k h t i s á s**, thesaurus propositionum restrictarum et margarita urinatoris de cognitione virtutum nominibus divinis, literis, numeris propriarum. Composuit Sheikh bene meritus *Izz-ed-dín Eidemir Ben Ali Ben Eidemir Júldeki*, qui seculo octavo floruit, Damasci. Incipit liber ita: Laus Deo, qui corda sanctorum suorum mentione nominis sui arcani illustrat etc., et auctor ibi narrat, se librum in duodecim capita distribuisse et quae celanda fuerint arcana charactere Indico involvisse. Fecit duas partes, quarum una de animalibus agit, altera de rebus inanimatis, et ab initio ea proponit quae probant, virtutes illas proprias corporibus firmiter inhaerere, et libros de virtutibus agentes recenset. Praefatio de rebus physicis agit, et cetera pars libri

والباقى اكثره من الطبّ وللحروف ١٠٨٧٥ كنز الآداب ١٠٨٧٦ كنز الاسامى ١٠٨٧٧ كنز الاسرار
ونخائر الابرار لهرمس الهرامسة وهو كتاب جليل من اصول هذا الفنّ وهو الذى استخرج منه
الشيخ ابو عبد الله يعيش بن ابراهيم الاموى كتاب الاستنطاقات شرحه تنكلوشاه البابلى شرحًا
غريبًا وكذلك ثابت بن قرة الحرّانى وحنين بن اسحق العبادى وهو كتاب جليل هو اصل فى
علم الاوفاق والحروف ١٠٨٧٨ كنز الاسرار ولواقح الافكار لابى عبد الله محمد بن سعيد بن عمر
ابن سعيد الصنهاجى القاضى بازمور المعروف بابن مشابذ وهو على اربعة اركان ١ فى العالم
العلوى وفيه عشرة فصول ٢ فى السفلى وفيه فصول ايضا ٣ فى العمر وفى الاحكام التكليفيّة ٣ فى
الحشر والنشر وفيه فصول ايضا ١٠٨٧٩ كنز الاسماء فى علم المعمّا لقطب الدين محمد بن علاء
الدين على المكى رسالة اوله اول ما ينطق به اللسان اخر دعوى ساكن الجنان الخ وصنف عبد
المعين بن احمد الشهير بابن البكاء البلخى كتابًا صغيرا سمّاه الطراز الاسمى على كنز المعمّى

---

maximam partem materiam medicam et literarum qualitates tractat. — 10875. Kanz el-adáb, thesaurus studiorum humanitatis. — 10876. Kanz el-asámi, thesaurus nominum. — 10877. Kanz el-asrár, thesaurus arcanorum et copiae reconditae piorum, auctore Hermete Hermetum. Hic liber illustris est, et in fundamentis hujus doctrinae numeratur. Ex eo Sheikh *Abu Abdallah Yaísh Ben Ibráhim* Omayyada librum *Istintácát* extraxit, quem *Tenklúsháh* Babylonius commentario egregio instruxit, itemque *Thábit Ben Corra Harráni*, et *Honein Ben Is'hac Abbádi*, cujus liber primarius est in doctrina quadratorum talismanicorum et literarum. — 10878. Kanz el-asrár we Lewáckih el-afkár, thesaurus arcanorum et copiae cogitationes fecundantes, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Saíd Ben Omar Ben Saíd Sinháji*, judice urbis Azamur, vulgo *Ibn Moshábidz* dicto. Liber in quatuor fulcimenta divisus est, quorum primum de mundo superiore agit et in decem sectiones distributum est — secundum de mundo inferiore et pariter in sectiones distributum est — tertium de vita et statutis officia praestanda imponentibus — quartum de extremo judicio et de resurrectione mortuorum, et pariter in sectiones distributum est. — 10879. Kanz el-asmá, thesaurus nominum de doctrina logogryphorum, auctore *Cotb-ed-din Mohammed Ben Alá-ed-din Ali Mekki.* Tractatus, qui ita incipit: Primum, quod lingua eloquitur, ultimum est, quod habitator Paradisorum invocat etc., — et *Abd-el-moin Ben Ahmed Balkhi*, vulgo *Ibn-elbekkâ* dictus, librum minorem composuit *El-Tiráz El-Asmá ala Kanz el-moammá* inscriptum, qui commentarii instar in illum est.

فصار كالشرح له اتمه فى سنة ٩٩٣ ١٠٨٨٠ كنز الاشتهاء فارسى منظوم لجمال الدين ابى اسحق المعروف بحلاج اوله سپاس بى قياس الخ ذكر فيه انه لم يجد شيئا الا نظموا وصنفوا فيه فنظم اوصاف الاطعمة ١٠٨٨١ كنز الاطباء ١٠٨٨٢ كنز الاكبر ١٠٨٨٣ كنز الالحان فى علم الادوار ١٠٨٨٤ كنز الالواح الروحانية وسر الافراح النورانية ١٠٨٨٥ كنز الالواح فى علم الافراح ١٠٨٨٦ كنز الامام فى معرفة السير والاحكام لمحب الدين محمد بن محمود [بن محمود بن] النجار البغدادى الحافظ المتوفى سنة ٦٤٣ ١٠٨٨٧ كنز الانوار ورمز الاسرار ١٠٨٨٨ كنز الباهر فى شرح حروف الملك الطاهر فى الاسماء ذكره البونى ١٠٨٨٩ كنز الباهر والسر الفاخر ذكره فى الجفر لعله المذكور قبله ١٠٨٩٠ كنز البدايع تركى منظوم لكواهى شاعر من شعراء الروم جمع فيها الامثال المستعملة فى اللسان التركى ١٠٨٩١ كنز البلاغة فى الانشاء فارسى مختصر لاحمد بن على بن احمد المتوفى سنة ١٠٨٩٢ كنز البلاغة

---

Absolvit eum anno 993 (inc. 24. Dec. 1585). — 10880. Kanz el-ishtihá, thesaurus cupiditatis. Poema persicum, quod *Jemál-ed-dín Abu Is'hac*, vulgo *Hallúj* dictus, composuit. Incipit ita: Laus immensa etc., et auctor narrat, nullam inveniri materiam, de qua non poemata composuerint et scripserint. Fecit igitur versus de qualitatibus eduliorum. — 10881. Kanz el-atibbá, thesaurus medicorum. — 10882. El-Kanz El-Achar, thesaurus maximus. — 10883. Kanz el-alhán, thesaurus modulationum de arte musica. — 10884. Kanz el-alwáh el-ruhaníyet, thesaurus tabularum spiritalium et arcanum gaudiorum aethericorum. — 10885. Kanz el-alwáh, thesaurus tabularum de doctrina gaudiorum. — 10886. Kanz El-Imám, thesaurus Imámi de cognitione morum et statutorum, auctore Háfitz *Mohibb-ed-dín Mohammed Ben Mahmúd* [*Ben Mahmúd Ben*-] *elnejjár Baghdádi*, anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuo. — 10887. Kanz el-anwár, thesaurus luminum et aenigma arcanorum. — 10888. El-Kanz El-Báhir, thesaurus splendens. Commentarius in *Horúf el-malak el-táhir* i. e. Literae angeli puri de nominibus divinis. Librum hunc *El-Búni* commemorat. — 10889. El-Kanz El-Báhir we El-Sirr El-Fákhir, thesaurus splendens et arcanum pretiosum. Commemoratur in libro *Jefr* et fortasse idem liber est cum praecedente. — 10890. Kanz el-bedáye', thesaurus ornamentorum sermonis. Carmen turcicum, in quo *Guwáhi* poeta Rumaeus proverbia collegit in lingua turcica usitata. — 10891. Kanz el-belághat, thesaurus eloquentiae de stilo pedestri elegante. Compendium persicum, auctore *Ahmed Ben Ali Ben Ahmed*, anno . . . mortuo. — 10892. Kanz el-belághat, thesaurus

Hanc opinionem *Mocátil* tradidit, eamque *Halími* tuitus est et *Máwerdi*. *Fakhr-ed-dín Rázi* quoque *Mocátil*i sententiam commemorat, eaque admitti potest. Tum in quaestione moratur, utrum haec opinio an prior illa praeferenda sit. — Tertia opinio haec est: Incepit revelatio nocte decreti, et post hoc initium Coranus per partes revelatus est diversis temporibus omnibus, quibus fieri potuit. — Scias, viros doctos varias sequi sententias de significatione revelationis sive demissionis. Alii putant illam significare claram Corani lectionem — alii, Gabrielem prophetae verba sua inspirasse eumque illorum lectionem docuisse, et tum Gabrielem ea ad terram portasse — alii, angelum celeriter ea afflatu spiritali accepisse, aut e tabula *Mahfútz* memoriae mandasse, tum cum iis ad prophetam descendisse eique illa inspirasse — alii, qui dicant, Coranum rem significare per Deum Excelsum ipsum existentem, eos dicere, revelationem illius esse facere, ut verba et literae existant, quae illam significationem indicent, et hanc in tabula consignare; qui autem dicant, eum esse verbum simplex, ex horum opinione revelationem significare simplicem ejus consignationem in tabula. — Deinde de iis, quae prophetae revelata sint, tres vigent opiniones. Prima ea esse verbum et sententiam dicit — secunda Gabrielem sententias tantum revelasse, prophetam eas didicisse, lingua arabica expressisse et sensum verbi divini: „Deposuit eum spiritus fidelis super cor tuum“ exteriorem esse amplexum — tertia Gabrielem prophetae sensum inspirasse, et prophetam his verbis usum esse in lingua arabica et coeli incolas Coranum legere lingua arabica. Quo

بالعربيّة ثم نزل به كذلك بعد ذلك انتهى وفيها اقوال غير ذلك ان اردت وجدت فى التفاسير وحواشى البيضاوى والاتقان للسيوطى]

١٠٩٩٤ كيفيّة التدبير فى تقويم الخمر والخنزير للشيخ تقى الدين على بن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦ ١٠٩٩٥ كيفيّة السباحة فى بحر البلاغة والفصاحة لابى اسحق ابراهيم بن احمد الانصارى الخزرجى النحوى المتوفى سنة كان من المغاربة واكثر تأليفه لم يخرج لدقّة خطّه كذا فى طبقات نحاة السيوطى

١٠٩٩٦ علم الكيميا

هو علم يعرف به طرق سلب الخواصّ من الجواهر المعدنيّة وجلب خاصيّة جديدة اليها قال الصفدى فى شرح لاميّة العجم وهذا اللفظ معرب من اللفظ العبرانى واصله كيم يه معناه انّه من الله وذكر الاختلاف فى شأنه وحاصل ما ذكر انّ الناس فيه على طرفين فقال كثير منهم بامتناعه منهم الشيخ الرئيس ابن سينا ابطله بمقدمات من كتاب الشفآء والشيخ

---

facto eum modo dicto cum Corano descendisse. — Haec ille. — Praeterea aliae etiam obtinent sententiae. Quodsi eas cognoscere volueris, in commentariis coranicis, in glossis ad *Beidháwi* commentarium et in libro *Itcán* a *Soyúti* edito invenies]. —

10994. Keifíyet el-tedbír, ratio regiminis de vino et porco recte aestimandis, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 10995. Keifíyet el-sibáhat, ratio natationis in mari eloquentiae et facundiae, auctore *Abu Is'hac Ibráhím Ben Ahmed Ansári Khazreji* Grammatico, anno . . . mortuo. Fuit hic Mauretanus, et major ejus scriptorum pars, ut in Classibus grammaticorum a *Soyúti* editis legitur, propter scriptionis tenuitatem non in lucem prolata est. —

10996. Ilm el-kímiyá. Doctrina Alchymiae.

Haec est doctrina, qua rationes cognoscuntur, qualitates proprias e substantiis metallicis extrahendi et novam proprietatem in eas transferendi. *Safedi* in commentario in carmen *Lámiyet el-ajem* haec habet: Vox *kímiyá* e lingua hebraica in arabicam transformata et a duabus vocibus *kím* et *yah* derivata est, quae significant eam a Deo originem ducere. Praeterea contrarias de doctrinae natura opiniones affert, et summa eorum quae dicit haec est. Homines in ea judicanda in duas abeunt partes. Multi eorum statuunt, eam minime ad effectum adduci posse. Ita statuit Sheikh Reyís *Ibn Síná*, qui eam vanam et inanem esse in prolegomenis libri *Shefá* demonstrat

تقى الدين احمد ابن تيمية صنّف رسالة فى انكاره وصنّف يعقوب الكندى ايضا رسالة فى ابطاله جعلها مقالتين وغيرهم لكنّهم لم يوردوا شيئًا يفيد الظنّ لامتناعه فضلا عن اليقين وذهب آخرون بامكانه منهم الامام فخر الدين الرازى فانّه فى المباحث المشرقيّة عقد فصلا فى بيان امكانه والشيخ نجم الدين بن ابى الدر البغدادى ردّ على الشيخ ابن تيمية وزيّف ما قاله فى رسالة وردّ ابو بكر محمد بن زكرياء الرازى على يعقوب الكندى ردًّا غير طائل ومؤيد الدين ابو اسمعيل الحسين بن على المعروف بالطغرائى صنّف فيه كتبًا منها حقائق الاستشهادات وبين فيه اثباته والردّ على ابن سينا ثم ذكر الصفدى نبذة من اقوال المثبتين والمنكرين وقال قال الشيخ الرئيس نسلّم امكان صبغ النحاس بصبغ الفضّة والفضّة بصبغ الذهب وان يزال عن الرصاص اكثر ما فيه من النقص فاما ان يكون المصبوغ يسلب او يكسى فلم يظهر لى امكانه بعد اذ هذه الامور المحسوسة يشبه ان لا تكون هى الفصول التى تصير بها هذه الاجساد انواعًا بل هى اعراض ولوازم وفصولها مجهولة واذا كان الشىء مجهولا

---

— Sheikh *Tacki-ed-dín Ahmed Ibn Teimiya*, qui tractatum ad eam reprobandam scripsit — *Yacúb Kindi*, qui pariter tractatum duobus libris comprehensum edidit ad ejus vanitatem monstrandam — et alii. Attamen nihil afferunt, quod suspicionem faciat eam ad effectum adduci non posse, nedum judicium certum. — Alii contra eam ad effectum adduci posse autumantur, ut Imám *Fakhr-ed-dín Rázi*, qui libro *Mebáhith Mashrickiyet* sectionem ad probandum inseruit, eam ad effectum adduci posse — Sheikh *Nejm-ed-dín Ben Abí'ldorr Baghdádi*, qui Sheikhum *Ibn Teimiya* refutare studet et ea redarguit, quae ille in tractatu dixerat. *Yacúb*um *Kindi* autem *Abu Bekr Mohammed Ben Zakariyá Rázi* ratione haud honesta refutat — et *Mowayyed-ed-dín Abu Ismail Hosein Ben Ali*, vulgo *Toghráyi* dictus, qui plura scripta de hac doctrina composuit, ut *Hacáic el-istishhádát*, ubi probatam eam esse minimeque irritam exponit et *Ibn Sína*m refutat. — Praeterea *Safedi* nonnulla comprobantium et negantium effata affert his verbis: Concedimus, dicit Sheikh Reyís, aes fingi posse pigmento argenti et argentum pigmento auri, removerique a plumbo maximam eorum partem, quae in eo impura sint; at tinctura philosophica temperatum ut aut intus dissolvatur aut tantum extrinsecus inducatur, hoc fieri posse mihi minime apparet, quandoquidem has res sensibiles probabile est non esse differentias specificas, quibus illa corpora in species formentur, sed illae potius qualitates fortuitae sunt et qualitates inhaerentes, corporum vero differentiae specificae ignotae sunt, et quando res ignota est, quomodo

كيف يمكن ان يقصد قصد ايجاده وافنائه وذكر الامام حججا اخر للفلاسفة على امتناعه وابطل بعد ذلك ما قرّر له الشيخ وغيره وقرّر امكانها واستدلّ فى الملخّص ايضا على امكانها فقال الامكان العقلى ثابت لان الاجسام مشتركة الجسميّة فوجب ان يصحّ على كلّ واحد منها ما يصحّ على الكلّ على ما يثبت وامّا الوقوع فلان انفصال الذهب عن غيره باللون والرزانة وكلّ واحد منهما يمكن اكتسابه ولا منافاة بينهما نعم الطريق اليه عسير وحكى ابو بكر ابن الصائغ المعروف بابن باجة الاندلسى فى بعض تعاليقه عن الشيخ ابى نصر الفارابى انّه قال قد بيّن ارسطو فى كتابه فى المعادن انّ صناعة الكيمياء داخلة تحت الامكان الّا انّها فى الممكن الذى يعسر وجوده بالفعل اللهم الّا أنّ تتّفق قرائن يسهل بها الوجود وذلك انّه فحص عنها اوّلا على طريق الجدل فاثبتها بقياس وابطلها بقياس على عادته فيما يكثر عناده من الاوضاع ثم اثبتها اخيرًا بقياس الّفه من مقدّمتين بيّنهما فى اول الكتاب وهما ان الفلزّات

---

fieri potest, ut quis ad eas producendas et perdendas tendat? Imám alia etiam philosophorum argumenta affert ad Alchymiae impossibilitatem probandam, et tum irrita esse ea demonstrat, quae *Ibn Síná* aliique contenderant, et possibilitatem confirmare studet. In libro *Molakhkhas* quoque *Rázi* eam ad effectum adduci posse his verbis studet monstrare. Possibilitas cogitabilis, ait, certa manet; corpora enim corporalitatis capacia sunt. Inde necessario sequitur, ut singulis quibusque corporibus conveniant, quae omnibus secundum ea quae constant conveniunt. Quod jam casum quem tractamus attinet, (possibilitas cogitari potest), quod aurum ab alio metallo colore et pondere disjunctum est, singulum quodque metallum autem alterum sibi adjungere potest, nec utrumque conjunctionis impatiens est. Certe vero via ad hanc conjunctionem efficiendam difficilis est. — *Abu Bekr Ibn-elsáigh Andalusí*, vulgo *Ibn Baja* (Avenpace) dictus, in quodam scripto suo Sheikhum *Abu Nasr Fárábi* dixisse narrat: Aristoteles in libro de metalli fodinis exponit, artem chymicam ad res pertinere, quae ad effectum adduci possint, nisi quod in rebus possibilibus numeretur, quarum usum et tractationem ad effectum adducere difficile sit, nisi forte caussae accedentes conveniant, quibus effectus facilis reddatur. Probandi autem viam hanc ingreditur. Primum de arte methodo disputationis disquirit, ut eam ratiocinatione confirmet, et alia ratiocinatione irritam esse secundum suam consuetudinem probet in positionibus, quarum contrarietatem multiplicare studet. Postremo ratiocinatione eam comprobat.

واحدة بالنوع والاختلاف الذى بينهما ليس فى ماهيّاتها وانما هو فى اعراضها فبعضه فى اعراضها الذاتيّة وبعضه فى اعراضها العرضيّة والثانية ان كلّ الشيئين تحت نوع واحد اختلفا بعرض فانّه يمكن انتقال كلّ واحد منهما الى الآخر فان كان العرض ذاتيًّا عسر الانتقال وان كان مفارقا فاسهل الانتقال والعسر فى هذه الصناعة انّما هو لاختلاف اكثر هذه الجواهر فى اعراضها الذاتيّة ويشبه ان يكون الاختلاف الذى بين الذهب والفضّة يسير جدًّا انتهى كلامه وقال الامام شمس الدين محمد بن ابراهيم بن ساعد الانصارى اذا اراد المدبّر ان يصنع ذهبًا نظير ما صنعته الطبيعة من الزيبق والكبريت الطاهرين فيحتاج الى اربعة اشيآء كمية كلّ واحد من ذينك الجزئين وكيفيته ومقدار الحرارة الفاعلة للطبخ وزمانه وكلّ واحد منهما عسير التحصيل وامّا ان اراد ذلك بان يدبّر دوآء وهو المعبّر عنه بالاكسير مثلا ويلقيه على الفضّة ليتمزّج بها ويستقرّ خالدًا فيها ويكسبها لون الذهب ورزانته فاستخراج ذلك بالتجربة يحتاج الى استقرآء حال جميع المعدنيّات وخواصّها وان استخرجه بالقياس فمقدماته مجهولة

---

quam duabus praemissis componit, quas initio libri explicat. Constant eo, quod metalla omnia unius speciei sint, et discrimen, quod inter ea intercedat, non quaerendum sit in primitivis eorum substantiis, sed in accidentibus tantum, et aliquantum discriminis in essentialibus eorum accidentibus, et aliquantum in accidentibus fortuitis. Hoc secundum genus eo cernitur, quod utraque pars uni speciei subjecta accidente diversa sit. Unaquaeque enim harum partium in alteram transire potest, et si accidens essentiale est, transitio est difficilis, sin separatum, facillima. Difficultas vero, qua haec ars premitur, ex solo discrimine oritur plurimarum harum substantiarum (metallicarum) in earum accidentibus essentialibus, et probabile inde est, discrimen, quod inter aurum et argentum intercedat, minime grave esse. — Haec *Ibn-elsâigh.* — Imám *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ibráhím Ben Sâid Ansári:* Quando, inquit, artifex aurum facere vult aliquo modo naturali simile ex argento vivo et sulphure puris, necessariae ei sunt quatuor res: Quantitas certa singularum illarum duarum specierum et qualitas certa, et certus modus aestus coctionem efficientis et spatium hujus modi. Singulae hae res autem difficiles sunt ad adipiscendum. Quodsi artifex illud eo efficere vult, quod remedium parat, ad quod significandum v. c. voce Elixir utitur, illudque argento tribuit, ut eo misceatur eique in sempiternum firmiter inhaereat, et colorem auri et pondus ei induit, haec tractatio experiundo expromenda et cognoscenda necessario postulat, ut naturam et proprietates singulares omnium

ولا[illegible] فى عسر ذلك ومشقّته انتهى قال الصفدى زعم الطبيعيّون فى علّة كون الذهب فى المعدن انّ الزيبق لما كمل طبخه جذبه اليه كبريت المعدن فاجنّه فى جوفه لئلا يسيل سيلان الرطوبات فلما اختلطا واتّحدا وذابت الحرارة فى طبخهما ونضاجهما انعقد من ذلك منهما ضروب المعادن فان كان الزيبق صافيا والكبريت نقيا واختلط اجزاؤهما على النسبة وكانت حرارة المعدن معتدلة لم يعرض لها عارض من البرد واليبس ولا من الملوحات والمرارات والحموضات انعقد من ذلك على طول الزمان الذهب الابريز وهذا المعدن لا يتكوّن الّا فى البرارى الرملة والاحجار الرخوة ومراعاة الانسان النار فى عمل الذهب بيده على مثل هذا النظام ممّا يشقّ معرفة الطريق اليه والوصول الى غايته

ويا دارها بالخيف ان مزارها
قريب ولكن دون ذلك اهوال

وذكر يعقوب الكندى فى رسالته تعذّر فعل الناس لما انفردت الطبيعة بفعله وخدع اهل هذه

---

fossilium accurate examinet et investiget. Hanc naturam si ratiocinando expromere et cognoscere studet, praemissae syllogismi ignotae sunt, et difficultas hujus conclusionis et molestia neminem latet. — Haec ille. — *Safedi:* Opinantur physici, inquit, caussam formationis auri in fodina esse, quod fodinae sulphur argentum vivum, quando ejus coctura perfecta est, ad se attrahat, illudque igitur in suis visceribus recondat, ne liquidorum instar fluat. Deinde cum bene mixta et confusa sunt et in unum coaluerunt et calor in eorum cocturam et maturitatem se insinuavit, eodem tempore ex utroque variae species metallorum coagulantur, ita ut, si argentum vivum defaecatum et sulphur purum est, et eorum partes ad certam proportionem mixtae sunt, et calor fodinae justus est qualitate et quantitate, ut nihil fortuiti ei accidat ex frigore et ariditate neque ex materiis sale conditis, amaris et acidis, coaguletur inde pro longitudine temporis aurum purissimum, et hoc metallum in desertis arenosis tantum et lapidibus mollibus formatur. Observatio autem ignis, quae homini in formando auro ad illius praecepti normam manu instituenda est, ad molestias pertinet, quibus cognitio viae ad illud formandum et ad summum ejus consilium perveniendi premitur.

O domus ejus in monte declivi, ad visitandum
Propinqua est, et tamen pone eam terrores.

*Yacúb Kindi* in tractatu suo: Difficile est homini, inquit, facere, quod natura facere sibi soli reservavit. Tum fraudis et ignorantiae eos accusat, qui hanc artem

الصناعة وجهلهم وابطل دعوى الذين يدعون صبغة الذهب والفضة قال المنكرون لو كان الذهب الصناعى مثلا للذهب الطبيعى لكان ما بالصناعة مثلا لما بالطبيعة ولو جاز ذلك لجاز ان يكون ما بالطبيعة مثلا لما بالصناعة فكنا نجد سيفًا او سريرا او خاتما بالطبيعة وذلك باطل وقالوا ايضا الجواهر الصابغة اما ان تكون اصبر على النار من المصبوغ او يكون المصبوغ اصبر او متساويان فان كان الصابغ اصبر وجب ان يفنى المصبوغ قبل الصابغ وان كان المصبوغ اصبر وجب ان يفنى الصابغ ويبقى المصبوغ على حاله الاول عريًا عن الصبغ وان تساويا فى الصبر على النار فهما من جنس واحد لاستوآئهما فى المصابرة عليها فلا يكون احدهما صابغا ولا مصبوغا وهذه الحجة الثانية من اقوى حجج المنكرين والجواب من المثبتين عن الاولى انا نجد النار تحصل بالقدح واصطكاك الاجرام والريح يحصل بالمراوح واكوار القفاع والنوشادر قد يتّخذ من الشعير وكذلك كثيرا من المزاجات ثم بتقدير ان لا يوجد بالطبيعة ما لا يوجد بالصناعة لا يلزمنا الجزم بنفى ذلك ولا يلزمنا من امكان حصول الامر الطبيعى

---

exercent, et arrogantiam eorum irritam et vanam esse docet, qui insolenter de tinctura auri et argenti gloriantur. — Adversarii negantes ita concludunt: Si aurum facticium auro nativo aequale esset, efficeretur, ut quod arte factum esset ei esset aequale, quod ab ipsa natura factum et nativum esset, et, si hoc admittendum, esset concedendum, facticium nativo aequale esse, et nos gladium, aut thronum aut annulum signatorium nativum reperiremus, quod absurdum est. Praeterea dicunt: Substantiae tingentes si constantiores sunt in igne ferendo substantiis tinctis, aut tinctae constantiores aut hae et illae constantia aequales; jam si tingens substantia constantior est, necessario sequitur, ut tincta prius quam tingens consumatur, et si tincta constantior est, necessario sequitur, ut tingens consumatur et tincta naturam suam primitivam tinctura exemtam conservans remaneat, et si aequales sunt constantia in igne ferendo, ad unum genus pertinent propter aequalitatem in igne constanter sustinendo, ut neutra tingendi vim habeat neque tincturam patiatur. — Hoc secundum argumentum in argumentis potentissimis est adversariorum impossibilitatem defendentium. Respondent autem ii, qui artem ad effectum adduci posse contendunt, ad prius illud argumentum: Reperimus ignem gigni concutiendis et collidendis corporibus, et ventum flabellis excitari et follibus instrumenti, cui nomen est crepitator, sal ammoniacum autem parari ex hordeo et ita saepe ex mixturis. Deinde postulatio haec posita, non inveniri nativum quod non inveniatur facticium, nobis decretum non imponit hoc negare, neque

بالصباغة امكان العكس بل الامر موقوف على الدليل وعن الثانية انه لا يلزم من استوآء الصابغ والمصبوغ على النار استواؤهما فى الماهيّة لما عرفت ان المختلفين يشتركان فى بعض الصفات وفى هذا الجواب نظر وحكى بعض من انفق عمره فى الطلب ان الطغرائى القى المثقال من الاكسير اولا على ستين الف ذهب ثم انه القى اخر المثقال على ثلثمائة الف وان مريانس الراهب معلّم خالد بن يزيد القى المثقال على الف الف ومأتى الف مثقال وقالت مارية القبطيّة والله لولا الله لقلت ان المثقال يملأ ما بين الخافقين والجواب الفصل ما قاله الغزى

كالجوهر الكيمياء ليس نرى
من ناله والانام فى طلبه

وصاحب الشذور من جملة ائمّة هذا الفنّ صرّح بان نهاية الصبغ القآء الواحد على الالف فى قوله

فعاد بلطف الحلّ والعقد جوهرًا
يطاوع فى النيران واحده الالف

---

conclusio, rem nativam arte fingi posse, nos credere cogit, contrarium fieri posse; sed res probatione dependet. Ad secundum argumentum redarguendum hoc dicunt: Ex aequali constantia substantiae tingentis et tinctae in igne sustinendo minime necessario efficitur earum aequalitas in essentia nativa, cum bene scias, duos diversos homines nonnullas qualitates communes habere. Hoc autem responsum accuratius expendendum erit. — Vir quidam, qui vitam in quaerendo sapientum lapide consumsit, narrat, *Toghrâyî*um pondus *Mithcâl* elixirii primum sexaginta milibus *Mithcâl* auri parandi induisse, tum vero alterum *Mithcâl* elixirii trecentis milibus *Mithcâl* materiae in aurum mutandae; Marianum monachum *Khâlid*i *Ben Yezîd* magistrum alchymistam *Mithcâl* elixirii admiscuisse decies centenis ducenisque milibus auri fabricandi. Maria Coptica: Per Deum, inquit, nisi Deus esset, *Mithcâl* spatium replere dicerem inter coeli et terrae extremitates. Responsum autem quaestionem controversam dirimens continent ea, quae *Ghazzi* dicit:

Substantiae instar alchymicae, quam a nemine videmus
Repertam, cum tamen omnes homines in ea quaerenda versentur.

Et auctor libri *Shodzûr*, qui in agmine virorum hujus artis peritissimorum versatur, diserte dicit, summum gradum tincturae constare eo, quod unum *Mithcâl* milibus indatur, hoc versu:

Itaque beneficio solutionis et condensationis (tinctura) conversa est in substantiam,
Quae ex mille unibus uni obtemperat.

وزعم بعضهم ان المقامات للحريرى وكليله ودمنه رموز فى الكيمياء ويزعمون ان الصناعة مرموزة فى صور البرابى وقد كتب بعض من جرب وتعب فاتلفه على مصنّفات جابر تلميذ جعفر الصادق هذا الذى بمقالة غرّ الاوآئل والاواخر ما انت الّا كاسر كذب الذى سماك جابر وكان قد شغل نفسه بطلب الكيمياء فافنى بذلك عمره وذكر الصفدى ان الشيخ تقى الدين بن دقيق وامام الحرمين كانا مغرّى به واعلم ان المعتنين به بعضهم يدبّر بجمع الكبريت والزيبق فى حرّ النار ليحصل امتزاجات كثيرة فى مدّة يسيرة ما لا يحصّل فى المعدن زمانا طويلًا فهذا اصعب الطرق لانه يحتاج الى عمل شاقّ وبعضهم يؤلّفون المعادن على نسبة اوزان الفلزّات وحجمها وبعضهم يجهلون القياس فتحصل لهم الاشتباه والالتباس فيستمدّون بالنباتات والجمادات والحيوانات كالشعر والبيض والمرارة وهم لا يهتدون الى النتيجة ثم ان الحكمآء اشاروا الى طريقة صنعة الاكسير وكيفيّته على طريق الاحاجى والالغاز والتعمية لانّ فى كتمه مصلحة عامّة فلا سبيل الى الاهتدآء بكتبهم والله يهدى من يشآء قال ابو الاصبع

---

Nonnulli autumantur, Consessus *Ḥarírianos* et *Kalilah* et *Dimnah* obscura continere Alchymiae indicia, et opinantur, alchymiam symbolice repraesentatam esse in figuris antiquorum Aegypti templorum. Et vir quidam, qui experientia edoctus labore se fregit, ut sollicitudo ei afferretur, operibus *Jábir*i, *Ja'far*is *El-Sádic* magistri, inscripsit: Hic est ille, qui scriptis — eos qui ante vixerunt et serius fefellit. — Tu non es nisi fractor (*kásir*) — et mentitur qui te restitutorem fracti (*jábir*) nominavit. — Ille autem in quaerendo philosophorum lapide mentem continuo exercuit, et hoc studio vitam perdidit. — *Safedi* narrat, Sheikhum *Tacki-ed-dín Ben Dackic* et *Imám el-haramein* huic arti deditos fuisse. Et scias, alios auricoctorum studiosorum sulphure et argento vivo in ignis ardore flagrantissimo conjungendis eniti, ut multae misturae brevi tempore gignantur, quae in fodina per longum tempus non gignantur. Haec autem via omnium difficillima est, quod sine labore molesto iniri nequit. — Alii metalla ad proportionem ponderum aerum fossilium eorumque molis componunt. — Alii analogiam ignorant, ut confusione et dubitatione turbentur. Auxilium igitur a plantis petunt, rebus inanimatis et animalibus, ut crinibus, ovis, felle, at hi ad felicem exitum non adducuntur. — Porro philosophi viam, qua lapis philosophorum parari possit, ejusque naturam indicant ope logorum, aenigmatum et logogriphorum, nam in illo celando cura omnium ponenda est, et fieri nequit, ut legendis eorum libris doceamur. Deus autem dirigit, quem vult. — *Abu'lasba'*

عبد العزيز بن تمام العراقى يشير الى مكانة الواصل لهذه الحكمة

فقد ظفرت بما لم يؤته ملك
لا المنذران ولا كسرى بن ساسان
ولا ابن هند ولا النعمان صاحبه
ولا ابن ذى يزن فى رأس غمدان

قال الجلدكى فى شرح المكتسب بعد ان بيّن انتسابه الى الشيخ جابر وتحصيله فى خدمته وبالله تعالى أُقسِم انه اراد بعد ذلك ان ينقلنى عن هذا العلم مرارا عديدة ويورد علىّ الشكوك يريد لى بذلك الاضلال بعد الهداية ويأبى الله الا ما اراد فلما فهمت مراده وعلمت ان الحسد قد داخله منى حضرته فى ميدان البحث ومددت اليه سنان اللسان وعجز عن القيام بسيف الدليل ونادى عليه برهان الحق بالافحام فجنح للسلم وقام واعتنقنى وقال انما اردت ان اختبرك واعلم حقيقة مكان الادراك منك ولتكن من اهل هذا العلم على حذر ممّن

---

*Abd-el-azíz Ben Temmám Irácki* gradum indicans dignitatis ejus, qui hac philosophia initiatus est, cecinit:

Tu id assecutus es, quod nulli regi assequi contigit,
Neque duobus *Mundzir*, neque Kosroi Sasanidae,
Neque *Ibno Hind* neque *No'máno* ejus amico,
Neque *Ibno Dzi Yezen* in *Rás Ghamdán*.

*Jildecki* in commentario in librum *Muctesab*, postquam consuetudinem, qua cum Sheikho *Jábir* conjunctus erat, et cognitionem exposuit, quam sibi in ejus famulatu comparaverat: Per Deum excelsum, inquit, juro, illum postero tempore me ab hac arte iterum atque iterum avocare voluisse. Injecit mihi dubia, quibus in errorem me inducere voluit, postquam rectam viam mihi monstravit, et Deus nil vult praeter id quod vult. Jam cum ejus consilium intellexissem et in ejus invidia me esse perspectum haberem, in palaestra inquisitionis ei me stiti, et cuspidem linguae in eum protraxi. At nimis debilis erat, quam ut gladio argumenti locum teneret, et veritatis probatio ita contra eum pronuntiavit, ut ad silentium adigeretur. Ad pacem igitur inclinatus erat, et surgens et in collum meum invadens: Volui tantum, exclamavit, tentare te et verum gradum cognoscere, quem in scientia artis assecutus esses; at inter hujus artis doctores cautionem iis respiciendis adhibeas, qui a te doctrinam

يأخذ عنك واعلم انّه من المفترض علينا كتمان هذا العلم وتحريم الداعته لغير المستحقّ من بنى نوعنا وان لا نكتمه عن اهله لان وضْعَ الاشيآء فى محلّها من الامور الواجبة ولان فى اذاعته خراب العالم وفى كتمانه عن اهله تضييع لهم وقد رأينا ان الحكمة صارت فى زماننا مهدمة البنيان لا سيما وطلبة هذا الزمان من اجهل الحيوان قد اجتمعوا على المحال ما بين سوقة وباعة البطالين واصحاب دهاء ومشعبذين لا يدرون ما يقولون فاخذوا يتذاكرون الفقر ويذكرون ان الكيميآء غناء الدهر ويأتون على ذلك بزخارف الحكايات ومع ذلك لا يجتمع احد منهم مع الاخر على رأى واحد لا يدرون كيف الطلب مع ان حجر القوم لا يعدو هذه المولدات الثلاث لكن جهالاتهم اوقعتهم فى الضلال البعيد ورأينا انّه وجب علينا النصيحة على من طلب الحكمة الالهيّة وهذه الصناعة الشريفة الفلسفيّة فوضعنا لهم كتابنا الموسوم ببغية الخبير فى قانون طلب الاكسير ثم وضعنا الشمس المنير فى تحقيق الاكسير وفى رسالة البخارى دلآئل نقليّة وعقليّة لهذا الفنّ فى مجموعة ست وثلاثين وفيه رسالة ابن سينا المسمّاة بمرآة العجآئب اول-

---

accipient. Et scias, necessitatem nobis injunctam esse hanc scientiam celandi et prohibendi, quominus inter istos nostri populi divulgetur, qui ea indigni sint, et contra dignos viros eam non celandi, nam officium nobis impositum est, res suo loco bene collocare. Eam enim divulgare mundo perniciem parat, viros dignos autem celare hos perdere est. Videmus certe, philosophiam nostra aetate fundamentis destructum iri, praesertim eam ob caussam, quod studiosi hujus temporis in stultissimis animalibus numerantur, qui ad absurda quaeque concurrunt, quae homines abjecti tractant in foro agentes et plani vanis rebus operam navantes, et nebulones callidi et praestigiatores, qui nesciunt quae dicunt, qui multa verba facere de paupertate incipiunt et affirmant, alchymiam divitias seculi efficere, et effata haec narrationibus mendacio fucatis stabiliunt, et hoc non obstante ne unus quidem eorum cum altero in unam opinionem consentit. Nesciunt, quomodo ars tractanda ejusque studia colenda sint, quamquam lapis philosophorum illorum trium corporum, quae e terra gignuntur, cognitionem non transgreditur. Sed ignorantia qua laborant eos in errorem induxit a veritate remotissimum. Putavimus igitur officium nobis impositum esse eos monere, qui philosophiae divinae et huic arti augustae philosophicae dedere se velint. In eorum usum librum nostrum *Bughyet el-khubîr fi chnûn talb el-iksîr* inscriptum composuimus. Tum *El-Shems El-Monîr fi tahckic el-iksîr* scripsimus. Praeterea *Bokhârî*i tractatus summatim triginta sex argumenta hujus artis continet et historica et rationalia. De eadem agit tractatus *Ibn Sînae Mir'at el-ajâib* inscriptus. —

من تكلّم في علم الكيمياء ووضع فيها الكتب وبيّن صنعة الاكسير والميزان ونظر في كتب الفلاسفة في اهل الاسلام خالد بن يزيد بن معاوية بن ابى سفيان واول من اشتهر هذا العلم عنه جابر ابن حيان الصوفي من تلامذة خالد قيل حكمة اورثناها جابر عن امام صادق القول وفي لوصي طاب في تربته فهو كالمسك في تراب النجف وذلك لانه وفي لعلي واعترف له بالخلافة وترك الامارة اعلم انه فرقها في كتب كثيرة لكنه اوصل الحق الى اهله ووضع كلّ شيء في محلّه واوصله من جعله الله سببًا له في الايصال ولكن اشغلهم بانواع التدهيش والحال لحكمة ارتضاها عقله وراءه بحسب الزمان ومع ذلك فلا يخلو كتاب من كتبه من فوائد عديدة واما من جاء بعد جابر من حكماء الاسلام مثل مسلمة بن احمد المجريطي وابو بكر الرازي وابو الاصبع بن تمام العراقي والطغرائي والصادق محمد بن اميل التميمي والامام ابو الحسن علي صاحب الشذور فكلّ منهم قد اجتهد غاية الاجتهاد في التعليم والجلدكي متأخّر عنهم اعلم ان جماعة من الفلاسفة [كالحكيم هرمس واسطانيس وفيثاغورس] لمّا ارادوا استخراج هذه الصناعة الآلهيّة

---

Primus qui inter Mohammedanos de arte alchymica disseruit, libros de ea scripsit, artem elixirii et lapidis sapientum exposuit et libros philosophorum legit, fuit *Khálid Ben Yezíd Ben Moáwiya Ben Abi Sofyán*, et primus, per quem cognitio artis inclaruit, *Jábir Ben Hayyán* Sufi, *Khálid*i discipulus. Dictum enim est: Alchymia philosophia arcana est, cujus heredes nos *Jábir* instituit, qui eam ab Imamo Veridico et integro mandatorum patrono accepit. Hic odorem tam suavem exhalabat in tumulo suo, ut muscus terrae *Nejef* esse videretur; idque eam ob caussam, quod fidem *Ali*o praestitit, ei Khalifatum decrevit et Emiratu se ipsum abdicavit. Scias, eum philosophiam in multis libris dispersim tractasse. Attamen veritatem asseclis suis dignis prodidit, et omnia justo loco ad rem accommodavit, artemque iis tradidit, quos Deus in ea propaganda illi auxilio dedit. Nihilominus illos variis studiis occupatos tenuit, quae mentem in stuporem conjiciebant et in absurdis versari videbantur, rationis sapienter institutae caussa, quam tempori convenienter mens ejus et consilium lubenter amplexus est. Et hoc non obstante singula ejus scripta praeceptis multis utilibus scatent. — Qui post *Jábir*um venerunt philosophi Mohammedani, *Maslama Ben Ahmed Majertti, Abu Bekr Rázi, Abu'lasba' Ben Temmâm Irâcki, Toghráyi, Sádic Mohammed Ben Amyal Temími,* Imám *Abu'lhasan Ali* libri *Shodzúr* auctor, omnes illi in docenda arte nervos omnes contenderunt. *Jildecki* autem iis posterior fuit. —

Scias, philosophos multos, [quales sunt *Hermes* philosophus, Osthanes, Pythagoras], cum hanc artem divinam in lucem protrahere vellent, partes naturae in se suscepisse.

جعلوا انفسهم فى مقام الطبيعة فعرفوا بالقوّة المنطقيّة والعلوم التجاريبيّة ما دخل على كل [illegible] من هذه الاجسام من الحرّ والبرد والرطوبات واليبوسة وما خالطه ايضا من الاجسام الاخر فعملوا الحيلة فى تنقيص الزآئد وتزييد الناقص من الكيفيّات الفاعلة والمفعولة والمنفعلة لعلّة تلك الاجسام على ما يراد منها بالاكاسر الترابيّة والحيوانيّة والنباتيّة المختلفة فى الزمان والمكان واقاموا التكليس مقام حرق المعادن والتهابها والتسقية مقام التبريد والتجميد والتساوى مقام التجفيف والتشميع والتخنيف مقام الترطيب والتليين والتقطير مقام التجوهر والتصبيل مقام التصفية والتخليص والسحق والتحليل مقام الالتيان والتمريج والعقد مقام الاتّحاد والتمكين واتّخذوا جواهر الاصول شيئًا واحدًا فاعلًا فعلا غير منفعل محتو على تأثيرات مختلفة شديدة القوة نافذة العقل والتأثير فيما يلاقى من الاجسام بحصول معرفة ذلك بالالهامات السماوية والقياسات العقليّة والحسّيّة وكذلك فعل ايضا اسقليفندريوس واندروماخس وغيرهم فى تراكيب الترياق والمعاجين

---

Vi enim rationis et doctrinis experientia probatis cognoscere studuerunt gradum caloris, frigoris, humiditatis et siccitatis, qui singulis ex illis corporibus proprius sit, et quae ex corporibus alteris singula sibi admixta habeant. Porro artem detrahendo adhibuerunt, quod in affectionibus naturalibus activis et passivis et propter illorum corporum infirmitatem vim non voluntariam patientibus supervacuum, et augendo, quod in illis mancum est, proposito convenienter, quod inde elixiriis terrenis, animalibus et ex herbis paratis tempore et loco diversis assequi voluerunt, et conversionem in calcem adhibuerunt loco ustionis et ardoris fodinarum, rigationem loco refrigerationis, coagulationem et exaequationem loco siccationis, demersionem in ceram liquefactam et oleum loco irrigationis et lenimenti, destillationem loco conversionis in substantiam, sublimationem loco clarificationis et purgationis, redactionem in pulverem et solutionem loco mitigationis emollientis, compositionem misturarum et coagulationem loco unionis et consolidationis. Substantias principiorum unam rem fecerunt, facultatem agendi exercentem et nullam vim non voluntariam patientem, quae varios contineat effectus vim magnam exercentes et mentis perspicacitatem prodentes, et vim efficacem in ea corpora, in quae incidit, cognitione eorum inspirationibus coelestibus et ratiocinationibus intellectualibus et sensualibus comparata.

Eadem ratione Scolopendrius et Andromachus et alii in componendis versati sunt theriacis, confectionibus, pilulis, collyriis, emplastris. Vires enim remediorum

والحبوب والاكحال والمراهم فانهم قاسوا قوى الادوية بالنسبة الى مزاج ابدان البشر والامراض الغامضة فيها وركبوا من الحارّ والبارد والرطب واليابس دوآء واحدا لينتفع به فى المداواة بعد مراعات الاسباب كما فعل ديمقراط ايضا فى استخراج صنعة اكسير الخمر فانه نظر اولا فى ان المآء لا يغادر الخمر فى شىء من القوام والاعتدال لانّه مآء العنب ووجد من خواصّ الخمر خمسًا هى اللون والطعم والرائحة والتفريح والاسكار فاخذ اذ شرع من اول تركيبه الادوية العقاقير الصابغة للمآء بلون الخمر ثم المشاكلة فى الطعم ثم المعطرة للرائحة ثم المفرّحة ثم المسكرة فسحق منها اليابسات وسقاها بالمايعات حتى اتّحدت فصارت دواء واحدًا يابسًا اذا اضيف القليل صبغ من رسالة ارسطوا قال الجلدكى فى نهاية الطلب انّ من عادة كل حكيم ان يفرق العلم كلّه فى كتبه كلّها ويجعل له من بعض كتبه خواصّ يشير اليها بالتقدمة على بقية الكتب لما اختصّوا به من زيادة العلم كما خصّ جابر من جميع كتبه الخمسمائة وكما خصّ مؤيد الدين من كتبه كتابه المسمّى بالمصابيح والمفاتيح وكما خصّ المجريطى كتابه الرتبة وكما

---

ad proportionem temperamenti corporum humanorum et morborum in iis latentium exegerunt, et e substantiis calidis, frigidis, humidis et siccis unum remedium composuerunt, ut ex eo caussis morborum observatis in medendo utilitas caperetur, ut Democrates quoque fecit in elixirio vini artis ope eliciendo. Primum enim id spectavit, ut aqua pro justa quantitate et qualitatis conditione vino omnino accommodata esset, nam liquor uvae est, et qualitates vino proprias quinque esse invenit, colorem, saporem, odorem, exhilarationem, ebrietatem. Ut igitur primum remedium componere incepit, plantas medicas sumsit, quae aquam colore vini tingerent, tum plantas sapore similes, deinde eas, quae odorem eundem spirarent, denique exhilarantes, postremum inebriantes. Tum ex plantis siccas in pulverem redegit et liquoribus irrigavit, donec in unum concrescebant, ut unum remedium siccum evaderent, quod paululo coloris adjecto tingebatur. — Haec ex Aristotelis tractatu petita sunt. —

*Jildeki* in libro *Niháyet el-talab:* Usu est, inquit, ab omnibus medicis receptum, ut doctrinam universam in omnibus suis scriptis disperse tractent, illi autem doctrinae scriptum quoddam peculiare attribuant, quod quasi introductionem in cetera scripta esse indicant, propter ea, quae illi peculiariter et eminenti quadam ratione ad amplificandam doctrinam inseruerunt. Ita *Jábir* prae omnibus suis scriptis librum „Quingenti“ inscriptum peculiarem in arte et ceteris anteponendum esse voluit, *Mowayyed-ed-dín* librum suum *El-Mesábíh we El-Mefátíh*, *Majeríti* librum *El-Rutba*,

خصّ ابن اميل كتاب المصباح قال الجلدكى ومن شروط العلم ان لا يكتم ما علمه الله تعالى من مصالح يعود نفعها على الخاصّ والعامّ الا هذه الموهبة فان الشرط فيها ان لا يظهر بصريح اللفظ ابدًا ولا يعلّم بها الملوك لا سيما الذين لا يفهمون ومن العجب ان المظهر لهذه الموهبة مرصد لحلول البلآء به من عدّة وجوه احدها انّه ان اظهر لمن يتمّ عليه الحسد فقد حلّ به البلآء لان ما عنده مطلوب الناس جميعًا فهو مرصد لحلول البلآء لانّهم يرون انتزاع مطلوبهم من عنده وربما حملهم الحسد على اتلافه وان اظهره للملك يخاف عليه منه فانّ الملوك احوج الناس الى المال لانّ به قوام دولتهم فربما يخيّل منه انّه يخرج عنه دولته بقدرته على المال لا سيما ومال الدنيا كلّه حقير عند الواصل لهذه الموهبة قال صاحب كنز الحكمة فامّا الواصل الى حقيقته فلا ينبغى له ان يعترف به لانّه يضرّه وليس له منفعة البتة فى اظهاره وانما يصل اليه كل عالم بطريق يستخرجها لنفسه اما قريبة واما بعيدة والارشاد انما يكون نحو الطريق العامّ واما الطريق الخاصّ فلا يجوز ان يجتمع عليه اثنان اللهم

---

et *Ibn Amyal* librum *El-Misbâh.* — *Jildeki*: Doctrina, inquit, conditioni adstricta est, ut nullam rem celet, quam Deus docuit, et cujus utilitas in omnes hominum ordines redundat, excepto illo dono, quod hanc legem imponit, ut doctrinam nunquam disertis verbis aperiamus, nec eam principes doceamus, imprimis eos, qui intelligentia non praediti sunt. Et sane mirum est, qui hoc donum in lucem protraxerit, eum se calamitatibus offerre a multis partibus incidentibus. — Ponamus hoc unum. Si artem eum diserte docet, quem invidia omnino conficit, ipsum certe calamitas afficiet; id enim quod possidet res est ab omnibus hominibus quaesita. Haec autem locum dat malo incidenti; nam id agunt, ut rem quam vehementer desiderant ei eripiant, et saepe invidia ad eum perdendum ducuntur. — Deinde si artem principi aperit, ab hoc ei timendum est. Regibus enim praeter ceteros homines pecunia opus est, quod illa eorum regnum stabilitur. At saepe videre sibi visi sunt, illum regnum sibi eripere posse vi pecuniae imprimis, quam liberam habeat. Bona autem hujus vitae ab iis despiciuntur, qui illius doni cognitione initiati sunt. Auctor libri *Kanz el-hikmet:* Qui, inquit, accuratam hujus scientiae cognitionem sibi comparavit, huic eam profiteri non convenit, nam professio damnum ei afferret, neque ulla omnino utilitas in ea aperienda in illum redundaret. Quivis vir doctus nonnisi ea via ad illius artis cognitionem pervenit, quam ipse studio invenit, sive propinqua illa sit sive longinqua. Hic discenti tantum viam

الا ان يوافق انسان بسعادة عظيمة وعناية آلهيّة لاستاذ يلقنه تلقينا وهيهات من ذلك الاّ من جهة واحدة لا غير وهو ان يجتمع فيلسوفان احدهما واصل والاخر طالب ولا يسعه ان يكتمه اياه وهذا اعزّ من الكبريت الاحمر ومن الابلق العقوق انتهى ونحن اقتفينا اثر الحكمآء فى كلّما وضعناه من كتبنا قال فى شرح المكتسب الا ان كتابنا هذا اميز من كلّ كتبنا ما خلا الشمس المنير وغاية السرور فان لكلّ واحد منهما مزيّة فى العلم والعمل فمن ظفر بهذه الكتب الثلاثة فقط من كتبنا فلعلّه لا يفوته شىء من تحقيق هذا العلم [الكتب المولّفة فى هذا حقآئق الاستشهادات وشرح المكتسب وبغية الخبير فى قانون طلب الاكسير والشمس المنير فى تحقيق الاكسير ورسالة للبخارى ومرآة العجآئب لابن سينا والتقريب فى اسرار التركيب وغاية السرور شرح الشذور والبرهان وكنز الاختصاص ومصباح فى علم المفتاح ومكتسب وشرحه نهاية الطلب ونتآئج الفكر ومفاتيح الحكمة ومصابيح الرحمة وفردوس الحكمة وكنز الحكمة]

communem munit, ut vero in via peculiari duo conveniant fieri non potest nisi ita, ut homo felicitate quadam singulari et cura divina cum praeceptore conjungatur, qui eum artem bene doceat. At quomodo hoc fieri posse credendum est? una sola tantum ratione, cum duo philosophi conveniunt, quorum alter doctrina perfecta imbutus, alter ejus studiosus est, ille autem a se impetrare non potest, ut hunc artem celet; id quod sulphure rubro et variegato praegnante rarius est. — Haec hactenus. — Pergit *Jildeki:* Nos philosophorum vestigiis in omnibus scriptis nostris ingredimur, quae composuimus. — In commentario, quem in *Muktesab* scripsit: Certe, ait, hic liber omnibus meis scriptis, exceptis *El-Shems El-Monír* et *Gháyet el-sorúr*, clarior est et distinctior. Uterque enim artis praeceptis et usus doctrina eminet, et qui hos tres libros solos e scriptis nostris possidet, fortasse nulla res, quae accuratam hujus doctrinae spectat cognitionem, eum fugiet.

[Libri de arte alchymica compositi hi sunt: *Hacáic el-istishhádát* — Commentarius in *El-Muktesab* — *Bughyet el-khabír fi cánún talab el-iksír* — *El-Shems El-Monír fi tahckic el-iksír* — Tractatus *Bokhárii* — *Ibn Sinae Mir'at el-ajáib* — *El-Tecríb fi asrár el-terkíb* — *Gháyet el-sorúr* — Commentarius in *El-Shodzúr* — *El-Borhán* — *Kanz el-ikhtisás* — *El-Misbáh fi ilm el-miftáh* — *El-Muktesab* et Commentarius in hunc librum *Niháyet el-talab* inscriptus — *Netáij el-fiker* — *Mefátíh el-hikmet we Mesábíh el-rahmet* — *Firdaus el-hikmet* — *Kanz el-hikmet*]. —

١٠٩٩٧ كيمياء السعادة الربانيّة وسيمياء السيادة الروحانيّة ذكره فى الجفر ١٠٩٩٨ كيمياء السعادة فارسى فى الموعظة والاخلاق للامام حجة الاسلام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ رتّب على اربعة عنوان واربعة اركان للعوامّ الملتمسين كما قال فى خطبته العنوان الاول فى معرفة النفس العنوان الثانى فى معرفة الربّ العنوان الثالث فى معرفة الدنيا العنوان الرابع فى معرفة العقبى وقد ترجمه غير واحد بالتركى كالمولى محمد بن مصطفى المعروف بالوانى المتوفى سنة ١٠٠٠ ونجاتى شاعر المتوفى سنة ٩١٤ وسهانى شاعر وهو حسام الدين حسين المدعو بالسهانى الدركزينى فرغ فى العشر الاوسط من شعبان سنة ٩٧٠ بقسطنطنية وسمّاه تدبير الاكسير توفى سنة ٩٧١ الّفه للسلطان سليمان وكامى للسلطان سليم ولم يكمله ١٠٩٩٩ كيمياء السعادة لاهل الارادة رسالة للشيخ محيى الدين ابن عربى وهو جواب سؤال سأله بعض الاخوان عن معانى لا اله الّا الله فاجاب ١١٠٠٠ كيمياء الغناء فى شرح الاسماء

10997. **K í m i y á el-seádet el-rebbáníyet**, alchymia beatitudinis divinae et phantasmagorica dominationis spiritalis. Laudatur in *El-Jefr*. — 10998. **K í m i y á el-seádet**, alchymia beatitudinis. Opus persicum paraeneticum et ethicum, quod Imám *Hojjet-elislám Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuus, composuit, et in quatuor titulos et quatuor fulcimenta, ut in praefatione dicit, in usum multitudinis hominum qui talia desiderant distribuit. Titulus primus de cognitione animae agit, secundus de cognitione domini, tertius de cognitione mundi, quartus de cognitione vitae futurae. Plures librum in linguam turcicam transtulerunt, ut Molla *Mohammed Ben Mustafá*, vulgo *Wáni* dictus et anno 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortuus — *Nejáti* Poeta, anno 914 (inc. 2. Mai. 1508) mortuus — *Hosám-ed-dín Hosein Derkizíni* Poeta, vulgo *Sehábi* dictus et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuus, qui decem mediis diebus mensis Sha'bán anni 970 (inc. 31. Aug. 1562) Constantinopoli absolvit translationemque *Tedbír el-iksír* inscripsit. Transtulit in favorem Sultani *Soleimán*, et *Kiámi*, qui interpretationem non ad finem perduxit, in favorem Sultani *Selím*. — 10999. **K í m i y á el-seádet**, alchymia beatitudinis discipulis vitae spiritalis studiosis a Sheikh *Mohyi-ed-dín Ibn Arabi* scripta. Tractatus responsum continet ad quaestionem, quam frater quidam spiritalis proposuit de sententiis, quae in verbis „Non est Deus nisi Allah“ insunt. — 11000. **K í m i y á el-ghaná**, alchymia utilitatis. Commentarius

الكسى مرّ  اماا كيمياء القلوب فارسى منظوم فى الموعظة لمحمود بن بيره كرد بن امير

الشيروانى اتمه فى غرّة ربيع الاخر سنة ۸۹۲

in librum *El-Asmá El-Hosná*, de quo supra dictum est. — 11001. Kimiyá el-colúb, alchymia cordium. Poema persicum paraeneticum, quod *Mahmúd Ben Bireh Kerd Ben Emír Shírwáni* initio mensis Rebí' II. anni 892 (inc. 28. Dec. 1486) absolvit. —

## باب اللام

١١٠٠٢ اللآلىء البهيّة فى تدبير الصحّة البدنيّة للسيد محمد العمادى الحلبى مختصر اوله حمدًا لك يا من حفظ صحّة قلوبنا الخ رتّب على مقدّمة وبابين وخاتمة ١١٠٠٣ اللآلىء الجليّة فى شرح الشاطبيّة مرّ ١١٠٠٤ اللآلىء السنيّة لابى العباس احمد بن محمد بن ابى بكر الخطيب القسطلانى المتوفى سنة ٩٢٣ ١١٠٠٥ اللآلىء الفريدة فى شرح القصيدة يعنى الشاطبيّة مرّ فى الحاء ١١٠٠٦ اللآلىء فى خطب المواعظ لابى الفرج ابن الجوزى اوله الحمد لله على الانعام السرمد الخ كتب فيه ممّا كان ارتجل قبل المواعظ من الخطب ورتّب على الحروف ١١٠٠٧ اللآلىء اللامعة فى تراجم الائمّة الاربعة للشيخ زين الدين عمر بن احمد الشماع الحلبى المتوفى سنة [٩٣٦] ١١٠٠٨ اللآلىء المصنوعة فى الاحاديث الموضوعة للجلال

---

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA LÁM INCIPIUNT.

11002. **El-Leálí El-Behíyet**, margaritae nitentes de regunda corporis sanitate, auctore Seyyid *Mohammed Imádi Halebi.* Compendium, quod ita incipit: Laudem Tibi, qui sanitatem cordium nostrorum conservas etc., et in praefationem, duo capita et conclusionem dispositum est. — 11003. **El-Leáli El-Jelíyet**, margaritae splendentes. Commentarius in *Casídam Shátibíyet*, *Hirz el-amáni* inscriptam, de qua supra dictum est. — 11004. **El-Leáli El-Seníyet**, margaritae pretiosae, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Ben Abi Bekr Khatíb Casteláni*, anno 923 (inc. 24. Jan. 1517) mortuo. — 11005. **El-Leáli El-Ferídet**, margaritae incomparabiles. Commentarius in *Casídam Shátibíyet*, de qua in litera *Há* mentio facta est. — 11006. **El-Leáli**, margaritae de alloquiis in concione sacra paraenesibus praemissis, auctore *Abu'lfaraj Ibn-eljauzi.* Incipiunt ita: Laus Deo pro beneficentia sempiterna etc. Auctor in hoc libro alloquia consignavit, quae ex tempore concionibus sacris praemiserat, eaque alphabetice disposuit. — 11007. **El-Leáli El-Lámiat**, margaritae micantes. Biographiae quatuor Imamorum orthodoxorum, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Omar Ben Ahmed Shemmá' Halebi*, anno [936 (inc. 5. Sept. 1529)] mortuo. — 11008. **El-Leáli El-Masnúat**, margaritae facticiae de traditionibus

الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وهو تلخيص موضوعات ابن الجوزى اوله الحمد لله محقّ الحقّ ومبطل الباطل الخ قال فان من مهمّات الدين التنبيه على ما وضع من الحديث واختلق على سيّد المرسلين وقد جمع ابو الفرج كتابا فاكثر فيه من اخراج الضعيف الذى لم ينحطّ الى رتبة الوضع بل ومن الحسن والصحيح كما نبّه عليه الحفاظ وطال ما اختلج فى ضميرى انتقاده واختصاره فاورد الحديث من الكتاب الذى اورده هو منه كتاريخ الخطيب والحاكم وكامل ابن عدى والضعفآء للعقيلى ولابن حبّان والازدى وافراد دارقطنى والحلية لابى نعيم وغيرهم باسانيدهم حاذفا لاسناد ابى الفرج اليهم ثم اعقبه بكلامه ثمّ ان كان متعقّبا نبهت عليه واقول فى اول ما ازيده قلت وفى آخره والله اعلم ورمزت لما اورده الحافظ ابو عبد الله حسين بن ابراهيم الجوزقانى فى صورة جـ اعلاما بتوافق المصنفين على الحكم بوضع الحديث ثم انّه شرع فى سنة ٨٧٠ وفرغ

---

suppositiciis, auctore *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Epitome est, quae potiora ex *Maudhúát Kobra Ibn-eljauzi* selecta continet et ita incipit: Laus Deo, qui veritatem solide confirmat et vanitatem irritam reddit etc. Auctor: Certe, inquit, res est religionis gravissima animos ad eas advertere traditiones, quae suppositae et laedendo legatorum principe fictae et excogitatae sunt. Jam *Abu'lfaraj Ibn-eljauzi* librum collegit, ubi multas traditiones sublestae fidei primus scripto mandavit, quae ne suppositionis quidem gradum inferiorem attingebant, imo potius in probatis et veris habendae sunt, ut jam *Háfitzi* animadverterunt. Et ex longo tempore mihi in mentem incidit, librum illum deligendo pertractare et in epitomen redigere. Itaque traditiones ex libris attuli, ex quibus ille eas attulerat, ut ex historiis *Khatîbi* et *Hákimi*, *Kámil Ibn Adíi*, *Dhoafá Ocailíi*, *Ibn Hibbáni* et *Azdíi*, *Afrád Däracotníi*, *Hilyet Abu Noeimi*, aliisque libris, ita ut simul auctoritates quibus usi essent adderem, auctoritates vero, ad quas *Abu'lfaraj* provocavit, resecarem. Tum ejus vestigia secutus sum ea gradatim examinans quae disseruit, et ubi censura reprehendendus esset, id observavi, et initio eorum quae addidi verbum „dico“ posui, et ad eorum finem „salva meliore Dei scientia“. Ea autem, quae Háfitz *Abu Abdallah Hosein Ben Ibráhím Juzecáni* affert, siglo *Jim* indicavi, ut consensum auctorum in traditionibus judicandis, quas suppositicias censerent, significarem. Incipit autem scribere anno 870 (inc. 24. Aug.

سنة ٨٧٥ وكانت التعقبات فيه قليل جدا على وجه الاختصار نسخة منها راحت الى بلاد التكرور ثم بدا له فى سنة ٩٠٥ استيفآء التعقبات على وجه مبسوط والحاق موضوعات كثيرة فاثبت ابا الفرج ففعل فخرج الكتاب عن هيئة التى كان عليها اولا فيطلق على الاول الصغرى وهذه الكبرى ١١٠٠٩ اللآلىء المقبلة ١١٠١٠ اللآلىء المكللة فى تفضيل الغلاة على المفضلة لجلال الدين السيوطى ايضا ١١٠١١ لآلىء المنثور ١١٠١٢ لآلىء الناظم فى مدح الرسول الخاتم للشيخ الامام عبد المحمود بن ابراهيم بن محمد الحنبلى الجيلى ثم البغدادى اوله الحمد لله الذى مدح رسوله فى الكتاب الخ قال وقد نظمت تسع وعشرين قصيدة على حروف المعجم كلّ قصيدة احد وثلثون بيتًا يبدؤ بالحرف وبه يختم بحسب الامكان ١١٠١٣ اللآلىء والدرر المعروف باحسن ما سمعت للثعالبى وهو مختصر على عشرة ابواب اوله اما بعد حمد الله على آلآئه الخ ١١٠١٤ اللاحق بالجامع المروروذى مرّ فى الجيم ١١٠١٥

---

1465), et absolvit anno 875 (inc. 30. Jun. 1470). In hoc libro perpauci loci censura notati sunt, ut ratio epitomae postulavit. Exemplum ejus in terras *Tekrur*enses pervenit; quo facto anno 905 (inc. 8. Aug. 1499) ei visum est, ratione ampliore et fusiore locos censura reprehendendos effundere et traditiones multas suppositicias adjicere, qua re *Abu'lfaraj*i verba confirmarentur. Itaque ad rem accessit, et liber nunc forma longe alia ab ea, quam primum prae se tulerat, prodiit. Jam prior illa recensio minor, haec major in universum dicta est. — 11009. El-Leáli El-Mocbilet, margaritae faustae. — 11010. El-Leáli El-Mokallelet, margaritae coronae intextae de secta *Golat*idarum sectae *Mofadhdhel*itarum praeferenda, eodem *Jelál-ed-dín Soyúti* auctore. — 11011. Leáli el-manthúr, margaritae orationis solutae. — 11012. Leáli el-nátzim, margaritae poetae de laude legati prophetarum ultimi, auctore Sheikh et Imám *Abd-el-mahmúd Ben Ibráhím Ben Mohammed* Hanbalita, primum urbis *Jíl*, tum *Baghdád*i inquilino. Incipit liber ita: Laus Deo, qui legatum suum in libro augusto laudibus praedicat etc. Auctor: Composui, inquit, viginti novem *Casidas* ad ordinem alphabeticum, quae singulae triginta unum versum continent. Finit eadem litera, a qua incipit, quatenus hoc fieri potuit. — 11013. El-Leáli we El-Dorer, margaritae et uniones, auctore *Theálibi*. Liber inclaruit titulo *Ahsan má samíto* i. e. Praestantissima quae audivi. Compendium in decem capita distributum, quod ita incipit: Praemissa laude Dei pro ejus beneficiis etc. — 11014. El-Láhic, complementum operis *Jámi'* a *Merwerrúdzi* editi, de quo in litera *Jím* dictum est. — 11015.

اللامات لابى القاسم عبد الرحمن بن اسحق الزجاجى المتوفى سنة ٣٣٩ ١١٠١٦ لامع الصبيح فى شرح الجامع الصحيح مرّ فى الجيم ١١٠١٧ لامع العزيزى فى شرح ديوان المتنبى مرّ فى الدال ١١٠١٨ اللامع فى اصول الفقه لابى عبد الله حسن بن جابر الاذرى المتوفى سنة ١١٠١٩ اللامع فى النحو لابن الخشاب [ابى محمد عبد الله بن احمد البغدادى النحوى المتوفى سنة ٥٦٧] ١١٠٢٠ لامع المعلم العجاب الجامع بين المحكم والعباب وزيادات امتلأ بها الوطاب فى اللغة للشيخ الامام مجد الدين ابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادى الشيرازى المتوفى سنة ٨١٧ قدر تمامه فى مائة مجلّد كلّ مجلّد يقرب من صحاح الجوهرى فى المقدار اكمل منه خمس مجلّدات ثمّ شرع فى مختصر من ذلك واتمّه فى مجلّدين وسمّاه القاموس المحيط كما مرّ قال التقى الكرمانى امره والدى باختصاره فاختصره ذكره السخاوى ١١٠٢١ لاميّة ابن مالك محمد ابن عبد الله النحوى المتوفى سنة ٦٧٢ وهى لاميّة الافعال اولها

---

El-Lámát, literae *Lám*, auctore *Abu'lcásim Abd-el-rahman Ben Is'hac Zejjáji*, anno 339 (inc. 20. Jun. 950) mortuo. — 11016. El-Lámi' El-Sabíh, liber radios pulchros emittens. Commentarius in *El-Jámi' El-Sahíh*, de quo in litera *Jím* dictum est. — 11017. El-Lámi' El-Azízi, liber radios emittens pretiosos. Commentarius in *Motenebbi*i Diwanum, de quo in litera *Dál* dictum est. — 11018. El-Lámi' fi osúl el-fic'h, liber splendens de principiis juris, auctore *Abu Abdallah Hasan Ben Jábir Adzerbi*, anno . . . mortuo. — 11019. El-Lámi' fi el-nahw, liber splendens de grammatica, auctore [*Abu Mohammed Abdallah Ben Ahmed Baghdádi* Grammatico, vulgo] *Ibn-elkhashsháb* [dicto et anno 567 (inc. 4. Sept. 1171) mortuo]. — 11020. El-Lámi' El-Mo'lam El-Ojáb, liber de lexicologia radians signatus mirandus, qui libros *Mohkam* et *Obáb* et additamenta conjungit, quibus utres implentur, auctore Sheikh et Imám *Majd-ed-dín Abu Táhir Mohammed Ben Ya'cúb Firúzábádi Shirázi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. Liber si ad finem perductus fuisset, mille volumina explesset, quae singula prope ad volumen lexici *Sihâh* a *Jauheri* editi accessissent. Perfecit tantum quinque volumina, e quibus epitomen duobus voluminibus absolutam et *El-Cámús El-Mohít*, ut supra dictum est, inscriptam extraxit. *Tacki-ed-dín Kermáni:* Meus pater, inquit, auctori librum in epitomen cogendum commendavit; quo facto ille, ut *Sekhâwi* narrat, hanc epitomen fecit. — 11021. Lámíyet Ibn Málik, *Casída* in literam *Lám* desinens, auctore *Mohammed Ben Abdallah* Grammatico, vulgo *Ibn Málik* dicto et anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuo. Agit de verbis et incipit ita:

الحمد لله لا ابغى به بدلا

حمدا يبلغ من رضوانه الاملا

peritissimos duplicis esse generis, alios, qui egregie versati sint in colligendo, minus in componendo, alios, qui egregie versati sint in componendo, minime in colligendo, neque in scriptis lexicologicis vidi pulchriorem lexico *Tehdzíb el-loghat* ab *Abu Mansúr* edito, neque perfectiorem libro *Mohkam;* uterque in primariis hujus doctrinae libris re vera habetur, nisi quod uterque thesaurus est difficilis ad amittendum et aquatio accessu aspera, et eorum compositor hominibus locum dulcis aquae potus caussa petendum praebuit, at illos ab eo arcuit, quae prius ponenda essent postposuit et postponenda praeposuit, studuit arabice loqui, at barbare locutus est, ita ut homines utriusque caussam relinquerent et ab scriptis istis se averterent. At hujus rei caussa nulla alia est nisi dispositionis pravitas et confusa in capitibus faciendis consectio. *Jauheri*um quidem vidi compendium suum egregie disposuisse, ut lectoribus ejus argumentum facile ad intelligendum esset, ideoque illud multum in hominum manibus versaretur; attamen in aëre linguae atomi instar est et in ejus mari veluti gutta. Huc accedit, ut auctor in vocibus legendis erraret easque perverteret. Sed contigit libro Sheikh *Ibn Berrí,* qui argumentum ejus singulatim examinavit. Jam benevolentiam divinam precibus adii, ut mihi propitia esset in hoc nostro libro colligendo convenienter dispositioni in lexico *Sihâh* observatae, addita plena versuum Corani, traditionum, effatorum sociorum prophetae, proverbiorum et carminum expositione. Vidi etiam *Ibn-elathír* de his suam *Nihâyet* jam scripsisse; attamen voces loco convenienti non posuit, neque in illis literas serviles ad radices earum

زآئدة حروفها من اصلها فوضعت كلا منها فى مكانه فجمعت فيه ما تفرق فى كتبهم واما مع ذلك لا ادعى فيه شافهت او سمعت او فعلت او صنعت او رحلت او نقلت فكل هذه الدعاوى لم يترك فيها الازهرى وابن سيده لقائل مقالا ولعمرى قد جمعا فاوعيا وليس فى هذا الكتاب فضيلة سوى انّى جمعت فيه ما تفرّق قال محمد بن ابى شريف وقد وقفت على لسان العرب بخزانة الاشرف برسباى بمدرسة الاشرفيّة بالقاهرة بخط مؤلفه وعليه خطوط جمع من العلمآء بمدحه والثنآء عليه منهم ابو حيان والشهاب محمود وقد كتب الشيخ الرئيس ابن سينا كتابا فى اللغة المسمّى بلسان العرب فى عشر مجلّدات لكنه بقى فى المسوّدة ولم يظهر وقد غلط من نسب الاول اليه ١١٠٩٧ لسان الطير لمير عليشير النوائى المتوفى سنة ٩٠٦ ١١٠٩٨ لسان الميزان يعنى ميزان الاعتدال يأتى ١١٠٩٩ لصوص العرب لابى عبيدة معمر بن مثنى البصرى [المتوفى سنة ٢١٠] ١١١٠٠ لطافت نامه

---

accedentes respexit. Posui igitur voces omnes loco suo, et quae in scriptis virorum illorum dispersa essent in hoc libro collegi. Nihilominus tamen non glorior ibi dicendo: Coram allocutus sum illum virum clarissimum, aut audivi hoc ex ore illius viri celeberrimi, aut hoc et illud feci, aut huc illuc iter feci, aut hoc et illud repetii et aliis tradidi. Nam certe *Azheri* et *Ibn Sida*, quod has omnes jactationis dictiones attinet, nemini verbum illis addere reliquerunt; imo, per vitam meam, illi duo viri omnem materiam effuderunt, neque mihi ullum meritum est in hoc libro, nisi quod dispersa congessi. — *Mohammed Ben Abi Sherif*: Vidi, ait, librum *Lisán El-Arab* in bibliotheca *Eshrefi Bersebái* in collegio *Eshrefíye* Cahirae manu auctoris scriptum. Ei multi viri docti laudes et praeconia adscripserant, inter eos *Abu Hayyán* et *Shehâb-ed-dín Mahmúd*. — Sheikh Reyís *Ibn Síná* etiam librum de lingua composuit *Lisán El-Arab* inscriptum et decem voluminibus comprehensum; primis tamen lineis exaratus mansit nec in publicum prodiit. In errorem autem omnes inciderunt, qui priorem illum librum ei tribuerunt. — 11097. **Lisán el-teir**, lingua avium, auctore *Mír Alishír Newáyí*, anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuo. — 11098. **Lisán El-Mízán**, examen trutinae i. e. libri *Mízán el-i'tidál* inscripti, de quo infra dicetur. — 11099. **Losús El-Arab**, latrones Arabum, auctore *Abu Obeida Ma'mar Ben Mothanna Basri*, [anno 210 (inc. 24. Apr. 825) mortuo]. — 11100. **Letáfet-námeh**, liber facetiarum. Carmen persicum,

فارسی منظوم لسید احمد میرزا ١١١٠١ اللطآئف الابجدیّة فی الاسرار الاحمدیّة فی الاسمآء ذکره البونی ١١١٠٢ لطآئف الاحباب ووظآئف الالباب لابی عمر بن غیاث ذکره صاحب موافقة الاصول فی التوسّل بالرسول ١١١٠٣ لطآئف اخبار الاول فیمن تصرّف فی مصر من الدول لمحمد بن عبد المعطی الاسحاقی المتوفی سنة فی مجلّد اوله الحمد لله الملک العزیز فی ملکه الخ وذکر فی خطبته اسم السلطان مصطفی ورتّب علی مقدّمة وعشرة ابواب وخاتمة وذکر فی التاسع والعاشر العثمانیّة وفرغ من تألیفه فی ذی الحجة سنة ١٠٣٣ ١١١٠٤ لطآئف الاسمآء فی اشارات المسمّی ١١١٠٥ لطآئف الاشارات فی اسرار الحروف العلویات للشیخ تقی الدین ابی العباس احمد بن علی البونی القرشی المتوفی سنة اوله الحمد لله الذی ادار بید الاسرار الخ ١١١٠٦ لطآئف الاشارات فی التفسیر للامام ابی القاسم عبد الکریم بن هوازن القشیری المتوفی سنة ٤٦٥ عن تسع وثمانین وهو تفسیر کبیر صنّفه قبل العشر واربعمائة ١١١٠٧ لطآئف الاشارات فی الفروع للشیخ بدر الدین محمود بن اسرائیل المعروف بابن

auctore Seyyid *Ahmed Mírza.* — 11101. **El-Letáif El-Abjedíyet**, subtilitates alphabeti de arcanis nominis *Ahmed.* Hunc librum, qui de nominibus agit, *El-Búni* commemorat. — 11102. **Letáif el-ahbáb we Wetzáif el-albáb**, dicta lepida dilectorum et functiones cordatorum, auctore *Abu Omar Ben Ghiyáth.* Laudatur ab auctore libri *Mowáfacat el-osúl fi el-tewessul bi'lresúl.* — 11103. **Letáif akhbár el-awwel**, historiae elegantes antiquitatis de iis dynastiis, quae in Aegypto imperium exercuerunt, auctore *Mohammed Ben Abd-el-mo'ti Is'hacki*, anno ... mortuo. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, regi in suo regno potenti etc. Auctor in praefatione nomen Sultani *Mustafa* celebrat, et librum in introductionem, decem capita et conclusionem disposuit. Capite nono et decimo dynastiam othmanicam describit, et libri compositionem mense Dzi'lhijjet anni 1033 (inc. 15. Oct. 1623) absolvit. — 11104. **Letáif el-asmá**, subtilitates nominum de allusionibus nominati. — 11105. **Letáif el-ishárát**, subtilitates allusionum de arcanis literarum superiorum, auctore Shaikh *Tacki-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Ali El-Búni Coreshi*, anno ... mortuo. Incipit liber ita: Laus Deo, qui manu arcanorum circumvertit etc. — 11106. **Letáif el-ishárát**, subtilitates allusionum. Commentarius in Coranum magnus, quem Imám *Abu'lcásim Abd-el-kerím Ben Hewázin Cosheiri* ante annum 410 (inc. 9. Mai. 1019) composuit. Obiit hic anno 465 (inc. 17. Sept. 1072) annos octoginta novem natus. — 11107. **Letáif el-ishárát**, subtilitates allusionum de articulis juris secundariis, auctore Shaikh *Bedr-ed-dín Mahmúd Ben*

قاضي سماونه المتوفى سنة ٨٢٣ اوله الحمد لله الذى كمل الانسان بحسب ما تقتضيه حكمته الخ وله عليه الشرح المسمّى بالتسهيل وهو كتاب يغنى عن اكثر ما فى المطولات جمع فيه الاصول والفروع باوجز العبارات بضمن قواعد تدلّ على الخلافيّات وهى ان الجملة الاسميّة لقول ابى حنيفة والمضارعة المستتر فاعلها لقول ابى يوسف والماضية المستتر فاعلها لقول محمد والمضارعة المتكلّم مع الغير للشافعى والجملة الفعليّة لمالك وترتيبه كترتيب مجمع البحرين الّا نادرًا واورد فيه جميع مسآئل المجمع والمختار والكنز والوقاية كلّها وفى اثنآء كلّ فصل اورد مسآئل تجانس ذلك الفصل لم تذكر فى الكتب المذكورة وجعل الحآء لابى حنيفة والسين لابى يوسف والميم لمحمد والزاء لزفر والعين للشافعى والكاف لمالك والالف لاحمد وقد عدّه المولى محمد البركلى من المتداولة الغير المعتبرة وقد الّفه حال كونه محبوسا ببلدة ازنيق ١١١٠٨ لطآئف الاشارات فى المحاضرات والمحاورات وهو مختصر لمحمود بن محمد اوله حمدًا اولًا وآخرًا للاول والآخر الخ ذكر انّه اخذه من كتب الموالى لكنّه منتخب

---

*Isráíl*, vulgo *Ibn Cádhi Simawna* dicto et anno 823 (inc. 17. Jan. 1420) mortuo. Possessor hujus libri, qui ita incipit: Laus Deo, qui hominem iis convenienter, quae sapiens suum consilium postulat, perfecit etc., et in quem auctor commentarium *Tes'hîl* inscriptum composuit, maxima parte eorum, quae in scriptis longioribus leguntur, carere potest. Auctor brevi dicendi genere usus ibi et primarios collegit articulos juris et secundarios, additis praeceptis fundamentalibus, quae quaestiones controversas Imamorum demonstrant. Significantur illae eo, quod propositio nominalis dictum *Abu Hanîfa*e indicat, aoristus, cujus agens celatus est, dictum *Abu Yusuf*i, praeteritum, cujus agens celatus est, dictum *Mohammed*is, prima persona pluralis aoristi dictum *Sháfiî*i, propositio verbalis dictum *Málik*i. Dispositio libri fere semper eadem est, quae libri *Mejma' el-bahrein*, et auctor ibi omnes quaestiones librorum *Mejma'*, *Mokhtár*, *Kanz* et *Wicáyet* affert, et in decursu sectionum singularum quaestiones proponit argumento hujus sectionis analogas, quae in libris commemoratis non occurrunt. *Há* signum fecit *Abu Hanîfae*, *Sîn Abu Yusuf*i, *Mîm Mohammed*is, *Zá Zafar*i, *Aîn Sháfiî*i, *Káf Málik*i, *Elif Ahmed*is. Molla *Mohammed Birgili* hunc librum, quem auctor in urbe Nicomedia carcere inclusus composuit, in scriptis numerat tritissimis, quae haud tanti aestimanda sint. — 11108. **Letáif el-ishárát**, subtilitates allusionum. Opus anthologicum et lepidis sermonibus plenum, auctore *Mahmúd Ben Mohammed*. Compendium, quod ita incipit: Laudem primam et ultimam primo et ultimo etc. Dicit auctor, se illud ex scriptis Mollarum sumsisse, attamen

جالب السرور للقراباغى كما سبق ١١١٠٩ لطآئف الاشارات لفنون القراءات مجلّد كبير للشيخ الامام ابى العباس احمد بن محمد بن ابى بكر القسطلانى المتوفى سنة ٩٢٣ اوله الحمد لله الذى انزل كتابه العزيز بالسبعة الاحرف تسهيلا علينا وتيسيرًا الخ وهو كتاب عظيم النفع لا يغادر صغيرة ولا كبيرة فى فنون القراءات الا احصيها ١١١١٠ لطآئف الاشارة فى ادراك اماكن السبعة السيارة مختصر فى ستة فصول ١١١١١ لطآئف الاعلام فى اشارات اهل الافهام وهو كتاب فى اصطلاحات الصوفية وشرحها مرتّب على الحروف بترتيب لطيف اوله الحمد لله والسلام على عباده الذين اصطفى الخ ١١١١٢ لطآئف الاعلام فى اشارات اهل الالهام للشيخ عبد الرزاق الكاشانى [المتوفى سنة ٧٣٠] ١١١١٣ لطآئف الافكار وكاشف الاسرار مختصر على خمسة ابواب ١ فى احكام السياسات ٢ فى التأريخ ٣ فى الادبيّات ٤ فى الاخلاق ٥ فى عجآئب المخلوقات اوله احمد الله حمدا بعدد ما اظهر من معدن الانسان يواقيتا ودررا الخ لحسين بن

epitome est, quae potiora libri *Jálib el-sorúr* a *Carábághi* editi, ut supra diximus, selecta continet. — **11109.** Letáif el-ishárát, subtilitates allusionum varias Corani recensiones indicantium, auctore Sheikh et Imám *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Ben Abi Bekr Castelàni*, anno 923 (inc. 24. Jan. 1517) mortuo. Volumen magnum, quod ita incipit: Laus Deo, qui librum suum augustum septem dialectis revelavit, ut nobis ejus lectionem faciliorem et commodiorem redderet etc. Est liber magnae utilitatis, qui neque graviora neque leviora in variis Corani recensionibus recensere omittit. — **11110.** Letáif el-ishárет, subtilitates allusionis de inveniendis positionibus septem planetarum. Compendium in sex sectiones divisum. — **11111.** Letáif el-i'lám, subtilitates institutionis de allusionibus docentium. Compendium de dictionibus technicis Theosophorum, quod simul harum explicationem continet, rationeque eleganti secundum alphabetum distributum est et ita incipit: Laus Deo et salus super ejus cultoribus, quos elegit etc. — **11112.** Letáif el-i'lám, subtilitates institutionis de allusionibus hominum inspiratorum, auctore Sheikh *Abd-el-rezzác Kashání*, [anno 730 (inc. 25. Oct. 1329) mortuo]. — **11113.** Letáif el-afkár we Káshif el-asrár, subtilitates cogitationum et revelator arcanorum. Compendium in quinque capita dispositum, quorum primum de statutis agit salutem publicam bonis institutis adjuvandi, secundum de historia, tertium de iis, quae ad humanitatis studia et bonas literas pertinent, quartum de iis, quae ethicam spectant, quintum de rebus creatis mirabilibus. Hic liber, quem *Hosein Ben Hasan* tempore Sultani *Soleimán Khán* judicis munere fungens

حسن من القضاة في عصر السلطان سليمان خان الفه لابراهيم پاشا الوزير سنة ٩٣٦

١١١١٤ لطائف الانوار للقلعي ١١١١٥ لطائف الآيات ونقوش البيّنات للشيخ شمس الدين

١١١١٦ لطائف التقرير في الموعظة ١١١١٧ لطائف الحكم للشيخ الامام النيسابوري المتوفى

سنة ١١١١٨ لطائف الخفيّة في الاسرار العيسويّة ١١١١٩ لطائف الربانيّة ١١١٢٠ لطائف

السنيّة في التواريخ الاسلاميّة لفخر الدين عثمان بن اسمعيل بن علي المعروف بالعدولي الحمصي

قيل هو مختصر من كتاب التاريخ الكبير له اختصره عماد الدين اسمعيل بن علي بن شاهنشاه

صاحب حماة ابن ايوب مجلد صغير اوله الحمد لله مصوّر الدهور ومقدر الامور الخ ذكر فيه

انّه اختصره من تاريخ الذهبي وابن عساكر وابن كثير وغيرهم الى سنة ٧٢١ وقفاه في روضة ابن

الشحنة ١١١٢١ لطائف الظرفاء لابي العباس احمد بن محمد المعروف بابن العطار الدنيسري

المتوفى سنة ٧٩٤ ١١١٢٢ اللطائف العشر للشيخ احمد بن علي البوني ١١١٢٣ اللطائف العلويّة

---

Weziro *Ibráhím Pasha* anno 936 (inc. 5. Sept. 1529) composuit, incipit ita: Laudo Deum laude tam immensa, quam ex fodina hominis hiacinthos et margaritas in lucem produxit etc. — 11114. **Letáif el-anwár**, subtilitates luminum, auctore *Calaí*. — 11115. **Letáif el-ayát**, subtilitates versuum coranicorum et imagines demonstrationum clararum, auctore Sheikh *Shems-ed-dín*. — 11116. **Letáif el-tecrír**, subtilitates confirmationis. Opus paraeneticum. — 11117. **Letáif el-hikem**, subtilitates apophthegmatum, auctore Sheikh et Imám *Nisábúri*, anno . . . mortuo. — 11118. **El-Letáif El-Khafíyet**, subtilitates occultae de arcanis Jesum spectantibus. — 11119. **El-Letáif El-Rebbáníyet**, subtilitates divinae. — 11120. **El-Letáif El-Seníyet**, subtilitates pretiosae de historiis Islamicis, auctore *Fakhr-ed-dín Othmán Ben Ismaíl Ben Ali Himsi*, vulgo *Adauli* dicto. Haec epitome esse dicitur e majori ejus historia excerpta, quam *Imád-ed-dín Ismaíl Ben Ali Ben Sháhinsháh Ibn-Eyyub* Hamatae princeps in epitomen coegit. Volumen parvum est, quod ita incipit: Laus Deo tempora formanti et res disponenti etc., et auctor in eo narrat, se illud ex historia *Dzehebii*, *Ibn Asákiri*, *Ibn Kethiri* aliorumque usque ad annum 721 (inc. 31. Jan. 1321) excerpsisse. Eum *Ibn-elshehne* in suo *Raudh el-menátzir* secutus est. — 11121. **Letáif el-tzorafá**, facetiae ingeniosorum, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Doneiseri*, vulgo *Ibn-elattár* dicto et anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuo. — 11122. **El-Letáif El-Ashr**, subtilitates decem, auctore Sheikh *Ahmed Ben Ali El-Búni*. — 11123. **El-Letáif El-Alewíyet**, subtilitates sublimes

فى الاسرار العيسوية ذكره البونى   ١١١٢٤ اللطآئف الغياثيّة فارسى مرتّب على اربعة اقسام آ فى اصول الدين ٢ فى الفقه ٣ فى الاخلاق ٤ فى الدعآء   ١١١٢٥ لطآئف فارسى منظوم ذكر فيه انّه اورد فى اوله فصولا من الامور الدينيّة ثم اورد فصولا فى اصول الشعر والعروض وذكر ان غرضه ارشاد ولده فى لطآئف الفقه فى خاتمته

انامش چون لطف اكرام كردند
لطائف الاصولين نام كردند

١١١٢٦ لطآئف الفريدة فى المعارف المفيدة   ١١١٢٧ لطآئف فى الفقه   ١١١٢٨ لطآئف فى الاصولين   ١١١٢٩ اللطآئف فى جمع همزة المصاحف لابن مقسم محمد بن الحسن النحوى المتوفى سنة ٣٥٣   ١١١٣٠ لطآئف الكتاب لابى النصر محمد بن عبد الجبّار العتبى المتوفى سنة   ١١١٣١ لطآئف الكلام فى احكام الاعوام فارسى مختصر لمحمد بن الحسينى المدعو بسيّد المنجم ذكر فيه مدلولات البروج والكواكب وكان حيًّا فى سنة ٨٠٣   ١١١٣٢ لطآئف لامعى

---

de arcanis Jesum spectantibus. Laudat librum *El-Buni.* — 11124. **El-Letáif El-Ghiyáthíyet**, subtilitates *Ghiyáth-ed-díni.* Liber persicus in quatuor partes divisus, quarum prima de principiis religionis, secunda de jurisprudentia, tertia de ethica, quarta de precatione agit. — 11125. **Letáif**, subtilitates. Carmen persicum, cujus auctor ejus initio se sectiones religionis quaestiones spectantes proposuisse narrat. Tum sectiones de principiis poesis et artis metricae affert, et dicit se id egisse, ut filium ad discendas subtilitates juridicas institueret. In ejus conclusione haec leguntur:

Homines hunc librum quum comiter exciperent,
Ei nomen dederunt *Letáif el-osulein*

i. e. Subtilitates principiorum juris ecclesiastici et civilis. — 11126. **El-Letáif El-Ferídet**, subtilitates singulares de cognitionibus utilibus. — 11127. **Letáif fi el-fic'h**, subtilitates de jurisprudentia. — 11128. **Letáif fi el-osulein**, subtilitates de principiis juris ecclesiastici et civilis. — 11129. **El-Letáif**, subtilitates de plurali Hamzae codicum Corani, auctore *Ibn Mocsim Mohammed Ben-elhasan* Grammatico, anno 353 (inc. 19. Jan. 964) mortuo. — 11130. **Letáif el-kottáb**, elegantiae scribarum, auctore *Abu'lnasr Mohammed Ben Abd-el-jebbár Otbi*, anno . . . mortuo. — 11131. **Letáif el-kelám**, subtilitates dissertationis de statutis annorum, auctore *Mohammed Ben-elhoseini*, *Seyyid El-Monejjim* appellato. Compendium persicum, in quo auctor, qui anno 803 (inc. 22. Aug. 1400) vixit, indicia, quae signa Zodiaci et planetae dant, recenset. — 11132. **Letáif Lámii**, elegantiae

تركى المسمى بمجمع اللطائف متعلقة بالهزل والمجون ۱۱۱۳۳ لطائف المعارف لابى بكر احمد بن على الحلوانى المتوفى سنة ... ۱۱۱۳۴ لطائف المعارف فيما لمواسم العام من الوظائف للشيخ زين الدين ابى الفرج بن رجب عبد الرحمن بن احمد الحنبلى المتوفى سنة ۷۹۵ وهو فى المواعظ اوله الحمد لله الملك القهار العزيز الجبار الخ جعل الوظائف المتعلقة بالشهور مجالس مرتبة على ترتيب شهور السنة الهلالية فابتدى بالمحرم وختم بذى الحجة وذكر فى كل شهر ما فيه من الوظائف وختم بمجلس فى التوبة ولابى منصور عبد الملك بن محمد الثعالبى المتوفى سنة ۴۳۰ اوله اما بعد حمد الله استفتاحا به الخ رتب على عشرة ابواب ا فى ذكر الاوائل ۲ فى القاب الشعراء الذين لقبوا من اشعارهم ۳ فى سائر الالقاب الاسلامية ۴ فى الكتاب المتقدمين ۵ فى الاعراقيين من كل طبيعة ۶ فى الغايات من طبقات الناس ۷ فى طرائف الاتفاقات ۸ فى فنون شتى من المعارف ۹ فى ملح النوادر ۱۰ فى انموزج من خصائص

---

*Lamii*nae. Liber turcicus *Mejmu' el-letáif* inscriptus, qui joca et facetias petulantes continet. — 11133. Letáif el-meárif, subtilitates cognitionum, auctore *Abu Bekr Ahmed Ben Ali Holwáni*, anno... mortuo. — 11134. Letáif el-meárif, subtilitates cognitionum de exercitiis piis, quae populo ad solennia Mekkana convenienti peragenda sunt, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Abu'lfaraj Ben Rejeb Abd-el-rahman Ben Ahmed* Hanbalita, anno 795 (inc. 17. Nov. 1392) mortuo. Opus paraeneticum, quod ita incipit: Laus Deo regi omnipotenti, augusto, absoluti imperii domino etc. Exercitia illa singulis mensibus exsequenda in consessus distribuit secundum menses anni *Jelál-ed-díni* divisos. Incipit a mense Moharrem et desinit in mense Dzi'lhijjet. Singulis mensibus eas functiones attribuit, quae in iis exercendae sunt et finit in consessu de poenitentia. — Librum ejusdem tituli *Letáif el-meárif*, qui ita incipit: Praemissa laude Dei, ab eo initium orationis facientes etc., scripsit *Abu Mansúr Abd-el-melik Ben Mohammed Theálibi*, anno 430 (inc. 3. Oct. 1038) mortuus, eumque in decem capita distribuit, quorum primum de principiis agit — secundum de cognominibus poetarum honorificis, qui illa nomina a carminibus suis duxerunt — tertium de reliquis cognominibus honorificis Islamicis — quartum de scribis praecedentibus — quintum de hominibus cujusvis ingenii, qui inclinationibus innatis ducuntur — sextum de extremis finibus e classibus hominum — septimum de casibus fortuitis lepidis — octavum de diversis cognitionum generibus — nonum de facetiis locorum lepidorum —

البلدانى . ١١١٣٥ لطآئف المعانى فى ذكر شعرآء زمانى لعلى بن انجب بن عبد الله بن الخازن المعروف بابن الساعى البغدادى المتوفى سنة ٦٧٤ ١١١٣٦ لطآئف المنن فى مناقب الشيخ ابى العباس وشيخه ابى الحسن فى مجلّد للشيخ تاج الدين بن عطاء الله احمد بن محمد الشاذلى الاسكندرى المتوفى سنة ٧٠٩ ذكر فيه جملا من فضآئل الشيخ شهاب الدين ابى العباس احمد بن على الانصارى المرسى وشيخه ابى الحسن الشاذلى الذى نقل عنه او سمع منه ورتّبه على مقدّمة وعشرة ابواب وخاتمة المقدّمة فى تفضيل النبى صلعم على جميع بنى آدم وذكر اقسام الولاية ا فى التعريف بشيخه ٢ فى شهادته له ٣ فى مجرّباته ٤ فى علمه ٥ فى الآيات التى تكلّم فى معناها ٦ فيما فسّره من الاحاديث ٧ فى تفسير ما اشكل من كلام اهل الحقآئق ٨ فى كلامه فى الحقآئق ٩ فيما قاله من الشعر ١٠ فى ذكره ودعآئه والخاتمة فى اتّصال نسبة المؤلف اليه ١١١٣٧ لطآئف المنن والاخلاق فى بيان وجوب التحدّث بنعمة الله تعالى على

---

decimum de typis raris e rebus terrarum peculiaribus. — 11135. **Letáif el-meáni**, subtilitates sententiarum de historia poetarum hujus temporis, auctore *Ali Ben Anjeb Ben Abdallah Ben-elkházin Baghdádi*, vulgo *Ibn-elsái* dicto et anno 674 (inc. 27. Jun. 1275) mortuo. — 11136. **Letáif el-minen**, praestantissima beneficia. Panegyricus Sheikhi *Abu'labbás* ejusque doctoris *Abu'lhasan* uno volumine comprehensus, auctore Sheikh *Táj-ed-dín Ben Atáallah Ahmed Ben Mohammed Shádzili Iskenderi*, anno 709 (inc. 11. Jun. 1309) mortuo. Recenset ibi copiam meritorum Sheikhi *Shehâb-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Ali Ansári Mursi* ejusque doctoris *Abu'lhasan Shádzili*, quae illius auctoritate acceperat aut ex ejus ore audiverat, et librum in praefationem, decem capita et conclusionem distribuit. Praefatio agit de propheta omnibus ceteris hominibus praeferendo et gradus sanctitatis recenset. Caput primum de Sheikhi sui descriptione agit — secundum de testimonio suo illi dato — tertium de rebus, quas expertus est — quartum de ejus scientia — quintum de iis Corani versibus, de quorum sententia disseruit — sextum de traditionibus quas exposuit — septimum de expositione dictorum difficilium, quae viae spiritalis asseclae enunciarunt — octavum de iis, quae ipse de subtilitatibus doctrinae spiritalis disseruit — nonum de carminibus quae cecinit — decimum de laudationibus et precibus, quibus Deum invocavit — et conclusio de continua genealogiae serie, qua auctor ad illum adscendit. — 11137. **Letáif el-minen we el-akhláq**, praestantissima beneficia et virtutes, quibus probatur, auctorem necessario loqui debere de gratia Dei in universum, auctore

الاطلاق للشيخ عبد الوهّاب الشعرانى المتوفى سنة ٩٧٣ على مقدّمة وستة عشر بابًا وخاتمة الّفه فى مناقب نفسه واورد من اخلاق اشياخه الثلثة الشيخ ابراهيم المَتْبولى وتلميذه الشيخ على الخواص والشيخ احمد الافضلى وفصل الاخلاق والنعم تفصيلا بقوله وممّا انعم الله به علىّ او منّ الله به علىّ كذا وقدم فهرس الابواب اوله احمد الله ربّ العالمين الخ والّفه فى اثناء سنة سبع وستين وتسعمائة ١١١٣٨ لطآئف المنهاج فى الطبّ للشيخ [الحكيم] داود [بن عمر] المتوفى بمكة سنة ١٠٠٦ ذكره فى اول تذكرته ١١١٣٩ لطآئف نامه [تركى] للشيخ احمد بن محمود القرامانى المتوفى سنة ٩٧١ ١١١٤٠ لطآئف الوفقيّة النورانيّة والمعارف العدديّة الروحانيّة ١١١٤١ لطف التدبير فى سياسات الملوك لمحمد بن عبد الله الاسكافى الخطيب المتوفى سنة ١١١٤٢ لطف المسآئل وتحف السآئل فى نظم مسآئل حنين ١١١٤٣ لطيف فى فروع الشافعيّة لابى الحسن على بن احمد بن خيران الصغير البغدادى المتوفى سنة فى مجلد كبير الكتب ٩٤ والابواب

Sheikh *Abd-el-wehhâb Sha'râni*, anno 973 (inc. 29. Jul. 1565) mortuo. Liber divisus est in praefationem, sedecim capita et conclusionem, et auctor eum composuit in laudem virtutum suarum. Praeterea virtutes Sheikhorum trium suorum praedicat, Sheikhi *Ibrâhîm Menbûli*, ejus discipuli Sheikhi *Ali El-Khawwâs* et Sheikhi *Ahmed Afdhali*, et virtutes et beneficia praemissis verbis „Et ex beneficiis, quae Deus in me contulit" sive „Gratia, qua Deus benevolum in me se praestitit, illud laudandum est" singulatim tractavit. Praemisit capitum indicem, et librum, quem medio anno 967 (inc. 3. Oct. 1559) composuit, ita exorsus est: Laudo Deum, mundorum dominum etc. — 11138. **Letáif el-minháj**, subtilitates viae. Opus medicum, auctore Sheikh *Dawud* [*Ben Omar* Medico], Mekkae anno 1006 (inc. 4. Aug. 1597) mortuo. — Commemorat hunc librum ab initio suae *Tedzkiret*. — 11139. **Letáif námeh**, liber elegantiarum, auctore Sheikh *Ahmed Ben Mahmúd Caramâni*, anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuo. [Turcice]. — 11140. **El-Letáif El-Wafckíyet El-Núráníyet**, subtilitates quadratorum talismanicorum luminosorum et cognitiones qualitatum numerorum spiritalium. — 11141. **Lutf el-tedbír**, dispositionis praestantia de principum sapientia salutis publicae servandae, auctore *Mohammed Ben Abdallah Iskâfi El-Khatîb*, anno . . . mortuo. — 11142. **Lutf el-mesáil**, subtilitas quaestionum et dona quaerentis. Metrica quaestionum *Honeini* de medicina circumscriptio. — 11143. **Letíf fi el-forú' El-Shafiíyet**, liber subtilis de articulis juris Shafiitici derivatis, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Ahmed Ben Kheirân El-Saghîr Baghdâdi*, anno . . . mortuo. Volumen magnum sexaginta quatuor libros

تسع وعشرين والف وترتيبه ليس على الترتيب المعهود حتى وقع الحيض فى آخره ١١١٤٤ لطيف المعانى فى مختصر تلخيص المفتاح مر ١١١٤٥ اللطيفة المرضية للشيخ داود الباقلى

## ١١١٤٦ علم اللغة

وهو علم باحث عن مدلولات جواهر المفردات وهيئاتها الجزئية التى وضعت تلك الجواهر معها لتلك المدلولات بالوضع الشخصى وعما حصل من تركيب كلّ جوهر جوهر وهيئاته الجزئية على وجه جزئى وعن معانيها الموضوع لها بالوضع الشخصى وموضوعه جواهر المفردات وهيئاتها من حيث الوضع والدلالة على المعانى الجزئية وغايته الاحتراز عن الخطاء فى فهم المعانى الوضعية والوقوف على ما يفهم من كلمات العرب ومنفعته الاحاطة بهذه المعلومات وطلاقة العبارة وجزالتها والتمكن من التفنن فى الكلام وايضاح المعانى بالبينات الفصيحة والاقوال البليغة فان

---

et mille viginti novem capita complectens, cujus dispositio minime rationem usitatam sequitur, ita ut liber de menstruis ad finem rejectus sit. — 11144. Letíf el-meáni, liber sententiarum subtilis. Epitome libri *Telkhís el-miftáh*, de quo supra dictum est. — 11145. El-Letífet El-Merdhíyet, facetiae lepidae, auctore Sheikh *Dawud Báckili.* —

## 11146. Ilm el-loghat. Lexicologia.

Haec est ea doctrina, quae de notionibus, quas substantiae vocum simplicium continent, deque earum formis particularibus, quibus indutae illae substantiae ad has notiones exprimendas singulatim inventae sunt, porro de iis, quae ex compositione cujusvis singulae substantiae ejusque formis particularibus ratione particulari efficiuntur, et denique de significationibus quaerit, ad quas exprimendas voces singulatim inventae ponuntur. Objectum doctrinae sunt substantiae vocum simplicium earumque formae ratione habita primitivae positionis et enunciationis significationum particularium. Ejus finis cernitur in evitando errore in intelligendis significationibus usu primo receptis et in iis cognoscendis, quae e vocibus Arabum intellectu percipiuntur. Utilitas ejus cernitur in cognitione ampla harum rerum cognitarum et in facilitate et puritate expressionis inque facultate diversa ratione verbis aliquid enunciandi et sententias demonstratione clara et diserta et dictis gravibus perspicue exponendi. Quodsi

قيل علم اللغة عبارة عن تعريفات لفظيّة والتعريف من المطالب التصوّريّة وحقيقة كلّ علم مسآئله وهى قضايا كلّيّة والتصديقات بها وامّا ما كان فهى من المطالب التصديقيّة فلا يكون اللغة علمًا اجيب بان التعريف اللفظى لا يقصد به تحصيل صورة غير حاصلة كما فى سائر التعاريف من الحدود والرسوم الحقيقيّة او الاسميّة بل المقصود من التعريف اللفظى تعيين صورة من بين الصور الحاصلة ليلتفت اليه ويعلم انّه موضوع له اللفظ فما له التفات الى التصديق بان هذا اللفظ موضوع بازآء ذلك المعنى فهو من المطالب التصديقيّة لكن يبقى انه حينئذ يكون علم اللغة عبارة عن قضايا شخصيّة حكم فيها على الالفاظ المعينة المشخّصة بانها وضعت بازآء المعنى الفلانى فى المسئلة لا بدّ وان يكون قضية كلّيّة [واعلم ان مقصد علم اللغة مبنى على اسلوبين لان منهم من يذهب من جانب اللفظ الى المعنى بان يسمع لفظًا ويطلب معناه ومنهم من يذهب من جانب المعنى الى اللفظ فبكل من الطريقين قد وضعوا كتبا ليصل

---

lexicologia exprimere dicitur definitiones verborum, dum definitio ad notiones animo conceptas pertinet, et vera omnis doctrinae natura ejus problemata sunt i. e. propositiones universales et formatae per eas persuasiones et quaecunque alia, ut illa problemata ad notiones pertineant, quae persuasiones forment, tum certe lexicologia minime doctrina est. Ad haec enim ita respondeo. Definitione verbali minime tenditur ad ideam propositionis non apparentem sibi formandam, ut hoc fit in ceteris definitionibus, quales sunt terminationes et descriptiones reales aut nominales. At potius definitione verbali tenditur ad terminandam ideam ex ideis manifestis, ut terminatio respiciatur et cognoscatur, ad eam terminandam inventum esse certum verbum, ut igitur minime haec definitio persuasionem formandam eo respiciat, quod hoc verbum ita positum sit, ut illi significationi respondeat; haec enim quaestio ad eas pertinet, quae persuasionem formant. Attamen hoc ratum est, ut tum lexicologia judicia singularia exprimat, in quibus de vocibus definitis singularibus eo judicatur, quod hae ita ponuntur, ut illi significationi qualicunque in problemate respondeant, adeoque necessario tum, quum significatio judicium universale contineat.

[Scias, ad id, quo lexicologia intendat, potissimum duabus viis perveniri. Sunt enim, qui a voce ad significationem eo proficiscantur, quod vocem audiendam praebent et tum ejus significationem quaerunt. Alii a significatione ad vocem proficiscuntur. Jam utraque via libros composuerunt, ut quo vellent pervenirent, quandoquidem neutri ullum commodum afferebat, quod in alterutra compositione traditum esset. Qui prioris

كل الى مبتغاه ان لا ينفعه ما وضع فى الباب الآخر فمن وضع بالاعتبار الاول فطريقه ترتيب حروف التهجّى اما باعتبار اواخرها ابوابا وباعتبار اوآئلها فصولا تسهيلا للظفر بالمقصود كما اختاره الجوهرى فى الصحاح ومجد الدين الشيرازى فى القاموس واما بالعكس اى باعتبار اوآئلها ابوابا وباعتبار غير اوائلها فصولا كما اختاره ابن فارس فى المجمل والمطرّزى فى المغرب ومن وضع بالاعتبار الثانى فالطريق اليه ان يجمع الاجناس بحسب المعانى ويجعل لكل جنس بابًا كما اختاره الزمخشرى فى قسم الاسمآء من كتاب مقدمة الادب ثم ان اختلاف الهمم قد اوجب احداث طرق شتى فمن واحد ادّى رأيه الى ان يفرد لغات القرآن ومن آخر الى ان يفرد غريب الحديث وآخر الى ان يفرد لغات الفقه كالمطرزى فى المغرب والى ان يفرد اللغات الواقعة فى اشعار العرب وقصآئدهم وما يجرى مجراها كنظام الغريب والمقصود هو الارشاد عند مساس انواع الحاجات الكتب المولّفة فى اللغة آ ابنية الاسمآء ابواب الادب الاسمآء

---

viae rationem habuerunt, ordinem literarum alphabeti ita secuti sunt, ut modo voces ratione habita earum literarum extremarum in capita, et ratione habita earum literarum initialium in sectiones ad id quod spectabant facilius assequendum disponerent, uti hanc rationem *Jauheri* in suo *Sihâh* et *Majd-ed-dín Shirâzi* in *Câmûs* ceteris praetulit, modo vice versa, ita enim, ut ratione habita literarum vocum initialium illas in capita, et ratione habita literarum non initialium in sectiones dividerent, ut hanc viam *Ibn Fâris* in *El-Mojmil* et *Motarrizi* in *El-Moghrib* potiorem habuit.— Qui autem alteram hanc viam sequentes composuerunt, eo quo volebant hac ratione pervenerunt, ut genera vocum cognatione quadam significationis inter se conjunctarum collecta comprehenderent et singulis generibus caput proprium tribuerent, ut *Zamakhsheri* hanc viam in ea parte libri *Mocaddimet el-edeb* elegit, quae nomina tractat. —

Deinde vero cum non unus omnium sensus esset, diversae novae viae necessario inveniebantur. Hunc mens impulit, ut voces Corani separatim tractaret, illum, ut voces inusitatas, quae in traditionibus leguntur, hunc ut lexicologiam juridicam singulari libro comprehenderet, ut *Motarrizi* in *El-Moghrib* fecit, illum, ut de vocibus, quae in carminibus et Casidis Arabum et id genus aliis scriptis leguntur, separatim ageret, ut hoc in libro *Nitzâm el-gharib* factum est. Hi omnes id spectarunt, ut, cum variae necessitates emergerent, recta via iis satisfacerent. — Libri de lexicologia compositi sunt hi, iique e litera *Elif*: *Abniat el-asmâ* — *Abwâb el-edeb* — *El-Asmâ*

والافعال اسمآء وافعال اسمآء الاشيآء اسمآء اللغات افعال السن العرب ب بلغة بحر الغرآئب ت تاج المصادر تراجم الاعاجم تكملة الصحاح ترجمان الصحاح تحفة الملوك تقدمة تهذيب الازهرى ج جامع اللغات جمهرة خ خلق الانسان د دانستن ديوان اللغة ز زبدة المصادر س سامى فى الاسامى سر الادب فى مجازى كلام العرب سلك الجواهر ش شهرة الملتقط ص صحاح العجم صحاح الجوهرى صحآئف الاسمآء ط طلبة الطلبة ع عمدة المتلفظ عقود الجواهر غ غرائب اللغة ف فصيح فقه اللغة ق قاموس قانون الادب ك كفاية المتحفظ كتاب العين كنز اللغة ل لغات القرآن لغات المثنوى لغات الوصاف لوامع الانوار م مثلثات قطرب مثلثات ابن مالك مجمل اللغة مجمع البحار فى غرآئب التنزيل ولطآئف الاخبار محكم مختار الصحاح مرقات الادب مشارق الانوار مصادر مطالع الانوار معيار الجمالى مغرب مفتاح الادب مقدمة الادب منشأ اللغة منهاج ذوى الحسب ن نزهة الاعين نصاب الصبيان نصيب الاخوان نصيب الفتيان نهاية و وجيز]

---

*we El-Af'ál* — *Asmá we Af'ál* — *Asmá el-ashyá* — *Asmá el-loghát* — *Af'ál alson El-Arab* — e litera *Bá: Bulghet* — *Bahr el-gharáib* — e litera *Tá: Táj el-mesádir* — *Terájim el-aájim* — *Tekmilet El-Sihâh* — *Turjemán El-Sihâh* — *Tohfet el-molúk* — *Tecdimet* — *Tehdzíb El-Azheri* — e litera *Jím: Jámi' el-loghát* — *Jemheret* — e litera *Khá: Khalc el-insán* — e litera *Dál: Dánisten* — *Diwán el-loghat* — e litera *Zá: Zubdet el-mesádir* — e litera *Sín: Sámi fi el-asámi* — *Sirr el-edeb fi mejázi kelám El-Arab* — *Silk el-jewáhir* — e litera *Shín: Shohret el-multecat* — e litera *Sád: Sihâh el-ajem* — *Sihâh El-Jaúheri* — *Saháif el-asmá* — e litera *Tá: Tilbet el-talebet* — e litera *Aïn: Omdet el-motelaffitz* — *Ocúd el-jewáhir* — e litera *Ghaïn: Gharáib el-loghat* — e litera *Fá: Fasih* — *Fic'h el-loghat* — e litera *Cáf: Cámús* — *Cánún el-edeb* — e litera *Káf: Kifáyet el-motehaffitz* — *Kitáb El-Ain* — *Kanz el-loghat* — e litera *Lám: Loghát El-Cor'an* — *Loghát El-Methnewi* — *Loghát El-Wessáf* — *Lewámi' el-anwár* — e litera *Mím: Mothallethát Cotrob* — *Mothallethát Ibn Málik* — *Mojmil el-loghat* — *Mejma' el-bihár fi gharáib el-tenzíl we letáif el-akhbár* — *Mohkam* — *Mokhtár El-Sihâh* — *Mircát el-edeb* — *Meshâric el-anwár* — *Mesádir* — *Metáli' el-anwár* — *Mi'yár El-Jemáli* — *Moghrib* — *Miftáh el-edeb* — *Mocaddimet el-edeb* — *Mensha el-loghat* — *Minháj dzewi el-haseb* — e litera *Nún: Nuzhet el-a'yon* — *Nisáb el-subyán* — *Nesíb el-akhwán* — *Nesíb el-fityán* — *Niháyet* — e litera *Wáw: Wejíz*].

١١١٤٧ لغة سروری عاجم فارسيّة مرتّبة على الحروف اوله ابتداء كلام هر دانشمند سخن ورا الخ وهو محمد قاسم بن حاجى محمد كاشانى المدّعو بسرورى كفت در تتبع اشعار بلاغت اثار اكابر بسيار كوشيده در ضمن ان لا بد كتب لغات عرب وفرس وآنچه در ميان بود ديده اما چون در تتبع اشعار بلغات فرس بيشتر احتياج واقع ميشد همّت بر تفحص لغات فرس مصروف ساخته در سنة ١٠٠٨ شانزده نسخه تفصيل اسامى ايشان اينست ١ شرف نامه احمد منيرى تأليف ابراهيم قوام فاروقى ٢ معيار جمالى شمس فخرى ٣ تحفة الاحباب حافظ اوبهى ٤ رسالة حسين وفائى ٥ رسالة ابى منصور على بن احمد الاسدى الطوسى ٦ رسالة ميرزا ابراهيم بن ميرزاشاه حسين الاصفهانى ٧ رسالة محمد هندوشاه ٨ مؤيّد الفضلآء تأليف محمد لاف ٩ شرح سامى فى الاسامى ١٠ رسالة ابى حفص صغدى ١١ ادات الفضلاء قاضيخان بدر محمد دهلوى ١٢ جامع اللغات منظوم نيازى حجازى وهشت حرف هست كه در فارسى نمى باشد بعض از مؤلّفات در كتب ايشان باشد وچهار رسالة كه اسم مصنف

---

11147. **Loghat Sorúri**, lexicon persicum *Sorúri*i Persae alphabetice dispositum, quod ita incipit: Initium orationis cujusvis viri docti eloquentis etc. — *Mohammed Cásim Ben Háji Mohammed Káshání*, auctor hujus libri vulgo *Sorúri* dictus — de se ipso loquitur — multum operae posuit in operibus poeticis eloquentia illustribus multorum scriptorum classicorum singulatim examinandis. Interea necessario libri lexicologici Arabum et Persarum et scripta auxiliaria, quae in omnium manibus versantur, ei inspicienda erant. Cum vero in scriptis illis poeticis lectione transcurrendis major vocum persicarum penuria appareret, studium ejus summum ad investigandas Persarum voces se convertit, et postquam anno 1008 (inc. 14. Jul. 1599) sedecim lexica manuscripta — eorum tituli singuli accurate recensiti hic sequuntur: 1. *Sheref-námeh Ahmedis Moníri* ab *Ibráhím Ckiwám Fárúcki* compositum — 2. *Mi'yár*, auctore *Jemáli Shems Fakhri* — 3. *Tuhfet el-ahbáb*, auctore Háfitz *Aubehi* — 4. *Risálet*, auctore *Hosein Wefáyi* — 5. *Risálet*, auctore *Abu Mansúr Ali Ben Ahmed Asedi Túsi* — 6. *Risálet*, auctore *Mirza Ibráhím Ben Mirzasháh Hosein Isfaháni* — 7. *Risálet*, auctore *Mohammed Hindusháh* — 8. *Mowayyid el-fodhalá* a *Mohammed Láf* compositum — 9. Commentarius in *Sámi fi el-asámi* — 10. *Risálet*, auctore *Abu Hafs Safedi* — 11. *Adát el-fodhalá*, auctore *Cadhikhán Bedr Mohammed Dehlewi* — 12. *Jámi' el-loghát*, carmen a *Niyázi Hijázi* compositum. Octo literae sunt, quae in lingua Persarum locum non habent, attamen nonnulla verba cum illis composita in eorum scriptis inveniuntur. — Quatuor lexica minora ab auctoribus scripta,

[ايشان] معلوم نبود لغات فرسى را بحرف مخلوط ساخته اند اين شانزده نسخه را بالتمام جمع كرده لغات مشهوره وسهل كه در نوشتن آنها نفعى نباشد حذف كند وبر اكثر لغات مستشهدات از اشعار اكابر بنويسد تا باعث اعتماد باشد ثمّ ذكر اسم شاه عبّاس

### ١١١٤٨ علم لغز

[سبق فى الالف فى الالغاز الكتب المؤلّفة فيه اجوبة الذكيّة]

١١١٤٩ لفتة الكبد الى نصيحة الولد لابى الفرج عبد الرحمن بن على ابن الجوزى مختصر اوله الحمد لله الذى انشأ الاب الاكبر من تراب الخ ذكر انّه ألّفه لولده ابى القاسم لما رأى منه نوع توان عن الجدّ فى طلب العلم فكتبها يحثّ بها على طلب العلم. ١١١٥٠ لفظة العجلان وبلّة الظمآن مقدّمة مشتملة على مسائل مهمّة وقواعد جامعة للشيخ بدر الدين محمد بن عبد الله الزركشى [الشافعى المتوفى سنة ٧٩٤] مختصر اوله الحمد لله فاتحة كلّ كتاب الخ

---

quorum nomina ignota sunt, voces persicas cum arabicis mixtas habent — postquam igitur sedecim haec lexica manuscripta omnia collegit, voces notiores et leviores, quas hic describere nullius fuisset utilitatis, resecuit; at plurimis vocibus allatis locos probantes e carminibus scriptorum classicorum addidit, ut eam ob caussam auctori fides haberetur. — Deinde nomen Shâhi *Abbâs* in praefatione praedicat. —

### 11148. Ilm loghz. Doctrina aenigmatum,

[de qua supra in litera *Elif* sub *Alghâz* dictum est. Inter scripta de ea composita commemoratur liber *El-Ejwibet El-Dzekiyet*]. —

11149. **Liftet el-kebd**, flexus jecoris ad consilium filio dandum, auctore *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi.* Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui patrem natu maximum e pulvere creavit etc. Auctor librum filio suo *Abu'lcâsim* se composuisse narrat, cum segnitie quadam, quae studium severum fugiebat, in tractandis literis eum laborare videret. Scripsit igitur, ut hoc tractatu ad literarum studium eum excitaret. — 11150. **Laftzat el-ajlân**, verbum properantis et humor sitientis. Isagoge, quae quaestiones gravissimas et regulas universales continet, auctore Sheikh *Bedr-ed-dîn Mohammed Ben Abdallah Zerkeshi*, [Shafiita, anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuo]. In hoc compendium, quod ita incipit: A laude Dei omnis

شرحها الشيخ زكريا بن محمد الانصارى [المتوفى سنة ٩٢٦] شرحًا ممزوجًا وسمّاه فتح الرحمن اوله الحمد لله فاتح ابواب العلوم الخ ١١١٥١ اللفظ الجوهرى فى ردّ خباط الجوجرى فى مسئلة الرؤيا للنساء للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ والّف فيه اسبال الكساء ولخصه وسمّاه رفع الاسى ١١١٥٢ لفظ در السحابة فى حفظ درر الصحابة جزئين لزين الدين سريجا بن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ ١١١٥٣ اللفظ الرائق فى مولد خير الخلائق كراسة مختصرة للحافظ شمس الدين محمد بن ناصر الدين الدمشقى [المتوفى سنة ٨٤٢] ١١١٥٤ اللفظ المحيط بنقض ما لفظ به اللقيط لابى الحسن على بن عبد الله المعروف بابن المنجم [المتوفى سنة ] وهو فى معارضة كتاب الفرق والمعيار كما مرّ فى الفاء ١١١٥٥ اللفظ المكرّم بخصائص النبى المحترم صلعم للقاضى قطب الدين محمد الخيضرى الشافعى المتوفى سنة ٨٩٤ وقد صنّف الناس فيه كثيرا كالبلقينى وامام الكاملية

---

liber orditur etc., Sheikh *Zakariyá Ben Mohammed Ansári,* [anno 926 (inc. 23. Dec. 1519) mortuus,] commentarium *Fat'h el-rahman* inscriptum composuit, qui textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo portas doctrinarum aperienti etc. — 11151. El-Laftz El-Jauheri, vox substantialis de refutanda dementia *Jaujerii*. Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, hic quaestionem tractat, num feminis in paradiso Dei adspectus concessus sit. De eodem argumento librum *Isbál el-kosá* scripsit, et potiora ejus separatim edidit in epitome *Raf'o' el-asá* inscripta. — 11152. Laftz darr el-sehábet, vox pluviae copiosae nubis de margaritis sociorum prophetae conservandis. Duo fasciculi, auctore *Zein-ed-dín Serijá Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 11153. El-Laftz El-Ráic, vox egregia de natalibus optimi inter creatos. Compendium decem foliis comprehensum, auctore Háfitz *Shems-ed-dín Mohammed Ben Násir-ed-dín Dimeshcki*, [anno 842 (inc. 24. Jun. 1438) mortuo]. — 11154. El-Laftz El-Mohít, vox dissolutionem eorum complectens, quae puer projectus enunciat, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Abdallah*, vulgo *Ibn-elmonejjim* dicto [et anno . . . . mortuo]. Scriptus est hic liber in imitationem operis *El-Farc we El-Mi'yár*, ut supra in litera *Fá* dictum est. — 11155. El-Laftz El-Mokerrem, vox generosa de virtutibus prophetae venerabilis peculiaribus prolata, auctore Cadhi *Cotb-ed-dín Mohammed Kheidhari* Shafiita, anno 894 (inc. 5. Dec. 1488) mortuo. Viri docti plures libros ejusdem argumenti composuerunt, ut *Bolckeini*, *Imám*

والسيوطى ١١١٥٦ اللفظ المكرّم فى خصائص النبى صلعم لشهاب الدين احمد بن محمد بن عبد السلام الشافعى [المتوفى سنة ٩٣١] ١١١٥٧ لقط الجمان للشيخ الامام عبد الرحمن ابن الجوزى ١١١٥٨ لقط فى حكايات الصالحين لابى الفرج ابن الجوزى ١١١٥٩ لقط المرجان فى اخبار الجان لجلال الدين السيوطى رسالة ذكرها فى فهرس مولفاته فى فنّ الحديث ١١١٦٠ لقط المرجان من مسند ابى حنيفة النعمان للشيخ زين الدين عمر بن احمد الشماع الحلبى المتوفى سنة ٩٣٦ ١١١٦١ لقط المنافع فى الطبّ مجلد ومختاره للشيخ ابى الفرج عبد الرحمن بن محمد ابن الجوزى جعله على سبعين بابا ثم اختصره وسمّاه مختار النافع اوله الحمد لله فاتح الابواب الخ ١١١٦٢ لمّ الاطراف وضمّ الاتراف للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ على حروف المعجم فى اول الحديث ١١١٦٣ لمح العارضة فيما وقع بين الرافعى والنووى من المعارضة لابى بكر اسمعيل بن

---

*El-Kámiliye* et *Soyúti.* — 11156. El-Laftz El-Mokerrem, vox generosa de virtutibus prophetae peculiaribus, auctore *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ben Abd-el-selám* Shafiita, [anno 931 (inc. 29. Oct. 1524) mortuo]. — 11157. Lact el-jomán, delectus margaritae, auctore Sheikh et Imám *Abd-el-rahman Ibn-eljauzi.* — 11158. Lact fi hikáyát el-sálihín, quisquiliae de historiis sanctorum, auctore *Abu'lfaraj Ibn-eljauzi.* — 11159. Lact el-merján, delectus parvarum margaritarum. Historiae geniorum, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti.* Commemorat hunc tractatum in indice scriptorum suorum in capite librorum traditionariorum. — 11160. Lact el-merján, delectus parvarum margaritarum e libro *Mosnad Abu Hanífae No'mán*, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Omar Ben Ahmed Shemmá' Halebi*, anno 936 (inc. 5. Sept. 1529) mortuo. — 11161. Lact el-menáfi', sylloge observationum utilium de medicina, auctore Sheikh *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Mohammed Ibn-eljauzi.* Volumen, quod in septuaginta capita divisit. Tum illud in epitomen coegit *Mokhtár el-náfi'* inscriptam, quae ita incipit: Laus Deo portas aperienti etc. — 11162. Lamm el-atráf we Dhamm el-atráf, sylloge opum nuperrime acquisitarum et adjectio commoditatum, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Tractatus secundum ordinem alphabeticum ita dispositus, ut initium traditionum respiceretur. — 11163. Lamh el-áridhat, adspectus levis oculorum limorum de controversia, quae inter *Ráfi'* et *Newewi* intercessit, auctore *Abu Bekr Ismail Ben*

عبد العزيز السنكلومى الشافعى ١١١٦٤ لمح الملح اوله الحمد لله الذى خلق من ماء الحيوان انسانا الخ لابى المعالى سعد بن على الخطيرى المتوفى سنة جمع فيه النظم والنثر يدل على كثرة اطلاعه ورتب على الحروف باعتبار حروف السجع والقوافى ١١١٦٥ لمحات الانوار ونفحات الازهار فى فضائل القرآن العظيم لابى القاسم محمد بن عبد الواحد بن ابراهيم الغافقى ذكره صاحب الدرّ النظيم ١١١٦٦ لمحة البدر للدمامينى مقامة مختصرة اولها اما بعد حمد الله الذى يحيى السيئة بالحسنة الخ ١١١٦٧ لمحة الحروف للشيخ الامام ابن السبعين [الاشبيلى المتوفى سنة ٦٦٩] ١١١٦٨ اللمحة فى الطبّ لشيخ الاطبّاء بمصر العفيف ابى سعد بن ابى سرور السامرى الاسرائيلى وهو فى الامراض الجزئية العنيفة متن اختصره من الايلاقى وغيره شرحه مظفر الدين محمود العينتابى المعروف بابن الامشاطى وسمّاه تأسيس الصحّة اوله الحمد لله الذى شرح فى ادنى من لمحة مشكلات الادوآء والاسقام الخ ذكر فيه انه

---

*Abd-el-azîz Senkelûmi* Shafiita. — 11164. Lam'h el-molah, splendor levis narrationum lepidarum, auctore *Abu'lmeâli Sa'd Ben Ali Khatîri*, anno . . . mortuo. In hoc libro, qui ita incipit: Laus Deo, qui hominem ex aqua animali creavit etc., ligatae et solutae orationis specimina collegit, quae multiplicem librorum lectionem probant. Disposuit hanc anthologiam alphabetice, ita ut ordinem literarum homoeoteleutorum, in quae specimina rhythmicae orationis et prosae et metricae desinunt, sequeretur. — 11165. Lamahât el-anwâr we Nafahât el-azhâr, splendores luminum et odores florum de proprietatibus Corani augusti praestantibus, auctore *Abu'lcâsim Mohammed Ben Abd-el-wâhid Ben Ibrâhîm Ghâficki*. Commemorat librum auctor operis *El-Dorr El-Netzîm*. — 11166. Lamhat el-bedr, splendor lunae, auctore *Demâmîni*. Consessus brevis, qui ita incipit: Praemissa laude Dei, qui mala opera bonis vivificat etc. — 11167. Lamhat el-horûf, levis intuitus literarum, auctore Sheikh et Imâm *Ibn-elseb'în* [*Ishbîli*, anno 669 (inc. 20. Aug. 1270) mortuo]. — 11168. El-Lamhat fi el-tibb, levis intuitus medicinae. Princeps medicorum Aegyptiorum temperantia insignis *Abu Sa'd Ben Abi Sorûr Sâwi Isrâili* hunc textum, qui de morbis particularibus violentis agit, ex *Ilâcki* aliisque medicis excerpsit. In eum *Motzaffer-ed-dîn Mahmûd Aintâbi*, vulgo *Ibn-elamshâti* dictus, commentarium composuit *Tasîs el-sihhat* inscriptum, qui ita incipit: Laus Deo, qui citius nictu oculi difficultates morborum animi et corporis dissipat etc. Textum in libris numerari dicit, qui celebritatem consecuti sint, neque

ممّا اشتهر ولم يوجد فى المختصرات مثله الخ مزج المتن بالشرح ١١١٦٩ اللمحة فى علم الحروف لتقى الدين عبد الله بن على بن حسن ذكره الكاشفى ١١١٧٠ لمحة فى النحو وهو مختصر على سبعة ابواب اولها الكلمة قول الخ للشيخ ابى حيّان محمد بن يوسف الاندلسى المتوفى سنة ٧٤٥ وشرحها لجمال الدين عبد الله بن يوسف المعروف بابن هشام النحوى المتوفى سنة ٧٦٢ ومختصرها المنظوم لزين الدين عمر بن مظفر ابن الوردى المتوفى سنة ٧٤٩ ومحمد بن عبد الرحيم المعروف بالبقراط وشرحها الشيخ الامام ابو عبد الله محمد بن عبد الدائم البرماوى المتوفى سنة ٨٣١ اوله الحمد لله حمد من اناب الى ربّه الخ ١١١٧١ اللمحة للسهروردى

١١١٧٢ لمع الادلّة للامام عبد الملك بن عبد الله الجوينى المعروف بامام الحرمين المتوفى سنة [٤٧٨] اوله الحمد لله القادر العليم الفاطر الحكيم الخ وهو مختصر على فصول واملأ الامام فخر الدين الرازى عليه كتابا سماه المعالم وعليه املآء مختصر لشرف الدين بن

---

simile aliud inter compendia inveniri etc. Commentario textum admiscuit. — 11169 **El-Lamhat fi ilm el-horúf**, levis intuitus de doctrina literarum mystica, auctore *Tacki-ed-din Abdallah Ben Ali Ben Hasan.* Commemorat librum *El-Káshifi.* — 11170. **Lamhat fi el-nahw**, levis intuitus. Compendium de grammatica in septem capita dispositum, quod ita incipit: Vox dictum (est) etc., auctore Sheikh *Abu Hayyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi*, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuo. Commentarium in illud scripsit *Jemál-ed-din Abdallah Ben Yusuf* Grammaticus, vulgo *Ibn Hishám* dictus et anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuus, et epitomen versibus contextam ex eo excerpsit *Zein-ed-din Omar Ben Motzaffer Ibn-elwerdi*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuus, et *Mohammed Ben Abd-el-rehim*, vulgo *Bocrát* sive Hippocrates dictus. Praeterea Sheikh et Imám *Abu Abdallah Mohammed Ben Abd-el-dáim Bermáwi*, anno 831 (inc. 22. Oct. 1427) mortuus, commentarium in compendium edidit, qui ita incipit: Laus Deo talis, qualem qui resipiscens ad dominum suum redit impertit etc. — 11171. **El-Lamhat**, levis intuitus, auctore *Soharawerdi.* — 11172. **Lomao' el-adillet**, radii argumentorum, auctore Imám *Abd-el-melik Ben Abdallah Joweini*, vulgo *Imám el-haramein* dicto et anno [478 (inc. 29. Apr. 1085)] mortuo. Hoc compendium ita incipit: Laus Deo potenti, scienti, creatori, sapienti etc., et in sectiones distributum est. Imám *Fakhr-ed-din Rázi* in illud librum dictavit *El-Meálim* inscriptum, itemque *Sheref-ed-din Ben-*

التلمسانى المتوفى سنة   ١١١٧٣ لمع الالمعيّة لاعيان الشافعية من الطبقات للخيضرى ١١١٧٤ لمع الجدليّة فى كيفيّة التحدّث فى علم العربيّة لابى عمر عثمان بن محمد المالقى المتوفى سنة ٦٣٥   ١١١٧٥ لمع الصناعة اى البديع لمحمد بن احمد الاردستانى المتوفى سنة   ١١١٧٦ لمع فى اسمآء من وضع للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ متعلّق بفنّ الحديث   ١١١٧٧ لمع فى اصول الفقه للشيخ ابى اسحق ابراهيم ابن محمد الشيرازى المتوفى سنة ٤٧٦ وشرحه له ايضا وشرح ضيآء الدين ابو عمرو عثمان ابن عيسى الهذيانى المارانى الكردى المتوفى سنة ٦٠٢ فى مجلّدين وابو محمد عبد الله بن احمد البغدادى ولم يكمله   ١١١٧٨ لمع فى التصوّف لابى نصر عبد الله بن على السراج المتوفى سنة   ١١١٧٩ لمع فى الحساب للشيخ ابى العباس احمد بن محمد بن على الهائم المقدسى المتوفى سنة ٨٨٧ اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ قال فهذه لمع يسيرة من علم

---

*eltilimsáni*, anno... mortuus, dictata brevia exhibuit. — 11173. Lomao' el-almeíyet, radii ingenii alacris viros inter Shafiitas praestantissimos illustrantes. Classes Shafiitarum, auctore *Kheidhari*. — 11174. Lomao' el-jadelíyet, radii artis disputandi de ratione rerum in doctrina linguae arabicae moliendarum, auctore *Abu Omar Othmán Ben Mohammed Málicki*, anno 635 (inc. 24. Aug. 1237) mortuo. — 11175. Lomao' el-sináat, radii artis i. e. artis ornate dicendi, auctore *Mohammed Ben Ahmed Ardestáni*, anno . . . mortuo. — 11176. Lomao' fi asmá man wadhaa', radii de nominibus eorum, qui traditiones suppositicias retulerunt, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Hic tractatus ad rem traditionariam pertinet. — 11177. Lomao' fi osúl el-fic'h, radii de principiis juris, auctore Sheikh *Abu Is'hac Ibráhím Ben Mohammed Shirázi*, anno 476 (inc. 21. Mai. 1083) mortuo. Commentarium etiam in librum composuit, et idem fecerunt *Dhiyá-ed-din Abu Amru Othmán Ben Isa Hedzyáni Muráni Kurdi*, anno 602 (inc. 18. Aug. 1205) mortuus, cujus commentarius duobus voluminibus continetur, et *Abu Mohammed Abdullah Ben Ahmed Baghdádi*, qui non absolvit. — 11178. Lomao' fi el-tesawwof, radii de theosophia, auctore *Abu Nasr Abdallah Ben Ali El-Serráj*, anno . . . mortuo. — 11179. Lomao' fi el-hisáb, radii de arithmetica, auctore Sheikh *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Ben Ali Háim Mocaddesi*, anno 887 (inc. 20. Febr. 1482) mortuo. Incipiunt ita: Laus Deo, mundorum domino etc. Auctor: Horum radiorum tenuiorum arithmeticorum cognitione,

للحساب يفتقر الى معرفتها من يريد الشروع فى الفرائض نافعة ان شاء الله تعالى شرحه محمد ابن محمد بن احمد سبط المارديني اوله الحمد لله حمدا يليق بجلاله الخ ١١١٨٠ لمع فى الحوادث والبدع لادريس بن بيدكين التركماني الحنفي ذكره ابن الشحنة فى هامش هكذا ١١١٨١ لمع فى الكلام للامام الحرمين ابى المعالى الجويني اوله الحمد لله الحكيم الفاطر العليم الخ ١١١٨٢ لمع فى النحو لابى الفتح عثمان بن جنى الموصلي النحوى المتوفى سنة ٣٩٢ جمعه من كلام شيخه ابى على الفارسى واعتنى عليه جماعة فشرحه ابو البركات عمر بن ابراهيم العلوى المتوفى سنة ٥٣٩ ومحمود بن حمزة الكرمانى وكان حيا فى حدود سنة ٥٠٠ وله مختصر وقاسم بن قاسم الواسطى المتوفى سنة ٦٢٦ وابن الخشاب عبد الله ابن احمد النحوى ولم يتم توفى سنة ٥٦٧ وابو نصر قاسم بن محمد الواسطى المتوفى سنة وابو زكريا يحيى بن على ابن الخطيب التبريزى المتوفى سنة ٥٠٢ وابو القاسم ناصر بن احمد الشيرازى المتوفى سنة ٥٠٧ وابو نصر حسن بن اسد الفارقى المتوفى سنة ٤٨٧ شرح

---

ait, ei opus est, qui juri hereditario operam dare incipit. Sunt certe volente Deo utiles. ***Mohammed Ben Mohammed Ben Ahmed Sibt El-Maridîni*** commentarium in eos scripsit, qui ita incipit: Laus Deo talis, qualis ejus majestati convenit etc. — **11180. Lomao' fi el-hawádith we el-bida',** radii de eventis recenter accidentibus et rebus novis, auctore ***Idrís Ben Beidekín Turkemâni*** Hanefita. Commemorat librum ***Ibn-elshehne*** in nota marginali modo isthoc... — **11181. Lomao' fi el-kelám,** radii de metaphysica, auctore ***Imâm el-haramein Abu'lmeâli Joweini.*** Incipiunt ita: Laus Deo sapienti, creatori, scienti etc. — **11182. Lomao' fi el-nahw,** radii grammatici, auctore ***Abu'lfat'h Othmân Ben Jinni Mausili*** Grammatico, anno 392 (inc. 20. Nov. 1001) mortuo. Collegit hunc librum ex iis, quae Sheikh suus ***Abu Ali Fârisi*** disputaverat. Multi curam in eo exponendo posuerunt et commentarios scripserunt, ut ***Abu'lberekât Omar Ben Ibrâhîm Alewi,*** anno 539 (inc. 4. Jul. 1144) mortuus — ***Mahmûd Ben Hamza Kermâni,*** qui circa annum 500 (inc. 2. Sept. 1106) vixit. Idem epitomen libri edidit — ***Câsim Ben Câsim Wâsiti,*** anno 626 (inc. 30. Nov. 1228) mortuus — ***Abdallah Ben Ahmed*** Grammaticus, vulgo ***Ibn-elkhashshâb*** dictus et anno 567 (inc. 4. Sept. 1171) mortuus, qui commentarium non absolvit — ***Abu Nasr Câsim Ben Mohammed Wâsiti,*** anno . . . mortuus — ***Abu Zakariyâ Yahya Ben Ali Ibn-elkhatîb Tebrízi,*** anno 502 (inc. 11. Aug. 1108) mortuus — ***Abu'lcâsim Nâsir Ben Ahmed Shîrâzi,*** anno 507 (inc. 18. Jun. 1113) mortuus — ***Abu Nasr Hasan Ben Asad Fârichi,*** anno 487 (inc. 21. Jan. 1094) mortuus, qui ejus versus

ابياته وابو البقآء عبد الله بن حسين العكبرى المتوفى سنة ٦١٦ وابو محمد سعيد بن مبارك ابن الدهان النحوى [المتوفى سنة ٥٦٩] شرحا كبيرا فى مجلّدين وسمّاه الغرّة لا مثل له مع كثرة شروحه وابو القاسم عمر بن ثابت الثمانينى الموصلى المتوفى سنة ٤٤٢ واحمد بن عبد الله المهابادى الضرير المتوفى سنة وابو بكر بن يحيى الجذامى المالقى المتوفى سنة ٦٥٧ وحسن بن احمد الفارقى المتوفى سنة ٤٧٧ وابو الحسن على بن حسن المعروف بشميم الحلى النحوى المتوفى سنة ٦٠١ وابو السعادات هبة الله بن على الشجرى البغدادى المتوفى سنة ٥٤٢ وابو عبد الله محمد بن على بن حميدة الحلبى المتوفى سنة ٥٥٠ وشرح اللمع ابن البرهان الموصلى ولشمس الدين احمد بن الحسين بن الخباز الاربلى النحوى المتوفى سنة ٦٣٧ ‏١١١٨٣ لمع الكاملية فى شرح مقدمة ابن بابشاذ يأتى ‏١١١٨٤ لمعات فى الحكمة لنجم الدين ابن اللبودى المذكور فى الاشارات ‏١١١٨٥ لمعات للشيخ فخر الدين ابراهيم ابن شهريار العراقى المتوفى سنة اوله لولا لمعات برق نور القدم من نحو حمى الجود

---

explicuit — *Abu'lbecá Abdallah Ben Hosein Okberi*, anno 616 (inc. 19. Mart. 1219) mortuus — *Abu Mohammed Saíd Ben Mobárek* Grammaticus, vulgo *Ibn-eldehhán* dictus [et anno 569 (inc. 12. Aug. 1173) mortuus], cujus commentarius, *El-Ghorret* inscriptus, magnus est et duobus voluminibus continetur, nec, copia commentariorum non obstante, parem habet — *Abu'lcásim Omar Ben Thábit Themánini Mausili*, anno 442 (inc. 26. Mai. 1050) mortuus — *Ahmed Ben Abdallah Mehabádi El-Dharír*, anno . . . mortuus — *Abu Bekr Ben Yahya Jodzámi Málicki*, anno 657 (inc. 29. Dec. 1258) mortuus — *Hasan Ben Ahmed Fáricki*, anno 477 (inc. 10. Mai. 1084) mortuus — *Abu'lhasan Ali Ben Hasan Hilli* Grammaticus, vulgo *Shomeim* dictus et anno 601 (inc. 29. Aug. 1204) mortuus — *Abu'lseádát Hibetallah Ben Ali Shejeri Baghdádi*, anno 542 (inc. 2. Jun. 1147) mortuus — et *Abu Abdallah Mohammed Ben Ali Ben Homeida Halebi*, anno 550 (inc. 7. Mart. 1155) mortuus. Denique commentarios in *El-Lomao'* ediderunt *Ibn-elborhán Mausili* et *Shems-ed-dín Ahmed Ben-elhosein Ben-elkhabbáz Irbili* Grammaticus, anno 637 (inc. 3. Aug. 1239) mortuus. — 11183. El-Lomao' El-Kámilíyet, radii *Abu Kámili*. Commentarius in *Mocaddimet* ab *Ibn Bábeshádz* editam, de qua infra videatur. — 11184. Lamaát fi el-hikmet, radiationes de philosophia, auctore *Nejm-ed-dín Ibn-ellobúdi*, de quo supra in *El-Ishárát* mentio facta est. — 11185. Lamaát, radiationes, auctore Sheikh *Fakhr-ed-dín Ibráhím Ben Shehriár Irácki*, anno . . . mortuo. Incipiunt ita: Nisi radiationes fulgurum lucis principii aeterni (emicantes) e regione praesidii inaccessi

وحیّ الکرم الخ در ان وقت که شیخ کامل فخر الدین العراقی بصحبت اسوة المحققین صدر الدین محمد القونوی رسیده است وازوی حقائق فصوص الحکم شنیده مختصری فراهم آورده وآن را بسبب اشتمالی بر لمعهٔ چند از بوارق آن حقائق لمعات نام کرده آثار علم وعرفان از ان پیدا اما بواسطهٔ ان که زبان زدهٔ بدنام کنندهٔ نکونامی چند شده است اهل تقلید رقم ردّ برآن کشیده اند واین فقیر خیر چون آن ردّ وانکاررا می دید نسخ متن مختلف بود قطعهٔ فی التاریخ

بایّام هستی است جامی اسیر
یحیی الله آثار ایامه
بتسوید این شرح توفیق یافت
مقرّا بزلّات اقلامه
وان قال اتممته قد بدا
بما قال تاریخ اتمامه

---

liberalitatis (divinae) et castris tribus generositatis etc. Eo tempore, quo Sheikh perfectus *Fakhr-ed-dîn Irácki* in societatem antistitis scrutatorum doctrinae theosophicae subtilissimorum *Sadr-ed-dîn Mohammed Cunewi* pervenerat, et ex ejus ore praecepta veritatis subtilissimae arcana libri *Fosús el-hikem* audiebat, compendium eorum breve collegit, quod, cum nonnullos radios e fulguribus veritatum illarum subtilissimarum contineret, *Lamaát* i. e. radiationes nominavit. Vestigia doctrinae subtilioris ex eo clare apparent. Cum vero ab iis, qui bonam famam in malam pervertunt, conviciis dilaceraretur, nonnulli e servo imitatorum pecore lineam improbationis super eo duxerunt, et, cum ille sanctus misericordiae divinae egenus hanc improbationem animadverteret, recensiones textus (mutationibus ab eo vivo factis) diversae exstiterunt. — Fragmentum chronogrammaticum, (in quo vox *atmamtoho* „Eum absolvi" annum 886 (inc. 2. Mart. 1481) significat):

*Jámi* diebus vitae addictus est;
Deus igitur ejus diebus justos vitae actus praebeat!
Ad hunc commentarium primis lineis conscribendum auxilium divinum nactus est,
Licet errores calamorum suorum confessus.
Et quando dicit: „Eum absolvi", hoc dicto
Simul tempus, quo ille ad finem perductus est, apparet.

شرحه صائن الدين [علي الاصفهاني المتوفى سنة ٨٣٥] وسمّاه الضوء وللمولى الجامي شرح قال في آخر شرحه

توحيد حق اى خلاصهٔ مخترعات
باشد بسخن يافتن از ممتنعات
رونقى وجود كن كه در خود يابى
سرّى كه نيابى زفصوص لمعات

وشرحه الشيخ يار علي الشيرازي بالفارسية بالقول وسماه اللمحات اوله ثناى بى حد ولايق سپاس بى قياس الخ وللمولى الجامي نور الدين عبد الرحمن بن احمد كتاب سماه اشعة اللمعات توفي سنة ٨٩٨ ١١١٨٦ لمعة الادلّة في اصول النحو لكمال الدين عبد الرحمن بن محمد الانباري [المتوفى سنة ٥٧٧] ورتّب على ثلثين فصلا ١١١٨٧ لمعة الاشراق في الاشتقاق للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ وله اللمعة في نكت القطعة ١١١٨٨ لمعة الانوار وبركة الاعمار [لابي الحسن علي بن احمد الحرّاني المغربي

---

In compendium illud *Sáin-ed-dín* [*Ali Isfaháni*, anno 835 (inc. 9. Sept. 1431) mortuus], commentarium edidit *El-Dhú'* inscriptum. Praeterea Molla *Jámi* commentarium scripsit, in cujus fine hoc dicit:

Ut quis scientiam unitatis Dei, o praestantissima essentiarum e nihilo creatarum,
Verbis nanciscatur, minime fieri potest.
Illa scientia splendor est existentiae concretae vocis Sit, quem in te ipso invenis,
Arcanum, cujus possessionem ex libro *Fosús lamaát* minime acquiris —

et commentarium persicum *Lamahát* inscriptum, qui sola verba textus explicita admixta habet et ita incipit: Laus infinita et gloriatio digna immensa etc., Sheikh *Yár Ali Shirázi.* — Denique Molla *Núr-ed-dín Abd-el-rahman Ben Ahmed*, vulgo *Jámi* dictus et anno 898 (inc. 23. Oct. 1492) mortuus, librum edidit *Ashi'at El-Lamaát* inscriptum. 11186. Lam'at el-adillet, radiatio argumentorum de principiis grammaticis, auctore *Kemál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Mohammed Anbári*, [anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) mortuo]. Disposuit librum in triginta sectiones. — 11187. Lam'at el-ishrác, radiatio splendoris. Opus etymologicum, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Idem librum ejusdem tituli *El-Lam'at* scripsit, qui observationes subtiles in opus *El-Ckit'at* continet. — 11188. Lam'at el-anwár we Barakat el-a'már, radiatio luminum et felicitas temporum vitae, [auctore *Abu'lhasan Ali*

الاندلسى المتوفى سنة ٦٣٧] ١١١٨٩ لمعة البدر فى نظم جامع الصغير فى الفروع مر ١١١٩٠ لمعة الزمان فى القراءة ١١١٩١ اللمعة فى اجوبة الاسئلة السبعة رسالة لجلال الدين السيوطى اوردها فى حاوية تماما ١١١٩٢ لمعة فى تحقيق ركعة لادراك الجمعة لجلال الدين السيوطى

١١١٩٣ اللمعة فى حلّ السبعة للشيخ شهاب الدين احمد بن غلام الله الكوفى الريشى الموقت بجامع الملك المؤيّد مختصر اوله الحمد لله الذى جعل العلم شمسا الخ ذكر فيه انّه الّف اولا كتاب نزهة الناظر فى تلخيص زيج ابن الشاطر ثمّ اختصره على وجه بديع حاوٍ لما فيه من الاعمال حاصرا لرسالته فى اثنى عشر فصلا والجداول فى ستين جدولا

١١١٩٤ [اللمعة فى خصائص يوم الجمعة رسالة لجلال الدين السيوطى اوله الحمد لله الذى خصّ هذه الامّة الخ قال ذكر ابن القيم فى كتاب الهدى ليوم الجمعة خصوصيات بضعا وعشرين ومائة اضعاف ما ذكره مراتب استيعابها ١١١٩٥ لمعة فى الردّ على اهل الزيغ والبدعة

---

*Ben Ahmed Harráni Maghribi Andalusi*, anno 637 (inc. 3. Aug. 1239) mortuo]. — 11189. Lam'at el-bedr, radiatio lunae. Circumscriptio metrica libri *El-Jámi' El-Saghír* de articulis juris derivatis. Vide supra. — 11190. Lam'at el-zemán, radiatio temporis de lectione Corani critica. — 11191. El-Lam'at fi ejwibet el-es'ilet el-seb'at, radiatio responsa continens ad septem quaestiones reddita, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti*. Affert tractatum integrum in suo *Háwi*. — 11192. Lam'at fi tahckíc rak'at, radiatio de cognitione accurata inclinationis capitis inter precandum ad diem Veneris recte intelligendum, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti*. — 11193. El-Lam'at fi hall el-seb'at, radiatio de solutione septem planetarum, auctore Sheikh *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Gholám Allah Kufi Rishi* ad templum cathedrale *Meliki Mowayyed* Astronomo. Narrat in hoc compendio, quod ita incipit: Laus Deo, qui scientiam solem esse voluit etc., primum se librum *Nuzhet el-nátzír fi telkhís Zíj Ibn-elshátir* composuisse. Postea hunc nova ratione in epitomen ita coegit, ut operationes quae in illo inveniuntur comprehenderet, tractatumque duodecim sectionibus inclusit et tabulas sexaginta consignavit. — 11194. El-Lam'at fi khasáis yaum el-jom'at, radiatio de propriis diei Veneris virtutibus, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti*. Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo, qui hunc populum sibi proprium esse voluit etc. Teste auctore *Ibn-elcayyím* in libro *El-Hodá*: Diei Veneris, ait, proprietates sunt amplius centum viginti; atque hoc duplum earum est, quae in serie ordinum qui eas plene recensent commemorantur. — 11195. El-Lam'at fi el-radd ala ahl el-zeigh we el-bid'at, radiatio de refutatione hominum a

في مسائل اصول الاعتقاد وما يخالف فيه اهل السنّة اهل الاعتزال والالحاد لابي معمر سالم
ابن عبد الله الهروى المتوفى سنة ٤٣٣] ١١١٩٦ لمعة في صنعة الشعر مختصر لابي البركات
عبد الرحمن بن محمد الانبارى المتوفى سنة ٥٧٧ اولها الحمد لله ربّ الارباب الخ ١١١٩٧
اللمعة الكافية في الادوية الشافية في الطبّ مجلّد اوله الحمد لله الذى هدانا الى طريق
الحقّ الخ [للسلطان العباس بن داود بن يوسف بن عمر بن رسول من ملوك اليمن] ذكر
فيه ان تضمّنه ذكر الادوية التى نصّ عليها علماء الطبّ ويجعلها له ابدالاً فقسم اقساما
وذكر الامراض والمعالجات ١١١٩٨ لمعة لابي عبد الله محمد بن قاسم التميمي الفاسى المتوفى
سنة ١١١٩٩ لمعة النورانيّة في تخميس الابيات السهيليّة للشيخ زين الدين عمر بن احمد
الشماع الحلبى المتوفى سنة ٩٣٦ مطلعها يا من يرى ما في الضمير ويسمع ١١٢٠٠ لمعة النورانيّة
في الاوراد الربانيّة للشيخ شرف الدين احمد بن على بن يوسف البونى القرشى المتوفى سنة اوله

---

vero declinantium et rerum novarum studiosorum, auctore *Abu Ma'mar Sálim Ben Abdallah Herewi*, anno 433 (inc. 31. Aug. 1041) mortuo]. Liber problemata continet principiorum verae fidei et dogmata, quibus Sunnitae a Motazelitis et aliis haereticis dissentiunt. — 11196. El-Lam'at fi san'at el-shi'r, radiatio de arte poetica, auctore *Abu'lberekát Abd-el-rahman Ben Mohammed Anbári*, anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, dominorum domino etc. — 11197. El-Lam'at El-Káfiyet, radiatio sufficiens de remediis sanantibus. Volumen de medicina, quod ita incipit: Laus Deo, qui nos ad viam veritatis ducit etc., [auctore Sultán *El-Abbás Ben Dawud Ben Yusuf Ben Omar Ben Resúl* principe Yemenensi]. Dicit ibi, argumentum libri recensione medicamentorum contineri, quae medicinae periti designaverint, illaque medicinae vices sustinere vult. Divisit ea in partes et morbos et sanationis methodos recenset. — 11198. El-Lam'at, radiatio, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Cásim Temími Fási*, anno . . . mortuo. — 11199. El-Lam'at El-Nuráníyet, radiatio lucida, quae versus *Casídae Ainíyet* a *Soheili* editae quinquiplicatos continet, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Omar Ben Ahmed Halebi*, vulgo *El-Shemmá'* dicto et anno 936 (inc. 5. Sept. 1529) mortuo. Initium carminis hoc est: O Tu, qui vides quae in mente abdita sunt et audis. — 11200. El-Lam'at El-Nuráníyet fi el-aurád el-rebbáníyet, radiatio lucida pericopas precum dominicas continens, auctore Sheikh *Sheref-ed-dín Ahmed Ben Ali Ben Yusuf El-Búni Coreshi*, anno . . . mortuo. Incipit ita: Laudo Deum pro

احمد الله على حسن توفيقه الخ ذكر فيه دعوات الساعات فبدأ بيوم الاحد وذكر دعآء كلّ ساعة ثم ذكر يوم الاثنين ثم وثم ثم شرحها شرحًا مختصرًا اوله الحمد لله الدائم المنعم الخ ذكر فيه انّه اظهر فيه [سرّ] اللمعة المشهورة ورمز فى بعض من الاسرار وقسمها ستة عشر حرفا وهو كالمقدمة على اللمعة المشهورة وضعها فى السيميا ومرّة سمّاه كنز اللطائف الروحانيّة فى اسرار اللمعة النورانيّة اوله الحمد لواهب العلم الروحانى الخ وشرحه الشيخ عبد الرحمن بن محمد البسطامى وسماه ارواق الحكمة الربانية فى شرح اوقات اللمعة النورانيّة اوله الحمد لله اللطيف بعبده الخ ذكر انّه قرأ اللمعة بمصر على الشيخ عزّ الدين محمد ابن جماعة سنة ٨٠٧ وفرغ من تمامه سنة ٨٤١ ١١٢٠١ اللوآء العزيز باسم الملك العزيز فى الحديث لموفق البغدادى المذكور فى الانصاف ١١٢٠٢ اللوآء المرفوع فى حلّ مباحث الموضوع لطاشكبرى زاده اوله سبحان من انزل من سمآء العلم الخ ١١٢٠٣ اللوآء المعلّم فى مواطن

---

benefico ejus auxilio etc. Profert ibi preces horarum et a feria prima incipit, cujus preces per singulas horas faciendas proponit. Tum ad feriam secundam pergit et deinceps ad ceteras. In librum ipse posteà commentarium brevem edidit, qui ita incipit: Laus Deo, perenni beneficiorum largitori etc. Dicit ibi, se hic [arcanum] libri *El-Lam'at El-Meshhúret* aperuisse, et in nonnullis arcanis modo occulto et quasi aenigmatico loquitur. Hic liber, quem in sedecim literas divisit, prolegomena quasi continet in *El-Lam'at El-Meshhúret*, quam de arte phantasmagorica composuit, et alias eundem librum, qui ita incipit: Laus Deo, scientiae spiritalis datori etc., *Kanz el-letáif el-ruhániyet fi asrár El-Lam'at El-Nuráníyet* nominat. Sheikh *Abd-el-rahman Ben Mohammed Bistámi* in eum commentarium *Arwác el-hikmet el-rebbaniyet fi sharh aucát El-Lam'at El-Nuráníyet* inscriptum edidit, qui ita incipit: Laus Deo cum servo suo benigne agenti etc. Auctor narrat, se in urbe Misr *El-Lam'at* praeside Sheikho *Izz-ed-dín Mohammed Ben Jemáa* anno 807 (inc. 10. Jul. 1404) legisse commentariumque anno 841 (inc. 5. Jul. 1437) absolvisse. — 11201. El-Liwá El-Azíz, vexillum magnificum nomine *El-Meliki El-Azíz* compositum. Liber de re traditionaria, quem *Mowaffic-ed-dín Baghdádi* sub *El-Insáf* commemoratus composuit. — 11202. El-Liwá El-Merfú', vexillum in altum sublatum de quaestionibus objecti solvendis, auctore *Táshköprizádeh.* Liber ita incipit: Praedicatus sit ille, qui coelitus doctrinam revelavit etc. — 11203. El-Liwá El-Moallem, vexillum signis notatum de locis, quibus pro propheta precatur, auctore Cádhi

الصلوة على النبى صلعم للقاضى قطب الدين محمد بن محمد الخيضرى المتوفى سنة ٨٩٤

١١٢٠٤ لواعج الاشواق فى دواعج الاحداق للشيخ عبد الرحمن البسطامى ذكر فيه لطائف وحكايات

١١٢٠٥ لواقح الاسرار ولوائح الانوار تلقاها من شيخه محيى الدين ابن عربى للشيخ شمس الدين اسمعيل بن سودكين [بن عبد الله النورى] الحنفى المتوفى سنة ٦٤٦ على سبعة اجزاء ا فى النسب الالهيّة ٢ فى الحقائق ومراتب العارفين ٣ فى حيوة الارواح وتعلّقات قواها ٤ فى التنزّلات الواردة على الانبياء والاولياء ٥ فى تعدّى الاعمال ٦ فى النفس والرؤية والشهود ٧ فى العلم والاحاطة والاسماء وغير ذلك

١١٢٠٦ لواقح الانوار فى طبقات السادة الاخيار فى مجلّد للشيخ ابى المواهب عبد الوهاب بن احمد الشعرانى الشافعى المتوفى سنة ٩٧٣ قال لخّصت فيه طبقات جماعة من الاولياء الذين يقتدون بهم فى طريق الله الى آخر القرن التاسع وبعض العاشر انتهى اوله الحمد لله الذى خلع على اوليائه خلع انعامه

---

***Cotb-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Kheidhari***, anno 894 (inc. 5. Dec. 1488) mortuo. — 11204. Lewáij el-ashwác fi dewáij el-ahdác, ardores libidinum in pupillis oculorum valde nigris, auctore Sheikh ***Abd-el-rahman Bistámi.*** Profert ibi sententias facetas et narrationes. — 11205. Lewáckih el-asrár we Lewáih el-anwár, spiritus arcana fecundantes et splendores luminum, quos Sheikh ***Shems-ed-dín Ismaíl Ben Soweidekín*** [***Ben Abdallah Nuri***] Hanefita, anno 646 (inc. 26. Apr. 1248) mortuus, a Sheikho suo ***Mohyi-ed-dín Ibn Arabi*** acceperat. Divisi sunt in septem partes, quarum prima de relationibus divinis agit — secunda de veritatibus arcanis et doctorum spiritalium ordinibus — tertia de vita spirituum et mutuis virium eorum gradibus — quarta de revelationibus prophetis et sanctis sensim coelitus contingentibus — quinta de actionibus legem transgredientibus — sexta de anima, adspectu spiritali et intuitu Dei in Deo — septima de scientia, cognitione perfecta, nominibus et aliis similibus. — 11206. Lewáckih el-anwár, spiritus lumina fecundantes de classibus mysticorum sanctorum. Volumen, auctore Sheikh ***Abu'lmewáhib Abd-el-wehháb Ben Ahmed Sha'ráni*** Shafiita, anno 973 (inc. 29. Jul. 1565) mortuo. Excerpsi ibi, ait, potiorem partem classes multorum sanctorum, qui principes illos in via Dei imitati sunt, usque ad finem seculi noni et partem decimi seculi. — Haec ille. — Liber ita incipit: *Laus Deo, qui sanctos suos vestibus sollemnibus beneficiorum suorum ornavit etc.* Auctor eum die decimo quinto mensis

الخ فرغ عنه فى الخامس عشر شهر رجب سنة اثنين وخمسين وتسعمائة بمصر وذكر فيه من الصحابة ٢٤ والتابعين ٩٥ والنسوان ١٧ والمشايخ ٢٠٠ ومشايخ عصره ٨٦ فالجملة ما ذكر اربعمائة واثنان وعشرون نفسا اراد به تعريف طريق القوم لا غير ثم ذيّله بكتاب مختصر ذكر فيه جماعة من مشايخ مصر فى عصره وقال فى آخره والباقى ذكرناهم فى كتاب المفاخر والمآثر فى علمآء القرن العاشر وقال كان آخر لواقح الانوار مع ذيله الى عصرنا هذا وهو سنة احدى وستين وتسعمائة قال لم اذكر من الصحابة والتابعين والعلمآء الّا من له كلام فى الطريق كما لم اذكر من الصوفية والعلمآء الذين ادركتهم الّا من كان لى به صحبة او قرأت عليه او اخذ العهد عليه ١١٢٠٧ لواقح الانوار القدسيّة المنتخب من الفتوحات المكية مرّ فى الفآء ومختصره كبريت احمر مرّ ايضا كلاهما للشيخ عبد الوهاب المذكور ١١٢٠٨ اللوامح لابى الفضل الرازى ١١٢٠٩ لوامع الاسرار فى شرح مطالع الانوار يأتى ١١٢١٠ لوامع الاشراق فى الحكمة العمليّة

---

Rejeb anni 952 (inc. 15. Mart. 1545) in Aegypto absolvit, ibique sociorum prophetae viginti quatuor, horum asseclarum nonaginta quinque, feminarum decem et septem, Sheikhorum ducentos, et Sheikhorum sui aevi octoginta sex recenset, ut summa eorum, quos commemorat, quadringentae viginti duae sint personae. His omnibus definire tantum voluit viam mysticorum spiritalem, nil aliud. Deinde librum breviore continuavit, in quo multos Sheikhos sui aevi in Aegypto recensuit, et ad finem: Ceteros, inquit, in libro *El-Mefákhir we El-Meáthir fi olamá el-carn el-áshir* commemoravimus, et: Absolvi, pergit, librum *Lewáckih el-anwár* cum appendice ad hoc nostrum aevum i. e. ad annum 961 (inc. 7. Dec. 1553) continuata. E sociis prophetae, inquit, eorumque asseclis et viris doctis nonnisi eos recensui, qui de via spiritali verba fecerunt, quemadmodum e theosophis et viris doctis aequalibus eos tantum commemoravi, quibuscum mihi familiaritas fuit, aut quos praesides in lectionibus habui aut quibus me eos commemorare velle promisi. — 11207. Lewáckih el-anwár el-codsíyet, spiritus lumina divina fecundantes. Epitome est ex libro *El-Fotúhát El-Mekkíyet*, de quo supra diximus, cum delectu facta. Alia epitome, cujus non minus supra mentio facta est, nomen *Kibrít Ahmar* prae se fert. Uterque liber Sheikhum laudatum *Abd-el-wehháb* auctorem habet. — 11208. El-Lewámih, intuitiones leves, auctore *Abu'lfadhl Rází.* — 11209. Lewámi' el-asrár, splendores arcanorum. Commentarius in *Metáli' el-anwár*, de quo infra videatur. — 11210. Lewámi' el-ishrác, splendores intelligentiae orientis in philosophia practica, domestica et urbana de linea-

والمنزليّة والمدنيّة فى مكارم الاخلاق لجلال الدين محمد بن اسعد الصديقى الدوانى المتوفى سنة ٩٠٨ فارسى مختصر اوله افتتاح كلام بنام واجب الاعطاء الخ ١١٢١١ لوامع الافكار للشيخ ايدمر بن على الجلدكى من رجال القرن الثامن صنّفه بدمشق ١١٢١٢ لوامع الامور لابى اسحق السقطى المتوفى سنة ١١٢١٣ لوامع الانوار فى نظم غريب الموطأ ومسلم لمحمد بن محمد الموصلى الشافعى اوله الحمد لله على نعمائه حمدا الخ وفرغ فى نصف ذى القعدة سنة ٧٧٠ ١١٢١٤ لوامع انوار القلوب فى جميع اسرار المحبوب للقاضى عزيزى بن عبد الملك المعروف بشيذلة [الفقيه الشافعى المتوفى سنة ٤٩٤] الّفه فى معنى المحبة عند الاصوليين وحدودها على السنة المحققين ١١٢١٥ لوامع انوار القلوب وجوامع اسرار الغيوب فى علم الحرف لعبد الرحمن بن محمد البسطامى الحنفى المتوفى سنة رسالة استخرجها من مائة كتاب وقال فى كتاب الدرّة اللامعة هو بين ايدينا كالكتاب المشهود واللواء المعقود الذى سرّه عرش الادعية

---

mentis morum generosis, auctore *Jelál-ed-dín Mohammed Ben As'ad Sa'díki Dewáni*, anno 908 (inc. 7. Jul. 1502) mortuo. Compendium persicum, quod ita incipit: Initium sermonis a nomine ejus, qui per se necessario largitur etc. — 11211. Lewámi' el-afkár, splendores cogitationum. Scripsit Damasci Sheikh *Eidemir Ben Ali Jildicki*, qui seculo octavo floruit. — 11212. Lewámi' el-omúr, splendores rerum, auctore *Abu Is'hac Sacati*, anno . . . mortuo. — 11213. Lewámi' el-anwár, splendores luminum. Circumscriptio metrica dictionum librorum *Mowatta* et *Moslimi* inusitatarum, auctore *Mohammed Ben Mohammed Mausili* Shafiita. Incipit illa ita: Laus Deo pro ejus beneficiis talis etc., et auctor medio mense Dzu'lca'det anni 770 (inc. 16. Aug. 1368) absolvit. — 11214. Lewámi' anwár el-colúb, splendores luminum cordium de omnibus dilecti arcanis. Composuit Cádhi *Azízi Ben Abd-el-melik* [Jurisconsultus Shafiita], vulgo *Sheidzala* dictus [et anno 494 (inc. 6. Nov. 1100) mortuus], de significatione, quae voci *mahabbet* i. e. „amor" ab jurisconsultis principia theologiae dogmaticae et juris civilis tractantibus tribuitur, deque ejus terminationibus generi dicendi convenienter, quo doctores scientiae theosophicae peritissimi utuntur. — 11215. Lewámi' anwár el-colúb we Jewámi' asrár el-ghoyúb, splendores luminum cordium et veritates graviores arcanorum rerum invisibilium de doctrina qualitatum literis propriarum. Tractatus, quem *Abd-el-rahman Ben Mohammed Bistámi* Hanefita, anno . . . mortuus, e centum scriptis extraxit. In libro *El-Dorret El-Lámiat:* Hic liber *Lewámi'*, ait, qui in manibus nostris est, auctoritatem habet libri sancti et vexilli parati, in cujus thesauris intimis thronus precationum latet,

ودرّه فرش الادوية فان من تصرّف باسمآئه كان من اوليآئه انتهى وقال فى شمس الآفاق لما كمل لوامع الانوار استخرت الله فى تكملته بفوآئد مفيدة من شمس المعارف وغيره وسمّاه شمس الآفاق ١١٢١٦ لوامع الانوار للشيخ شهاب الدين ابى العباس احمد بن محمد بن ابى بكر الخطيب القسطلانى الشافعى المتوفى سنة ٩٢٣ [وقد مرّ فى كتاب الانوار فى الكاف] ١١٢١٧ لوامع الانوار وبوارق الاسرار فى الطلسمات ذكره البونى ١١٢١٨ لوامع البرق الموهن فى معنى ما وسعنى ارضى ولا سمآئى ووسعنى قلب عبدى المؤمن وله مختصره المسمى بقبس اللوامع للشيخ قطب الدين عبد الكريم بن ابراهيم الكيلانى وهو على ثمانية ابواب اورد فيه مباحث الحضرات على لسان اهل الاشارات قال وهو الجزء التاسع من كتاب القاموس الاعظم اوله الحمد لله مظهر اسمآئه الخ ١١٢١٩ لوامع البروق فى سلطنة الملك الظاهر برقوق ذكره البونى ١١٢٢٠ لوامع البرهان وقواطع البيان فى معانى القرآن تفسير مختصر اوله الحمد لله الذى جعل

---

et cujus praecepta pretiosa stragulum remediorum sunt. Qui enim ejus nominibus libere uti scit, in sanctis Dei habetur. — Haec ille. — Et in libro *Shems el-afâc:* Postquam, inquit, liber *Lewámi' el-anwár* ad finem perductus fuit, Deum precibus adii, ut fauste illum librum absolverem praeceptis utilibus ex opere *Shems el-meárif* aliisque scriptis repletum, eique nomen *Shems el-afâc* dedit. — 11216. **Lewámi' el-anwár**, splendores luminum, auctore Sheikh *Shehâb-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Ben Abi Bekr El-Khatíb Castelâni* Shafiita, anno 923 (inc. 24. Jan. 1517) mortuo. [De hoc libro jam supra in litera *Kâf* sub *Kitáb el-anwár* dictum est]. — 11217. **Lewámi' el-anwár we Bewáric el-asrár**, splendores luminum et fulgura arcanorum de talismatis. Commemoratur ab *El-Búni.* — 11218. **Lewámi' el-barc el-muhin**, splendores fulguris media nocte nitentis de significatione dicti „Neque terra mea neque coelum meum me comprehendit, at me comprehendit cor servi mei fidelis", auctore Sheikh *Cotb-ed-dín Abd-el-kerím Ben Ibráhím Kiláni.* Idem epitomen libri edidit *Cabs El-Lewámi'* inscriptam. Archetypum in octo capita distribuit, in quibus disquisitiones praesentiarum (quinque) mysticarum dictioni theosophorum convenienter profert. Illud partem, ait, nonam *Camúsi* maximi efficit, et incipit ita: Laus Deo nomina sua manifestanti etc. — 11219. **Lewámi' el-borúc**, splendores fulgurum de Sultanatu *Meliki El-Táhir Bercúc.* Commemorat librum *El-Búni.* — 11220. **Lewámi' el-borhán we Cawáti' el-beyán**, splendores argumenti et probationes certae expositionis de sententiis Corani. Commentarius in Coranum brevis, qui ita incipit: Laus Deo, qui laudem initium Corani sui esse

الحمد مفتتح قرآنه الخ لابى الفضائل محمد بن حسين المعين بفتح الميم ١١٢٢١ لوامع البيان ١١٢٢٢ لوامع البيّنات فى شرح اسمآء الله والصفات لفخر الدين الرازى ١١٢٢٣ لوامع التعريف فى مطالع التصريف ذكره البونى لابى عبد الله يعيش بن ابراهيم الاموى ١١٢٢٤ لوامع تنوير المقام فى جوامع تعبير المنام لابى الطيّب محمد بن محمد المدنى المتوفى سنة ١١٢٢٥ لوامع التوحيد ١١٢٢٦ لوامع الدلائل فى زوايا المسآئل لابى الحسن [على بن محمد] الكياهراسى الشافعى [المتوفى سنة ٥٠٤] ١١٢٢٧ لوامع فى احاديث المختصر والجامع لابى المظفر يوسف قزاغلى سبط ابن الجوزى المتوفى سنة ٦٥٤ ١١٢٢٨ اللوامع المشرقة فى ذمّ الوحدة المطلقة للسيوطى ذكره فى فنّ الكلام ١١٢٢٩ اللوامع المضيئة من الاربعين البدريّة من مرويات بدر الدين ابى الفضل محمد بن قاضى شهبة تخريج احاديث احمد بن خليل ابن اللبودى اوله اما بعد حمد الله الذى فعل العلمآء الخ وهو اربعون حديثا من طريق

---

voluit etc., auctore *Abu'lfedháil Mohammed Ben Hosein El-Maín.* — 11221. Lewámi' el-beyán, splendores expositionis. — 11222. El-Lewámi' El-Beyyinát, splendores clari. Commentarius in nomina et attributa Dei, auctore *Fakhr-ed-dín Rázi.* — 11223. Lewámi' el-ta'ríf, splendores definitionis de ortibus liberi arbitrii, auctore *Abu Abdallah Yaish Ben Ibráhím* Omayyada. Commemoratur ab *El-Búni.* — 11224. Lewámi' tenwír el-mecám, splendores illustrationis loci de praeceptis interpretationis somniorum gravioribus, auctore *Abu'l-tayyib Mohammed Ben Mohammed Medeni,* anno . . . mortuo. — 11225. Lewámi' el-tauhíd, splendores doctrinae de uno Deo. — 11226. Lewámi' el-deláil fi zewáyá el-mesáil, splendores argumentorum de cellulis abditis quaestionum, auctore *Abu'lhasan* [*Ali Ben Mohammed*] *Kiyáherási* Shafiita, [anno 504 (inc. 20. Jul. 1110) mortuo]. — 11227. El-Lewámi' fi ahádíth El-Mokhtasar we El-Jámi', splendores de traditionibus librorum *Mokhtasar* et *Jámi'*, auctore *Abu'lmotzaffer Yusuf Chizughli Sibt Ibn el-eljauzi,* anno 654 (inc. 30. Jan. 1256) mortuo. — 11228. El-Lewámi' El-Moshricat, splendores orientes de unitate absoluta minutius et scrupulosius carpenda. Scripsit *Soyúti,* et tractatum in scriptis suis metaphysicis recenset. — 11229. El-Lewámi' El-Modhiyet, splendores e quadraginta traditionibus *Bedr-ed-díni* lumen spargentes. *Bedr-ed-dín Abu'lfadhl Mohammed Ben Cádhi Shohbeh* has traditiones retulit, et *Ahmed Ben Khalíl Ibn-ellobúdi* eas primus literis consignavit. Hae quadraginta traditiones, quae ita incipiunt: Laude Dei praemissa, qui viros doctos esse voluit etc., auctoritate

اربعين اماما من اصحاب الشافعي ١١٢٣٠ لوامع لابي سعيد عبد الملك بن عثمان [الخركوشي] الواعظ المتوفي سنة ٤٠٦ ١١٢٣١ اللوامع والبوارق في الجوامع والفوارق في الفتاوى لجلال الدين السيوطي ١١٢٣٢ لوائح الانوار الربانية ١١٢٣٣ اللوائح السلاحية والمنائح الصلاحية في تاريخ بني ايوب لزين الدين سريجا بن محمد الملطي المتوفي سنة ٧٨٨ ١١٢٣٤ لوائح فارسي لمولانا نور الدين عبد الرحمن بن احمد الجامي المتوفي سنة منظوم ومنثور اوله لا احصي ثناء عليك كيف وكل ثناء يعود اليك الخ شرحه السيد الكاسه كراني بالفارسية ايضا قيل هو شرح جيد ١١٢٣٥ لوح العارفين وروح الصادقين للشيخ زين الدين سريجا ابن محمد الملطي المتوفي سنة ٧٨٨ ١١٢٣٦ لوعة الشاكي ودمعة الباكي للشيخ زين الدين منصور بن عبد الرحمن الشافعي المتوفي سنة وهي مقامة حسنة ١١٢٣٨ لؤلؤة التفكر للامام ابي الصفاء ناصر بن علي ١١٢٣٨ لؤلؤة في الحديث محذوفة السند لعبد الرحمن بن عبد المحسن

---

quadraginta Imamorum ex discipulis *Shafii* relatae sunt. — 11230. **Lewámi'**, splendores, auctore *Abu Saíd Abd-el-melik Ben Othmán* [*Kharkúshi*] Oratore sacro, anno 406 (inc. 21. Jun. 1015) mortuo. — 11231. **El-Lewámi' we El-Bewáric fi el-jewámi' we el-fewáric**, splendores et fulgura de iis responsis juridicis, quae jungentia et disjungentia dicuntur, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti.* — 11232. **Lewáih el-anwár el-rebbáníyet**, nitores luminum divinorum. — 11233. **El-Lewáih El-Siláhíyet we El-Menáih El-Saláhíyet**, nitores armorum et dona *Saláh-ed-dín*ica. Historia Eyyubidarum, auctore *Zein-ed-dín Seríjá Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 11234. **Lewáih**, nitores, auctore Molla nostro *Núr-ed-dín Abd-el-rahman Ben Ahmed Jámi*, anno ... mortuo. Anthologia persica soluta et ligata oratione contexta, quae ita incipit: Non possum numerare gloriam tuam. Quomodo possim? Jam omnis laus ad Te redit etc. In eam Seyyid *Káseh Kerráni* commentarium pariter persicum edidit, qui egregius esse dicitur. — 11235. **Lúh el-árifín we Rúh el-sádickín**, tabula studiosorum cognitionis spiritalis et spiritus veritatis viam ingredientium, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Seríjá Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 12236. **Lauat el-sháki we Dem'at el-báki**, tristitia querentis et lacrymae plorantis, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Mansúr Ben Abd-el-rahman* Shafiita, anno ... mortuo. Consessus elegans. — 11237. **Luluet el-tefakkor**, margarita cogitationis, auctore Imám *Abu'lsafá Námir Ben Ali.* — 11238. **Luluet**, margarita de traditionibus, quas *Abd-el-rahman Ben Abd-el-mohsin Wásiti* Shafiita,

الواسطى الشافعى المتوفى سنة ٧٤٤ ١١٢٣٩ اللؤلؤة المكنونة واليتيمة المصونة قصيدة ميمية فى علم اللغة لابى الحسن شيث بن ابراهيم الفناوى القفطى المتوفى سنة ٥٩٨ ١١٢٤٠ اللؤلؤة فى المواعظ لابى الفرج ابن الجوزى ١١٢٤١ اللؤلؤ المكنون فى جمع الاوجه من سورة الكوثر الى قوله تعالى واولئك هم المفلحون للشيخ سيف الدين ابن عطاء الله البصيرى مختصر اوله الحمد لله الذى جعل القرآن العظيم وقاية لحفظته من النار الخ ذكر فيه ان شيخه شهاب الدين احمد بن احمد بن عبد الحق السنباطى لما ختم الطيبة عليه بالقراءة وجعل له فوائد اشار الى جمعه فجمع ١١٢٤٢ اللؤلؤ المنثور فى العمل بربع الدستور للشيخ محمد ابن محمد ابن بنت المارديني مختصر على خمسة وثلاثين بابا اوله الحمد لله الكريم الغفار الخ ١١٢٤٣ اللؤلؤ النظيم فى روم التعلم والتعليم للقاضى زكرياء [الانصارى المتوفى سنة ٩٢٦] ذكر فيه اصناف العلوم وحدودها مختصر اوله الحمد لله الذى شرف من وثقه بالعلم والعمل الخ ١١٢٤٤

anno 744 (inc. 26. Mai. 1343) mortuus, sine auctoritate retulit. — 11239. **El-Luluet El-Meknúnet we El-Yetímet El-Mosawwenet**, margarita recondita et unio asservatus. *Casída* in *Mím* desinens de lexicologia, auctore *Abu'lhasan Sheith Ben Ibráhím Finâwi Cofti*, anno 598 (inc. 1. Oct. 1201) mortuo. — 11240. **El-Luluet**, margarita. Opus paraeneticum, auctore *Abu'lfaraj Ibn-eljauzi*. — 11241. **El-Lulu El-Meknún**, margarita recondita. Sylloge diversorum interpretationis generum a Surata *Kauther* inde usque ad verba Corani „Et illi erunt felices", auctore Sheikh *Seif-ed-dín Ibn Atáallah Basíri*. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui Coranum augustum iis, qui eum memoria tenent, munimentum contra ignem Gehennae esse voluit etc. Auctor ibi narrat, Sheikhum suum *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Ahmed Ben Abd-el-hacc Sonbâti*, cum lectionem libri *Tayyibet el-ashr* eo praeside absolvisset et adnotationes utiles ad illum fecisset, hunc librum colligendum commendasse. Mandato igitur satisfecit. — 11242. **El-Lulu El-Menthúr**, margarita sparsa de operatione cum quadrante canonis, auctore Sheikh *Mohammed Ben Mohammed Ibn Bint El-Máridíni*. Compendium in triginta quinque capita dispositum, quod ita incipit: Laus Deo generoso, condonatori etc. — 11243. **El-Lulu El-Netzím**, margarita ordine conjuncta de cupiditate discendi et docendi, auctore Cádhi *Zakariyâ* [*Ansári*, anno 926 (inc. 23. Dec. 1519) mortuo]. Recenset ibi varia doctrinarum genera earumque definitiones. Hoc compendium ita incipit: Laus Deo, qui eos nobilitate ornat, quos scientia theoretica et practica benigne adjuvat etc. — 11244.

اللؤلؤ والمرجان لذوى الجدّ والمجان ١١٢٤٥ اللؤلؤيّات فى المواعظ لابى مطيع مكحول بن المفضل النسفى المتوفى سنة ٣١٨ اوله الحمد لله الذى خلق فسوّى الخ الّفه لنفسه ثم نصيحة لغيره فاختار من ذلك احصرها من كلّ مائة واحدة ممّا تجرب فيها نفعه واستظهر فيها قلبه واستغربها عقله وجعلها على مائة وخمسة وثلثين بابا ١١٢٤٦ لومة اللائم رسالة فى الذكر للشيخ نجم الدين الكبرى ١١٢٤٧ لهجة لعلى بن حسن المعروف بكراع النمل المتوفى سنة ٣٠٧

١١٢٤٨ الليث العابس فى صدمات المجالس فى شرح مشكلات الابيات واعرابها الّفه بعض العلمآء تقرّبا الى بعض الاكابر مرتّبا على الحروف فى مجلّد اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ

١١٢٤٩ ليلى ومجنون لحكيم شفائى له خمسة من المتأخّرين فى عصر شاه عبّاس اوله

الهى از سر عاشق نوازى
دلى ده كاردان عشقبازى

---

El-Lulu we El-Merján, margaritae majores et minores lectoribus seriis et lascivis oblatae. — 11245. El-Luluíyát, monilia margaritarum. Opus paraeneticum, quod ita incipit: Laus Deo, qui creavit et integrum reddidit etc. Illud *Abu Motí' Mak'húl Ben-elmofadhdhal Nesefi*, anno 318 (inc. 3. Febr. 930) mortuus, sibi ipsi composuit, deinde ad monendos alios. Elegit autem inde paraeneses arcana interiora continentes, et quidem e singulis centenis unam, in quibus ipse utilitatem expertus esset ejusque cor auxilium invenisset et quas mens vi singulari plenas cognovisset. Omnes paraeneses in centum triginta quinque capita divisit. — 11246. Laumet el-láim, reprehensio reprehensoris. Tractatus de invocatione Dei, auctore Sheikh *Nejm-ed-dín El-Kobra*. — 11247. Lehjet, lingua, auctore *Ali Ben Hasan*, vulgo *Korá' el-naml* dicto et anno 307 (inc. 3. Jun. 919) mortuo. — 11248. El-Leith El-Ábis, leo austerus in collisionibus consessuum. Explicatio difficultatum versuum eorumque flexionum finalium, quam vir quidam doctus composuit aditum ad aliquem virum principem petiturus. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc., alphabetice dispositum est. — 11249. Leila we Mejnún, *Leila* et *Mejnún*. Composuit medicus *Shefáyí*. Idem inter recentiores auctor pentadis carminum est et vixit tempore Sháhi *Abbás*. Illud carmen ita incipit:

O mi Deus, propter blandam amantium curam
Cor mihi da jocorum amorosorum gnarum.

وارخ بقوله

كه همه اين نسخة مهرت تاريخ

١١٢٥٠. ليلى ومجنون وقد نظم الشعرآء فى قصّتهما بالالسنة الثلث امّا بالتركى فلمحمد بن سليمان المتخلّص بفضولى البغدادى المتوفى سنة ٩٦٣ منه فى الزبدة احد وعشرون بيتا ولشاهدى الادرنوى مداح سلطان جم اتمّه سنة ٨٨١ منه فى الزبدة ستة ابيات وحمد الله بن آق شمس الدين المتوفى سنة ٩٠٩ وخليفة وخليل البرسوى وخيالى وعيسى المتخلّص بنجاتى المتوفى سنة ٩١٤ وصالح بن جلال المتوفى سنة ٩٧٣ ومير عليشير نوائى من خمسة توفى سنة ٩٠٦ منه فى الزبدة ستة عشر بيتا وامّا بالفارسية فللهاتفى اوله

اين نامه كه خامه كرد بنياد

توقيع قبول روزيش باد

وهذا البيت للجامى استفتحه تبرّكا باستدعاء الناظم وهو ابن اخته عبد الله توفى سنة ٩٢٧ ومير خسرو من خمسة اوله

---

Tempus compositionis carminis his verbis significavit:

„Totum hoc scriptum amore Tui“ — tanquam chronogramma signatum.

11250. **Leila we Mejnún**, ***Leila*** et ***Mejnún.*** Poetae omnibus tribus linguis illorum historiam carminibus celebrarunt, et turcica quidem lingua ***Mohammed Ben Soleimán Baghdádi***, anno 963 (inc. 16. Nov. 1555) mortuus, cujus nomen poeticum ***Fodhúli*** est. Ex ejus carmine leguntur viginti unus versus in ***El-Zubdet*** — ***Sháhidi Edrenewi*** encomiastes Sultani ***Djem***, qui anno 881 (inc. 26. Apr. 1476) absolvit. Ex ejus carmine sex versus in ***El-Zubdet*** leguntur — ***Hamdallah Ben Ac Shems-ed-dín***, anno 909 (inc. 26. Jun. 1503) mortuus — ***Khalífa*** — ***Khalíl Bursewi*** — ***Khayáli*** — ***Isa***, anno 914 (inc. 2. Mai. 1508) mortuus, cujus nomen poeticum ***Nejáti*** est — ***Sálih Ben Jelál***, anno 973 (inc. 29. Jul. 1565) mortuus — ***Mír Alíshír Newáyi***, anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuus, qui carmen suae pentadi inseruit. Ex eo versus sedecim in ***El-Zubdet*** leguntur. — Persice scripserunt ***Hátifi***, cujus carmen ita incipit:

Huic libro, quem penna composuit,
Sorte sua contingat signum approbationis benignae.

Hoc distichon ***Jámí***um auctorem habet, illudque ***Abdallah Hátifi***, anno 927 (inc. 12. Dec. 1520) mortuus, initio carminis posuit benedictionem captaturus comprecatione auctoris, cum filius sororis ***Jámí***i esset — ***Mír Khosrew***, anno 725 (inc. 18. Dec. 1324) mortuus, cujus carmen pentadis partem constituit et ita incipit:

ای داده بدل خزانهٔ راز

توفی سنة ٩٣٥ وهلالی استراباذی وضمیری والسادس من هفت اورنك لمولانا نور الدین عبد الرحمن بن احمد الجامی المتوفی سنة ٨٩٨ وزنه قریب من مراجعات المسدس

---

O Tu, qui cordi thesaurum secreti indis —

*Hilâli Asterûbâdi* — *Dhamiri* — et Molla noster *Nûr-ed-dîn Abd-el-rahman Ben Ahmed Jâmi*, anno 898 (inc. 23. Oct. 1492) mortuus, qui carmen *Leila* et *Mejnûn* sextum *Methnewîi* sui *Heft Ewrenk* fecit. Metrum ejus prope accedit ad iterationes versuum sex pedum. —

# باب الميم

١١٢٥١ ماآت القرآن على ترتيب السور للشيخ ابى الفرج حمد بن على المقرئ الهمدانى [كان فى حدود الاربعمائة] وللشيخ ابى البقاء عمر بن محمد بن عبد الكريم المقرئ الفاروقى اوله الحمد لله المنعم على خلقه الخ ١١٢٥٢ [ماء المعين فى الحديث الاربعين لابراهيم بن عبد الله ابن عبد اللطيف الخجندى ١١٢٥٣ ما ائتلف خطه واختلف لفظه يعنى من اسماء رواة الصحيحين للحافظ الفقيه ابى على الحسين محمد بن احمد الغسانى الجيانى الاندلسى المتوفى سنة ٤٩٨] ١١٢٥٤ ما اتفق لفظه واختلف معناه لابى سعيد عبد الملك بن قريب الاصمعى المتوفى سنة ٢١٥ وابى العميثل عبد الله بن خليد [المتوفى سنة ٢٠٤] وابى العباس محمد بن يزيد

---

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA MÍM INCIPIUNT.

11251. **Máát El-Cor'an**, variae significationes vocis *má* in Corano ad ordinem Suratarum examinatae, auctoribus Sheikh *Abu'lfaraj Hamd Ben Ali Hemdáni* Corani legendi magistro, [circa annum 400 (inc. 25. Aug. 1009) florente], et Sheikh *Abu'lbecá Omar Ben Mohammed Ben Abd-el-kerím Fárúcki* Corani legendi magistro, cujus liber ita incipit: Laus Deo, qui in res suas creatas beneficia confert etc. — 11252. [**El-Má El-Maín**, aqua aperte fluens et facile haurienda. Quadraginta traditiones, auctore *Ibráhím Ben Abdallah Ben Abd-el-latíf Khojendi.* — 11253. **Má italafa khattoho we ikhtalafa laftzoho**, nomina, quorum scriptura una eademque, vox diversa est. Intelliguntur nomina eorum in utroque *Sahíh* reperta, qui traditiones retulerunt, auctore Háfitz Jurisconsulto *Abu Ali Hosein Mohammed Ben Ahmed Ghassáni Jayyáni Andalusi*, anno 498 (inc. 23. Sept. 1104) mortuo]. — 11254. **Má ittafaca laftzoho we ikhtalafa ma'náho**, nomina, quorum vox consentit, sensus differt, auctoribus *Abu Saíd Abd-el-melik Ben Coreib Asmai*, anno 215 (inc. 28. Febr. 830) mortuo — *Abu'lameithal Abdallah Ben Kholeid*, [anno 204 (inc. 28. Jun. 819) mortuo] — *Abu'labbás Mohammed Ben Yezíd Mobarred*

المبرّد النحوى المتوفى سنة وابراهيم بن يحيى اليزيدى المتوفى سنة ٢٢٥ ابتدأ فيه وهو ابن سبع عشرة ولم يزل يعمل فيه الى ان اتت عليه ستون سنة وبه يفتخر اليزيديّون ومحمد ابن حسن الصولى المتوفى سنة ولابى السعادات هبة الله بن على الشجرى البغدادى المتوفى سنة ٥٤٢ ‏١١٢٥٥ ما اتّفق لفظه وافترق مسمّاه فى الاماكن والبلدان المشتبه فى الخط لابى بكر محمد بن موسى الحازمى الهمدانى المتوفى سنة ٥٨٤ ‏١١٢٥٦ المآب فى شرح الآداب يعنى آداب البحث للسمرقندى ‏١١٢٥٧ مآثر الامام فى معالم الكلام ‏١١٢٥٨ مآثر الانافة بمعالم الخلافة ‏١١٢٥٩ مآثر العرب لابى عبيدة معمر بن المثنى البصرى المتوفى سنة ٢١٠ وصدر الدين محمد بن الحسن النظامى المتوفى سنة ‏١١٢٦٠ مآثر الملوك فارسى لغياث الدين ابن همام الدين المدعو بخواند امير صاحب حبيب السير توفى بعد سنة ٩٣٠ ‏١١٢٦١ المآثر والمفاخر فى علماء القرن العاشر للشيخ شهاب الدين عبد الوهاب بن احمد الشعرانى

---

Grammatico, anno . . . mortuo — *Ibráhím Ben Yahya Yezídi*, anno 225 (inc. 12. Nov. 839) mortuo, qui librum suum septendecim annos natus scribere incepit, nec illum pertractare desiit, donec sexagenarius erat. Gloriantur de eo *Yezíd*idae — *Mohammed Ben Hasan Sauli*, anno . . . mortuo — *Abu'lseádát Hibetallah Ben Ali Shejeri Baghdádi*, anno 542 (inc. 2. Jun. 1147) mortuo. — 11255. Má ittafaca laftzoho we iftaraca mosammáho, nomina locorum et urbium scripturae ambiguitate laborantium, quorum designatio una eademque est, designatum autem differt, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Musa Házimi Hemdáni*, anno 584 (inc. 2. Mart. 1188) mortuo. — 11256. El-Maáb fi sharh el-adáb, locus refugii. Commentarius in librum *Adáb el-bahtz* a *Samarcandi* editum. — 11257. Meáthir El-Imám, monumenta Imámi de vestigiis metaphysicae. — 11258. Meáthir el-inákfet, monumenta eminentiae per signa Khalifatus. — 11259. Meáthir El-Arab, monumenta Arabum, auctoribus *Abu Obeida Ma'mar Ben-elmothanna Basri*, anno 210 (inc. 24. Apr. 825) mortuo, et *Sadr-ed-dín Mohammed Ben-elhasan Nitzámi*, anno . . . mortuo. — 11260. Meáthir el-molúk, monumenta regum. Scripsit persice *Ghiyáth-ed-dín Ben Hemmám-ed-dín*, auctor libri *Habíb el-siyer*, *Khund-emír* cognominatus et post annum 930 (inc. 10. Nov. 1523) mortuus. — 11261. El-Meáthir we El-Mefákhir, monumenta et gloriae documenta de viris doctis seculi decimi, auctore Sheikh *Shehábed-dín Abd-el-wehháb Ben Ahmed*

المتوفى سنة [٩٧٦]   ١١٢٦٢ المأثور من ملح الحذور لابى القاسم حسين بن على الوزير المغربى ١١٢٦٣ مآخذ الشرائع فى اصول الفقه لابى منصور محمد بن محمد الماتريدى المتوفى سنة ٣٣٣   ١١٢٦٤ مآخذ العلم لابى الحسين احمد بن فارس اللغوى المتوفى سنة   ١١٢٦٥ المآخذ فى الخلاف بين الحنفية والشافعية للامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ ثم صنف كتابا آخر لتقويته سماه حصن المآخذ   ١١٢٦٦ المآخذ المتبع لجلال الدين حسين بن اياس النحوى المتوفى سنة ٦٨١   ١١٢٦٧ مآخذ النظر لابن ابى عصرون عبد الله بن محمد الموصلى الشافعى قاضى دمشق المتوفى سنة ٥٨٥   ١١٢٦٨ مأخوذات ارشميدس مقالة ترجمه ثابت بن قرة خمسة عشر شكلا وقد اضافها المحدثون الى جملة المتوسطات التى يلزم قراءتها فيما بين اقليدس والمجسطى   ١١٢٦٩ المأخوذ به الملقب بالمأمونية من تصانيف الحسن بن زياد ذكر فى الفتاوى الصغرى للحاضرى   ١١٢٧٠ مآل الفتاوى وهو الملتقط

---

*Sha'ráni*, anno [976 (inc. 26. Jun. 1568)] mortuo. — 11262. El-Mathúr min molah el-hadzúr, memoranda ex narrationibus lepidis cauti, auctore *Abu'lcásim Hosein Ben Ali Maghribi* Weziro. — 11263. Makhadz el-sherái', promtuarium legum de principiis juris, auctore *Abu Mansúr Mohammed Ben Mohammed Máteridi*, anno 333 (inc. 24. Aug. 944) mortuo. — 11264. Makhadz el-ilm, promtuarium scientiae, auctore *Abu'lhosein Ahmed Ben Fáris* Lexicologo, anno . . . mortuo. — 11265. El-Makhadz fi el-khiláf, promtuarium de quaestionibus controversis inter Hanefitas et Shafiitas, auctore Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. Postea ad illud confirmandum et stabiliendum alium librum scripsit, cui titulum *Hisn el-makhadz* dedit. — 11266. El-Makhadz El-Motabba', repertorium constanter petitum, auctore *Jelál-ed-dín Hosein Ben Iyás* Grammatico, anno 681 (inc. 11. Apr. 1282) mortuo. — 11267. Makhadz el-natzar, promtuarium inquisitionis, auctore *Abdallah Ben Mohammed Mausili* Shafiita Cádhi Damasceno, vulgo *Ibn Abi Osrún* dicto et anno 585 (inc. 19. Febr. 1189) mortuo. — 11268. Makhúdzát Arshemídes, Archimedis liber assumtorum sive lemmatum, quae *Thábit Ben Corra* transtulit. Sunt quindecim figurae, et recentiores hoc opus numero librorum intermediorum adjecerunt, qui inter Euclidem et Almagestum legendi essent. — 11269. El-Makhúdz bihi, id quo nitendum est. Hic liber honorifice *El-Mamuníyet* cognominatus scriptis *Hasani Ben Ziyád* tribuitur et ab *Hádhiri* in *El-Fetáwi El-Soghrá* commemoratur. — 11270. Meál el-fetáwi, repertorium decretorum juridicorum. Idem liber titulum *Multecat* prae

للامام ناصر الدين السمرقندى الحنفى اتمّه فى شعبان سنة ٥٤٩ كما قال محمود بن الحسين الأسروشنى فى آخر تجنيسه ١١٢٧١ مادّة البقاء للتميمى اختصره موفق الدين البغدادى المذكور فى الانصاف ١١٢٧٢ مادّة الحيوة وحفظ النفس من الآفات للامام محمد بن ابى بكر الفارسى رسالة مختصرة اولها الحمد لله الواحد لا من عدد الخ آلّفه ليوسف بن عمر بن خليل وهى مشتملة على سبعة عشر بابًا كلّها فى انواع المسمومات والسموم ١١٢٧٣ ما راه السادة فى الاتكاء على الوسادة لعلّه لجلال الدين السيوطى ١١٢٧٤ ما رواه الاساطين فى عدم الدخول على السلاطين رسالة لجلال الدين السيوطى جزء ١١٢٧٥ ما رواه الواعون فى اخبار الطاعون لجلال الدين السيوطى اوله الحمد لله مقدّر الارزاق والآجال الخ اختصر فيه كتاب بذل الماعون لابن حجر اورد فيه مقامة ابن الوردى والصفدى والمقامة الدرّية لنفسه ثم اختصره بعض العلماء وسمّاه المحصّل اوله الحمد لله المبدئ والمعيد الخ ولشمس الدين محمد

---

se fert et Imám *Násir-ed-dín Samarcandi* Hanefitam auctorem habet, qui mense Sha'bán anni 549 (inc. 18. Mart. 1154) absolvit, ut *Mahmúd Ben-elhosein Osrusheni* in fine descriptionis illorum in classes (*Tejnís*) observavit. — 11271. Máddet el-becá, materia firmitatis vitae, auctore *Temími*. *Mowaffic-ed-dín Baghdádi* supra sub *El-Insáf* laudatus hunc librum in compendium redegit. — 11272. Máddet el-hayát, materia vitae et tuitio animae a calamitatibus. Tractatus brevior ita incipiens: Laus Deo unico omni numero carenti etc., quem Imám *Mohammed Ben Abi Bekr Fárisi Yusufo Ben Omar Ben Khalíl* composuit. Continet decem et septem capita, quae omnia de rebus veneno infectis et venenis agunt. — 11273. Má raaho el-sádet, quod viri pii de nitendo lectula decreverunt. Scripsit fortasse *Jelál-ed-dín Soyúti*. — 11274. Má rewáho el-asátín, quod principes referunt de negato ad Sultanos aditu. Fasciculus (traditionum), auctore *Jelál-ed-dín Soyúti*. — 11275. Má rewáho el-wáún fi akhbár el-táún, quod conservatores notitiarum de historia pestilentiae referunt, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti*. Hunc librum, qui ita incipit: Laus Deo res ad vitam necessarias et fata extrema definienti etc., ex opere *Badzl el-máún* ab *Ibn Hajr* edito excerpsit, ibique consessum *Ibn-elwerdi* et *Safedi* et consessum a se ipso compositum et *El-Dorríyet* inscriptum profert. Tum vir quidam doctus epitomen ex hac epitome *Mohassal* inscriptam confecit, quae ita incipit: Laus Deo, rerum creatori et resuscitatori etc. — *Shems-ed-dín Mohammed Ben*

ابن محمد بن محمد المنجى الحنبلى اوله الحمد لله الشاهد بوحدانيّته آثار صنعه الخ الّفه لما رأى فى الطاعون سنة ٧٦٤ حدوث بدعة وهى ادعية مروية عن النبى صلعم ١١٢٧٦ ما لا بدّ فى المذهب لحسين بن على الواعظ [الكاشفى المتوفى سنة ٩١٠] ١١٢٧٧ ما لا يستغنى عنه الانسان من ملح اللسان فى النحو للشيخ الامام برهان الدين ابراهيم بن عمر البقاعى المتوفى سنة ٨٨٥ اوله الحمد لله الذى جعل النحو صلاح الالسنة الخ فرغ عنه فى جمادى الاولى سنة ٨٣٦ ١١٢٧٨ ما لا يسع الطبيب جهله ليوسف بن اسمعيل الخوبّى الشافعى المعروف بابن الكبير اختصره من مفردات ابن البيطار المسمّى بالجامع وشرح منفعة الدواء عند ما اشتهر من اسمآئه وزاد اسامى ادوية لم يذكرها فهو كالمختصر من جهة وكالشرح من جهة وككتاب مفرد من جهة وجعله كتابين احدهما يشتمل على مفردات الادوية والاغذية والاخر فى المركب وقدم على كلّ كتاب مقدّمة تتعلّق بقوانين واحكام بحسب معرفتها قبل الخوض فيها

---

*Mohammed Ben Mohammed Monji* Hanbalita librum ejusdem tituli edidit, qui ita incipit: Laus Deo, qui unitate sua monumenta operum suorum testatur etc. Composuit eum, cum tempore pestilentiae anno 764 (inc. 21. Oct. 1362) ingruentis novam sectam prodire videret. Continet precationes ex auctoritate prophetae traditas. — 11276. **Má lá bodd fi el-madzhab**, quod omnino necessarium est in doctrina sectae orthodoxae, auctore *Hosein Ben Ali* [*Káshifi*] Concionatore, [anno 910 (inc. 14. Jun. 1504) mortuo]. — 11277. **Má lá yastaghni anho el-insán**, sal linguae, quo homo carere nequit, auctore Sheikh et Imám *Borhán-ed-din Ibráhím Ben Omar Becái*, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuo. Hunc librum de grammatica, qui ita incipit: Laus Deo, qui grammaticam salutem linguarum esse voluit etc., mense Jomádzi I. anni 836 (inc. 28. Aug. 1432) absolvit. — 11278. **Má lá yasao el-tabíb jahloho**, quae medicus ignorare nequit, auctore *Yusuf Ben Ismaíl Khowayyi* Shafiita, vulgo *Ibn-elkebír* dicto. Epitome est ex libro *Mofridát* ab *Ibn-elbeitár* composito et *El-Jámi'* inscripto. Auctor utilitatem remedii exposuit simul cum ejus nominibus notissimis, et nomina remediorum, quae *Ibn-elbeitár* non recensuerat, addidit, ut ab hac parte liber epitomae instar esset, ab illa commentarii instar, et rursus scripto singulari similis. Disposuit epitomen in duos libros, quorum alter remedia simplicia et nutrimenta, alter composita continet. Singulis libris introductionem praeposuit, quae regulas et praecepta huc spectantia tractat, quatenus eorum cognitio necessaria est, antequam illa accuratius examinanda sint. Libri compositionem mense Jomádzi II.

وفرغ من جمعه فى جمادى الآخر سنة ٧١١ وترجمه بالتركيّة كاتب من كتّاب الديوان اسمه حسن بن عبد الرحمن فى عصر السلطان مراد خان الثالث وذكره فى خطبته واستمدّ فيما استشكل من المولى سعد الدين المعلم وسنان افندى الطبيب اوله حمد لى حدّ وثناى لا يعدّ الخ وهو كتاب جليل المقدار وجلالته بجلالة اصله الجامع لابن البيطار وخصوصا بما زاد عليه جمع بعضهم منه منافع مفردات مشهورة تنفع لما يعرض للانسان فى الاعضاء ورتّب ترتيب الاعضاء من رأس الى اطرافه وان كانت ما يتعلّق باعضائه ممّا لا يختصّ بعضو ذكرها بعدها فى ابواب عدّتها عشرون وعدّة ابواب اعضاء عشرون وافرد منافع للصبيان فى باب التاسع عشر من العشرين الاخيرة ١١٢٧٩ ما لا يسع المحدّث جهله لخصه ابو حفص عمر بن عبد المجيد بن عمر القرشى [الميانشى] كتبه من مكة فى شعبان سنة ٥٧٩ اوله الحمد لله الذى وفقنا للتوحيد الخ ١١٢٨٠ ما لا يسع المكلّف جهله من العبادات مختصر لابن لال

---

anni 711 (inc. 20. Mai. 1311) absolvit, eumque *Hasan Ben Abd-el-rahman*, scriba tribunalis tempore Sultani *Murád Khán III*, quem in praefatione commemorat, in linguam turcicam transtulit. Ubi in difficultates incidit, auxilium a Molla *Sa'd-ed-dín* professore et *Sinán Efendi* medico petiit. Translatio ita incipit: Laus infinita et praedicatio immensa etc. Hic liber magni aestimandus ejusque pretium ex pretio archetypi *El-Jámi'* ab *Ibn-elbeitár* editi et praesertim ex additamentis judicandum est, quae adjecit. Vir quidam doctus ex eo qualitates remediorum simplicium notissimorum salutares collegit, quibus infirmitates curantur, quae membris humanis accidunt, et membra a capite inde usque ad pedes manusque ad ordinem disposuit. Quodsi remedia, quae membra humana spectant, membro alicui certo propria et particularia non sunt, haec post illa universalia in capitibus commemorat viginti numero, idemque numerus capita membrorum explet. Remedia pueris salutaria capite undevicesimo viginti capitum posteriorum separatim tractat. — 11279. Má lá yasao el-mohaddith jahloho, quae traditionarius ignorare nequit. Potiora hujus libri separatim edidit *Abu Hafs Omar Ben Abd-el-mejíd Ben Omar* [*Meyánishi*] *Coreshi*, qui ex urbe Mekka mense Sha'bán anni 579 (inc. 26. Apr. 1183) scripsit. Incipit ille ita: Laus Deo, qui nos ad fidem in unum Deum commode disposuit etc. — 11280. Má lá yasao el-mokallif jahloho min el-ibádát, officia religionis pia, quae is, cui illa necessario observanda sunt, ignorare nequit. Compendium,

احمد بن على [الهمدانى] الشافعى المتوفى سنة ٣٩٨ وفيه ايضا لابن سراقة وفى علم الصلوة لابى عبد الله حسين بن جعفر المراغى المتوفى سنة      ١١٢٨١ مانح الغناء ومزيل العناء عن كتاب البناء مرّ فى الباء وهو شرح البناء      ١١٢٨٢ المانس فى هجاء بنى مكانس لابى العباس احمد ابن محمد الدنيسرى ابن العطار الشاعر المتوفى سنة ٧٩٤      ١١٢٨٣ ماوى الغريب ومرعى الاديب لاحمد بن محمد الميدانى المتوفى سنة ٥١٨      ١١٢٨٤ ما ورد من تغليظ الامر على شربة الخمر لقاسم بن محمد القرطبى المتوفى سنة ٦٤٣      ١١٢٨٥ ماء الورق والارض النجمية فى الاكسير للحكيم الفاضل ابى عبد الله محمد بن اميل التميمى وهى قصيدة مخمّسة وتسمّى رسالة الشمس الى الهلال لما انه ابتدأ بهذه اللفظة شرحها ايدمر بن على الجلدكى وسماها لوامع الافكار المضيئة فى شرح مخمّس الماء الورقى والارض النجمية بدمشق فى ربيع الاول سنة ٧٤٦ اول الشرح الحمد لله المبدع بلطف حكمته الخ      ١١٢٨٦ ماهد لمسائل الزاهد

---

auctore *Ahmed Ben Ali* [*Hemdáni*] Shafiita, vulgo *Ibn Lál* dicto et anno 398 (inc. 17. Sept. 1007) mortuo. Librum ejusdem argumenti composuit *Ibn Soráca*, et de arte precandi alium *Abu Abdallah Hosein Ben Ja'far Merághi*, anno . . . mortuus. — 11281. Mánih el-ghaná we Mozíl el-a'ná, donator utilitatis et consolator molestiam a libro *El-Biná* removens. Commentarius in librum *El-Biná*, de quo in litera *Bá* dictum est. — 11282. El-Mánis fi hijá beni mekánis, alacer de filiis delitescentis satira perstringendis, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Doneiseri* Poeta, vulgo *Ibn-elattár* dicto et anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuo. — 11283. Mawá el-gharíb we Mer'á el-adíb, mansio peregrini et pascuum viri humanitatis studiosi, auctore *Ahmed Ben Mohammed Meidáni*, anno 518 (inc. 19. Febr. 1124) mortuo. — 11284. Má warada min taghlítz el-amr, mandata gravia, quae contra potum vini promulgata sunt, auctore *Cásim Ben Mohammed Cortubi*, anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuo. — 11285. Má el-werec we El-Ardh El-Nejmíyet, liquor numarius et terra astris subjecta de lapide philosophorum, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Amyal Temími* philosopho bene merito. *Casída* quinquiplicata et titulo *Risálet el-shems ila el-hilál* i. e. „Epistola solis ad lunam" insignita, quod auctor a voce *Shems* eam incipit. *Eidemir Ben Ali Jildeki* Damasci mense Rebí' I. anni 746 (inc. 4. Mai. 1345) in eam commentarium *Lewámi' el-afkár el-modhíyet fi sharh Mokhammes El-Má El-Werecki we El-Ardh El-Nejmíyet* inscriptum composuit, qui ita incipit: Laus Deo, qui de novo creavit benignitate sapientia sui consilii etc. — 11286. El-Máhid li mesáil el-záhid,

لجلال الدين السيوطى المتوفى سنة ٩١١ اوله الحمد لله الذى وفق للتفقه الخ وهو تعليق مختصر على المقدّمة الموسومة بالستين مسئلة من احكام الدين للامام الزاهد شهاب الدين احمد ١١٢٨٧ مائة سعادة كالحديقة فى قصّة حسين رضى الله عنه لصنعى شاعر ١١٢٨٨ مائة فى الطبّ لابى سهل عيسى بن يحيى المسيحى وهو مائة كتاب الاول فى المدخل الى الطبّ والمقدّمة ذكره العباس فى كامل الصناعة وقال فانه وضع كتاباً لم يذكر الامور الطبيعيّة وغير الطبيعيّة الا قليلاً مع سوء ترتيبه لقلّة معرفته بتصنيف الكتب حتى انه ذكر القوانين التى تعمل عليها فى تركيب الادوية فى الباب التاسع واتبعه بذكر شىء من الامور الطبيعيّة ثم ذكر امر العلل والامراض وغير ذلك من تقديم ما ينبغى ان يؤخّر وتأخير ما ينبغى ان يقدّم ١١٢٨٩ مائة ليلة للشيخ فهداس الفيلسوف وهو مائة حكاية ١١٢٩٠ المائة المنتقاة من صحيح مسلم انتقاه الحافظ صلاح الدين العلائى [الدمشقى ابو سعيد خليل بن كيكلدى المتوفى سنة ٧٦١] وله المائة المنتقاة من الترمذى والمائة المنتقاة من مشيخة الفخر

---

liber, qui viam ad quaestiones Sheikhi ascetae sternit, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Haec commentatio brevior, quae ita incipit: Laus Deo, qui studium juris divini commode adjuvat etc., scripta est ad introductionem titulo Sexaginta quaestionum e statutis religionis consignatam, quam Imám asceta *Shehâb-ed-dín Ahmed* edidit. — 11287. Miat Seádet, centum felicitates. Liber ad similitudinem operis *Hadícat el-soadâ* de historia *Hoseini*, cui Deus propitius sit, a *San'i* Poeta compositus. — 11288. El-Miat fi el-tibb, centum libri de medicina, auctore *Abu Sahl Isa Ben Yahya Mesihi.* Primus horum centum librorum introductionem in medicinam continet et prolegomena. Laudat eum *Abbás* in *Kâmil el-sináat.* Ille, inquit, librum quidem composuit, attamen rerum physicarum et non physicarum aliquantulum tantum commemorat, et, cum artem libros componendi paulum calleret, ordine admodum incommodo, ut adeo regulas, quae in componendis medicamentis observandae sunt, libro nono proponat et huic partem rerum physicarum subjiciat. Tum ea quae infirmitates et morbos spectant et alia profert, et praemittit, quae convenienter postponenda erant et postponit quae praemittenda erant. — 11289. Miat leilet, centum noctes, auctore Sheikh *Fihdás* philosopho. Sunt centum historiae. — 11290. El-Miat El-Montecat, centum traditiones e *Sahîho Moslimi* ab Háfiz *Saláh-ed-dín Aláyi* [*Dimeshcki Abu Saíd Khalíl Ben Keikeldi*, anno 761 (inc. 23. Nov. 1359) mortuo], selectae. Idem centuriam traditionum e *Tirmidzi* et centuriam aliam e *Meshîkhat Fakhr-ed-dîni* selectam

١١٢٩١ ما يفتقر اليه ويحتاج المعتمر والحاج للشيخ الامام برهان الدين ابراهيم بن عبد الرحمن الفزارى الشافعى [المتوفى سنة ٧٢٩] ورقتان ذكر فيه اركان الحج ١١٢٩٢ ما يلحن فيه العامّة لجماعة منهم ابو عثمان بكر بن محمد المازنى المتوفى سنة ٢٤٨ وابو العباس احمد بن يحيى الثعلب [المتوفى سنة ٢٩١] وابو حاتم سهل بن محمد السجستانى المتوفى سنة وابو منصور موهوب بن احمد ابن الجواليقى المتوفى سنة ٤٦٥ وابو عبيدة معمر بن مثنى البصرى المتوفى سنة ٢١٠ وابو الهيدام كلاب بن حمزة العقيلى المتوفى سنة ويحيى بن زياد الفراء المتوفى سنة ٢٠٧ وابو بكر محمد بن الحسن الزبيدى المتوفى قبل سنة ٣٨٠ وهو مخصوص بعوامّ الاندلس وللشيخ ابى الفرج عبد الرحمن بن على ابن الجوزى مختصر على فصول اوله الحمد لله الذى علّم وقوّم وبيّن وفهم الخ ذكر فيه وانتخب من كتب هذا الباب ما يعمّ به البلوى دون ما يشذّ استعماله ويندر الخ ١١٢٩٣ [المباحث الدريّة فى بيان السنة

---

edidit. — 11291. Má yeftackir ileihi we yahtáj el-mo'temir we el-háj, ea quae in festo Mekkano commoranti et illic peregrinanti opus sunt et necessaria, auctore Sheikh et Imám *Borhán-ed-dín Ibráhím Ben Abd-el-rahmán Fezári* Shafiita, [anno 729 (inc. 5. Nov. 1328) mortuo]. Duo folia, in quibus praecepta peregrinationis Mekkanae primaria recenset. — 11292. Má yelhan fihi el-á'mmet, eae voces, in quibus pronunciandis vulgus errat. Scripserunt multi de hac re, ut *Abu Othmán Bekr Ben Mohammed Mázini*, anno 248 (inc. 7. Mart. 862) mortuus — *Abu'labbás Ahmed Ben Yahya Tha'leb*, [anno 291 (inc. 24. Nov. 903) mortuus] — *Abu Hátim Sahl Ben Mohammed Sejestáni*, anno . . . mortuus — *Abu Mansúr Mauhúb Ben Ahmed Ibn-eljewálicki*, anno 465 (inc. 17. Sept. 1072) mortuus — *Abu Obeida Ma'mur Ben Mothanna Basri*, anno 210 (inc. 24. Apr. 825) mortuus — *Abu'lheidám Kelláb Ben Hamza Ocaili*, anno . . . mortuus — *Yahya Ben Ziyád El-Ferrá*, anno 207 (inc. 27. Mai. 822) mortuus — *Abu Bekr Mohammed Ben-elhasan Zobeidi*, ante annum 380 (inc. 31. Mart. 990) mortuus, qui in tractanda falsa pronunciatione, quam vulgus Andalusiae sequitur, peculiariter versatur — Sheikh *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi*, cujus compendium in sectiones divisum est et ita incipit: Laus Deo, qui instituit, recte dirigit, clare exponit et docet etc. Cum delectu ex libris hujus argumenti ea affert, in quibus homines plerumque periclitantur, exceptis illis, quorum usus insolitus et rarus est etc. — 11293. [El-Mebáhith El-Derríyet, disquisitiones splendentes de descriptione

الشمسية والقمريّة للفاضل الخطيب يحيى بن المولى نوح الوانى رسالة رتّبها على فاتحة ومقصد وخاتمة اتمّها فى سنة ١١١٤] ١١٢٩٤ المباحث الذكيّة فى المسئلة الدوركية رسالة لجلال الدين السيوطى المتوفى سنة ذكرها فى حاويه تماما قال فقد ورد علىّ سؤال من بلاد دوركى متعلّق بالوقف على اولاد الاولاد ١١٢٩٥ مباحث السباعيّة مجموعة فى سبعة من المباحث العلميّة التفسير والقرآن والحديث والكلام واصول الفقه [والفقه] والمعانى والبيان لابى محمد على بن اصيل بن مسعود بن محمود بن محمد الحنفى البرماذى المفتى بشيراز ١١٢٩٦ مباحث العماديّة فى مطالب المعاديّة للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦ ١١٢٩٧ المباحث المشرقيّة فى علم الآلهى والطبيعى كتاب كبير مثل شرح المقاصد حجما للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦ جمع فيه آراء حكماء السالفين ونتائج اقوالهم واجاب عنهم اوله سبحان المنفرد بقيوميّة الهويّة والوجود الخ رتّب على ثلثة كتب

---

annis olaris et lunaris. Tractatus, quem Concionator bene meritus *Yahya Ben-elmolla Núh El-Wáni* in introductionem, consilium et conclusionem disposuit et anno 1114 (inc. 17. Mai. 1702) absolvit]. — 11294. **El-Mebáhith El-Dzekíyet**, investigationes subtiles de quaestionibus *Dewrigi*cis. Tractatus, quem *Jelál-ed-dín Soyúti*, anno . . . mortuus, composuit et suo *Háwi* plenum inseruit. Mihi, inquit, quaestio missa est ex urbe Dewrigi, quae legata nepotibus facta spectat. — 11295. **El-Mebáhith El-Sobáíyet**, disquisitiones septenariae. Sylloge de septem ex quaestionibus doctrinas spectantibus, exegesin scilicet coranicam, Coranum, traditiones, metaphysicam, principia juris, [jurisprudentiam], doctrinam sententiarum et expositionis, auctore *Abu Mohammed Ali Ben Asîl Ben Mes'úd Ben Mahmúd Ben Mohammed Birmáyi* Hanefita, Mufti urbis Shiráz. — 11296. **El-Mebáhith El-Imádíyet**, investigationes *Imád-ed-dín*icae de quaestionibus vitam alteram spectantibus, auctore Imám *Fakhr-ed-dín Mohammed Ben Omar Rázi*, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo. — 11297. **El-Mebáhith El-Moshrikíyet**, quaestiones subtiliorem illuminatae mentis sapientiam spectantes de metaphysica et physica. Liber magnus volumine commentario in *El-Mekásid* aequiparandus, auctore Imám *Fakhr-ed-dín Mohammed Ben Omar Rázi*, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo. Collegit ibi decreta philosophorum veterum et argumentationes ex eorum dictis concludendas, illisque viris respondit. Orditur autem ita: Laus Deo unico et sempiternitate essentiae

وخاتمة الاول فى الامور العامّة واقسام الموجودات قسمة اولية والثانى مشتمل على احكام اقسام الممكنات فى مقدمة وجملتين والكتاب الثالث فى واجب الوجود وصفاته والنبوة والعقول العشرة والنفوس ووعد فى آخره تاليف كتاب آخر فى علمى الاخلاق والسياسات ليكون جامعا لاقسام الحكميّات فابتدأ فى ترتيب هذا الكتاب باعمّ الامور نازلا منه الى الاخصّ فالاخصّ وذكر فى خطبته انّه اهداه الى خزانة كتب الصاحب قوام الدين ملك الوزير ابى المعالى سهيل بن عبد العزيز المستوفى ١١٢٩٨ مباحث المشرقة فى الوقف على طبقة بعد طبقة للشيخ تقى الدين السبكى لخّصه من تاليفه نقول المشرقة اوله احمد الله تعالى حمدا لا يحصى الخ ١١٢٩٩ مبادى التعبير ١١٣٠٠ مبادى السالكين الى مقامات العارفين للشيخ سيدى على بن ميمون المغربى [المتوفى سنة ٩١٧] مختصر اوله الحمد لله الذى خلق الانسان الخ

---

absolutissimae et existentiae singulari etc., et volumen in tres libros et conclusionem distribuit, quorum primus de rebus communibus et rerum existentium generibus ratione notarum essentialium habita agit — secundus statuta comprehendit generum rerum possibilium in praefatione et duabus propositionibus — tertius agit de existentia absoluta, ejus attributis, prophetia, decem intelligentiis et animis, et in fine libri alium librum de doctrinis ethicae et politiae componere promittit, ut omnes doctrinarum philosophicarum partes comprehendantur. In disponendo hoc libro incipit a rebus plane generalibus et inde gradatim progreditur ad specialiores, usque dum specialissimas tangat. In praefatione narrat, se illum bibliothecae principis *Chiwám-ed-dín* Melik Wezír *Abu'lmeáli Soheil Ben Abd-el-azíz Mostaufi* dono obtulisse. — 11298. El-Mebáhith El-Moshricat, quaestiones mente illuminata suggestae de legatis, quae a filiis ad nepotes et deinceps transeunt, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Sobki*. Hanc epitomen, quae ita incipit: Laudo Deum laude immensa etc., cum delectu ex opere suo *El-Necúl El-Moshricat* excerpsit. — 11299. Mebádi el-ta'bír, initia interpretationis somniorum. — 11300. Mebádi el-sálikín ila mecámát el-árifín, initia eorum, qui ad gradus spiritalium aspirant, auctore Sheikh *Seyyidi Ali Ben Meimún Maghribi*, [anno 917. (inc. 31. Mart. 1511) mortuo]. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui hominem creavit etc.

١١٣٠١ علم مبادى الشعر

[هو علم باحث عن مقدّمات تخييليّة يحصل منها الترغيب او الترهيب وتختلف تلك بحسب قوم قوم وموضوعه الشعر من حيث مقدّماته المناسبة من تتبّع الامور التخييليّة ومباديه تحصل من تتبّع اشعار الناس بحسب قوم قوم والغرض منه تحصيل ملكة ايراد الكلام الشعرى على موادّ متناسبة وغايته الاحتراز عن الخطاء فيها]

١١٣٠٢ مبادى فى التصريف لعزّ الدين عبد الوهاب بن ابراهيم الزنجانى وعليه شرح له سمّاه الهادى ذكر فى آخره انّه فرغ ببغداد توفى سنة ٦٥٤ اكثر الجاربردى من النقل عنه فى شرح الشافية ١١٣٠٣ مبادى اللغة لابى عبد الله محمد بن عبد الله الخطيب الاسكافى المتوفى سنة ٤٢١ ١١٣٠٤ المبادى والغايات فى اسرار الحروف المكنونات والاسماء والدعوات للشيخ محيى الدين محمد بن على ابن عربى المتوفى سنة وهو كتاب سبق يقال له كتاب فتح الغاسى فيما تتضمّنه حروف المعجم من العجائب والآيات تكلّم فيه على الحروف المجهولة

---

11301. **Ilm mebádi el-shi'r.** Ars materiam poeticam praemeditandi.

[Haec ars quaerit de elementis poeticis, quae in vi imaginandi sita sunt. Inde ea qualitas comparatur, qua poesin aut studiose cupimus aut ab ea abhorremus, et haec elementa apud varia hominum genera varia sunt. Objectum ejus est poesis ratione habita elementorum ejus analogorum ex studio continuo rerum ad vim imaginandi pertinentium. Ejus initia comparantur ex studio singulari, quo sensa poetica hominum verbis expressa, qualia varia hominum genera produnt, persequimur. Quod autem illa arte consequi studemus, acquisitio facultatis est, orationem poeticam materiis analogis convenienter proferendi, et summus finis in evitatione vitiorum spectatur, quae in illa proferenda committi possint]. —

11302. **Mebádi fi el-tesríf,** initia de flexu formarum, auctore *Izz-ed-dín Abd-el-wehháb Ben Ibráhím Zenjáni.* Idem in hunc librum commentarium edidit *El-Hádi* inscriptum, in cujus fine narrat, se eum Baghdadi anno 654 (inc. 30. Jun. 1256) absolvisse. *Járperdi* in commentario in *Sháfiyam* multa ex illo petiit. — 11303. **Mebádi el-loghat,** initia linguae, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah Iskáfi* Concionatore, anno 421 (inc. 9. Jan. 1030) mortuo. — 11304. **El-Mebádi we El-Ghayát,** initia et fines de arcanis literarum abditis, nominibus et precationibus, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali Ibn Arabi,* anno . . . mortuo. Hic liber, de quo sub titulo *Fat'h el-ghási* jam supra dictum est, inscribitur de iis miraculis et signis extraordinariis, quae literae alphabeti continent. Auctor in eo de literis

التى فى اوآئل سور القرآن وهى بضع وسبعون حرفا بالتكرار واربعة عشر حرفا بغير تكرار فى تسع وعشرين سورة      ١١٣٠٥ المبادى والغايات فى قتل المسلم بالذمى للامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥      ١١٣٠٦ مبارق الازهار فى شرح مشارق الانوار يأتى      ١١٣٠٧ مباسم الملاح ومناسم الصباح فى مواسم النكاح للسيوطى مسودة كبيرة مشتملة على سبعة فنون آ فى الحديث والآثار ٢ فى اللغة ٣ فى النوادر والاخبار ٤ فى السجع والاشعار ٥ فى التشريح ٦ فى فنّ الطبّ ٧ فى الباه فبلغت نحو خمسين كراسا فاستطال ثم لخّص منه مختصرًا فى نحو عشره وسمّاه الوشاح      ١١٣٠٨ [مبانى الطريق فى مبادى التحقيق للمرصفى]      ١١٣٠٩ المبانى فى حروف المعانى لاحمد بن عبد النور المالقى المتوفى سنة ٧٠٢      ١١٣١٠ المبانى فى المعانى لشمس الدين محمد بن عبد الرحمن المعروف بابن الصآئغ الزمردى المتوفى سنة ٧٧٧      ١١٣١١ مباهج الفكر ومناهج العبر لمحمد بن ابراهيم بن يحيى الانصارى المصرى

---

inexploratis, quae in initiis Suratarum leguntur, disserit. Sunt autem illae cum repetitis septuaginta et aliquot numero, et non repetitae quatuordecim in viginti novem Suratis. — 11305. El-Mebádi we El-Gháyát, initia et fines de occisione Mohammedani per tributarium, Judaeum sive Christianum, auctore Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — 11306. Mebáric el-azhár, fulgura florum. Commentarius in *Mesháric el-anwár*, de quo infra dicetur. — 11307. Mebásim el-miláh we Menásim el-sibáh, risus leves pulchrarum et signa vultuum venustarum temporibus conjugii solennibus, auctore *Soyúti*. Liber major primis lineis tantum adumbratus, qui septem doctrinarum genera complectitur, traditiones propheticas et effata ejus sociorum — lexicologiam — narrationes ingeniosas et historias — orationem rhythmicam et poesin — anatomiam — medicinam — et doctrinam stimulantium. Explet quinquaginta fere plagularum quiniones, et cum nimis longum illum esse videret, potiora ejus in epitome edidit *El-Wisháh* inscripta, quae decem fere plagularum quiniones continet. — 11308. [Mebáni el-taríc, fundamenta viae de initiis cognitionis subtilioris, auctore *Marsafi*]. — 11309. El-Mebáni fi horúf el-meáni, fundamenta de siglis literarum, quae sententias exprimunt, auctore *Ahmed Ben Abd-el-núr Málacki*, anno 702 (inc. 26. Aug. 1302) mortuo. — 11310. El-Mebáni fi el-meáni, fundamenta de sententiis, auctore *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-rahman Zomorrodi*, vulgo *Ibn-elsáigh* dicto et anno 777 (inc. 2. Jun. 1375) mortuo. — 11311. Mebáhij el-fiker we Menáhij el-i'ber, pulchritudines cogitationum et viae exemplorum, auctore *Mohammed Ben Ibráhím Ben Yahya Ansári Misri Ketbi*,

الكتبى المعروف بالوطواط المتوفى سنة ٧١٨ [فى اربع مجلّدات] ١١٣١٢ المبتدأ فى . . . لابى المحاسن عبد الواحد بن اسمعيل الرويانى المتوفى سنة ٥٠٢ ١١٣١٣ المبتدأ فى . . . لاسحق ابن بشير ١١٣١٤ مبتغى فى فروع الحنفية مجلّد للشيخ عيسى بن محمد بن ايناني القرشهرى الحنفى اتمّه سنة ٧٣٤ وهو فى العبادات والسير والكسب والكراهة والايمان والصيد والاجارة والبيع والنكاح والطلاق اوله الحمد لله الذى خلقنا فهدانا للرشاد الخ ختم كلّ باب باحاديث من الصحيحين وغيرهما بالرموز ١١٣١٥ المبدأ والمآل لياقوت بن عبد الله الحموى المتوفى سنة ٦٢٦ ١١٣١٦ المبدأ والمعاد للشيخ عزيز النسفى فارسى وله مختصر مسمّى بزبدة الحقائق ١١٣١٧ مبدع فى التصريف لابى حيّان محمد بن يوسف الاندلسى المتوفى سنة ٧٤٥ ١١٣١٨ مبسوط ابى الليث نصر بن محمد الفقيه السمرقندى الحنفى المتوفى سنة ٣٧٥ ذكره العمادى فى الفصل الثامن ١١٣١٩ مبسوط الامام السيد ابى الشجاع

---

vulgo *Wetwát* dicto et anno 718 (inc. 5. Mart. 1318) mortuo. [Quatuor volumina]. — 11312. **El-Mubteda fi . . .**, initium de . . ., auctore *Abu'lmehásin Abd-el-wáhid Ben Ismaíl Ruyáni*, anno 502 (inc. 11. Aug. 1108) mortuo. — 11313. **El-Mubteda fi . . .**, initium de . . ., auctore *Is'hac Ben Beshír*. — 11314. **El-Mobteghá**, expetita de partibus juris Hanefitici secundariis. Volumen, quod Sheikh *Isa Ben Mohammed Ben Inánej Carashehri* Hanefita anno 734 (inc. 12. Sept. 1333) absolvit. Agit de exercitiis religionis, de jure circa bellum, quaestu, reprobatione rerum ingratarum, juramentis, venatione, pretio conductionis, emtione, conjugio et divortio, et incipit ita: Laus Deo, qui nos creavit et ad rectam viam ducit etc. In extremis capitibus auctor singulas traditiones ex utroque *Sahíh* aliisque libris siglis ad auctores significandos usus profert. — 11315. **El-Mebda we El-Meál**, initium et finis, auctore *Yácút Ben Abdallah Hamawi*, anno 626 (inc. 30. Nov. 1228) mortuo. — 11316. **El-Mebda we El-Meád**, haec vita et vita altera, auctore Sheikh *Azíz Nesefi*. Persice. Idem epitomen ex eo libro edidit *Zubdet el-hackáic* inscriptam. — 11317. **El-Mobdi' fi el-tesríf**, institutor novus de flexu formarum, auctore *Abu Hayyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi*, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuo. — 11318. **Mebsút Abi'lleith**, liber completus, auctore *Abu'lleith Nasr Ben Mohammed Samarcandi* Hanefita Jurisconsulto, anno 375 (inc. 24. Mai. 985) mortuo. Commemorat eum *Imádi* in sectione octava. — 11319. **Mebsút El-Imám**, liber completus Imámi Seyyid *Abu'lshojá'*, [qui prope ante annum 500 (inc. 2. Sept.

[كانت وفاته قبيل الخمسمائة قريبا] ١١٣٢٠ مبسوط الامام السيد ناصر الدين السمرقندى
١١٣٢١ مبسوط الحلوانى وهو شمس الائمة عبد العزيز بن احمد الحلوانى البخارى
الحنفى المتوفى سنة ٤٤٨ ١١٣٢٢ مبسوط خواهر زاده وهو الامام شيخ الاسلام محمد بن
حسين البخارى الحنفى المعروف ببكر خواهر زاده فى خمسة عشر مجلدا [المتوفى سنة ٤٨٣]
وقيل له مبسوطان ١١٣٢٣ مبسوط سرخسى نحو خمسة عشر مجلدا وهو شمس الائمة
محمد بن احمد بن ابى سهل السرخسى المتوفى سنة ٤٨٣ املاه وهو فى السجن باوزجند
وذكر فيه حسب حاله فى آخر كل كتاب من الكتب من خاطره من غير مطالعة كتاب سبب
كلمة كان فيها من الناصحين ١١٣٢٤ مبسوط صدر الاسلام ابى اليسر محمد بن محمد
البزدوى المتوفى سنة ١١٣٢٥ مبسوط فخر الاسلام على بن محمد البزدوى المتوفى سنة
٤٨٢ فى احد عشر مجلدا ١١٣٢٦ المبسوط فى الحديث للامام ابى عبد الله محمد بن
اسمعيل البخارى المتوفى سنة ٢٥٦ ذكره الخليلى فى الارشاد وان وهب بن سليم رواه عنه فى كتاب

---

1106) mortuus est]. — 11320. **Mebsút El-Imám**, liber completus Imámi Seyyid *Násir-ed-dín Samarcandi.* — 11321. **Mebsút El-Holwáni**, liber completus *Shemsi el-aïmmet Abd-el-azíz Ben Ahmed Bokhári* Hanefitae, vulgo *Holwáni* dicti et anno 448 (inc. 21. Mart. 1056) mortui. — 11322. **Mebsút Kháherzádeh**, liber completus Imámi Sheikh-elislám *Mohammed Ben Hosein Bokhári* Hanefitae, vulgo *Bekr Kháherzádeh* dicti [et anno 483 (inc. 6. Mart. 1090) mortui]. Quindecim volumina. Ille duorum *Mebsút* auctor esse dicitur. — 11323. **Mebsút Serakhsi**, liber amplus quindecim circiter volumina complectens, quem *Shems-elaïmmet Mohammed Ben Ahmed Ben Abi Sahl*, vulgo *Serakhsi* dictus et anno 483 (inc. 6. Mart. 1090) mortuus, dictavit, cum in urbe Uzjend carcere inclusus teneretur. Affert ad finem singulorum librorum accommodate ad conditionem suam memoriter nullo inspecto libro explicationem caussae dicti, in quo se amicum sincere monentem praestiterat. — 11324. **Mebsút Sadr-elislám**, liber amplus *Sadri-elislám Abu'lyesr Mohammed Ben Mohammed Pezdewi*, anno . . . mortui. — 11325. **Mebsút Fakhr-elislám**, liber amplus *Fakhr-elislám Ali Ben Mohammed Pezdewi*, anno 482 (inc. 16. Mart. 1089) mortui. Undecim volumina. — 11326. **El-Mebsút fi el-hadíth**, liber amplus de traditionibus, auctore Imám *Abu Abdallah Mohammed Ben Ismaíl Bokhári*, anno 256 (inc. 9. Dec. 869) mortuo. — Commemorat eum *Khalíli* in *Irshád*, et certe *Wahb Ben Selím* in libro *Ilel* ex ipsa *Bokhárii* auctoritate ejus mentionem

العلل وذكره ابو القاسم ابن منده ايضا وانه يرويه عن محمد بن عبد الله بن حمدون عن ابى محمد عبد الله بن الشرقى عنه ۱۱۳۲۷ مبسوط فى شرح الكافى سبق ۱۱۳۲۸ مبسوط فى الفروع تأليف الشيخ سعيد ابى جعفر محمد بن الحسن الطوسى [المتوفى سنة ۴٦۰ قال السبكى كان فقيه الشيعة ومصنفهم كان ينتمى الى مذهب الشافعى] ۱۱۳۲۹ مبسوط فى فروع الحنفية كثير منها للامام ابى يوسف يعقوب بن ابراهيم القاضى الحنفى المتوفى سنة ۱۸۲ وهو المسمّى بالاصل وللامام محمد بن الحسن الشيبانى المتوفى سنة ۱۸۹ الّفه مفردة اولا الّف مسائل الصلوة وسمّاه كتاب الصلوة ومسائل البيع وسمّاه كتاب البيوع وهكذا الايمان والاكراه ثم جمعت فصارت مبسوطا وهو المراد حيث ما وقع فى الكتب قال محمد فى كتاب فلان كذا واعلم ان نسخ المبسوط المروية عن محمد متعددة واظهرها مبسوط ابى سليمان الجوزجانى وشرح المبسوط جماعة من المتأخرين مثل شيخ الاسلام ابى بكر المعروف بخواهر زاده

---

facit. Praeterea *Abu'lcásim Ibn Mendeh* hunc librum commemorat dicens, eum se ex auctoritate *Mohammed*is *Ben Abdallah Ben Hamdún*, qui testimonium *Abu Mohammed*is *Abdallah Ben-elshercki* secutus sit, afferre, et hunc auctoritate *Bokhúri*i uti. — 11327. **El-Mebsút fi sharh El-Káfi**, liber amplus. Commentarius in librum *Káfi*, de quo supra dictum est. — 11328. **El-Mebsút fi el-forú'**, liber amplus de partibus juris secundariis, a Sheikh *Saíd Abu Ja'far Mohammed Ben-elhasan Tusi*, anno 460 (inc. 11. Nov. 1067) mortuo, compositus. [Teste *Sobki* ille jurisconsultus et scriptor Shiitarum fuit, et in sectae Shafiiticae asseclis numeratus est]. — 11329. **El-Mebsút fi forú' El-Hanefíyet**, liber amplus de partibus juris Hanefitici secundariis. Plures hujus tituli libri exstant, quorum auctores v. c. sunt Imám *Abu Yusuf Yacúb Ben Ibráhím* Iudex Hanefita, anno 182 (inc. 22. Febr. 798) mortuus, cujus liber Archetypum (*Asl*) dicitur — et Imám *Mohammed Ben-elhasan Sheibáni*, anno 189 (inc. 8. Dec. 804) mortuus, qui primum per partes singulares suum librum composuit. Conscripsit enim quaestiones de precatione, quibus titulum dedit *Kitáb el-salát*, tum quaestiones de emtione, quae titulum *Kitáb el-boyú'* prae se ferunt, et sic deinceps quaestiones de juramentis et actionibus, ad quas aliquis invitus adigitur. Deinde quaestiones in unum colligebantur, ut liber completus evaderent, et haec est significatio vocis *Mebsút*, ubicunque de libris usurpatur. *Mohammed* in libro aliquo ita dicit: Scias, exempla libri *Mebsút*, quae ad *Mohammed*is auctoritatem referuntur, multa esse numero et eorum speciosissimum *Mebsút* illud, quod *Abu Soleimán Jauzejáni* ediderit. Multi inter recentiores in *El-Mebsút* commentarios composuerunt, ut Sheikh-el-islám *Abu Bekr*, vulgo *Kháherzádeh* dictus, cujus liber

ويسمّى مبسوط البكرى وشمس الائمّة الحلوانى واوردوا انّها مختلطة بكلامهم من غير تمييز لكلام محمد كما فعله شراح الجامع الصغير مثل فخر الاسلام البزدوى وقاضيخان وحيث وقع فى الخلاصة نسخة شيخ الاسلام وغيره فالمراد مبسوطاتهم وروى ان الشافعى استحسنه وحفظه واسلم حكيم من كفار اهل الكتاب بسبب مطالعته حيث قال هذا كتاب محمدكم الاصغر فكيف كتاب محمدكم الاكبر. ١١٣٣٠ المبسوط فى فروع الشافعية لابى عاصم محمد بن احمد العبّادى الشافعى المتوفى سنة ٤٥٨ فى نحو ثلثين مجلّدا وابى جعفر حرملة بن يحيى الشافعى المتوفى سنة ٢٤٣ والامام ابى بكر احمد بن الحسين البيهقى وهو من اعظم كتبه قدرا وابسطها علما يكون فى عشرين مجلّدا المتوفى سنة ٤٥٨ عن اربع وسبعين سنة ١١٣٣١ المبسوط فى الفقه المالكى فى تسعة اسفار لمحمد بن محمد [المعروف بابن عرفة الورغمى] التونسى المتوفى سنة ٨٠٣ ١١٣٣٢ المبسوط فى القراءات السبع والمضبوط

---

*El-Mebsút El-Bekri* nominatur — et *Shems-elaïmmet Holwáni.* Uterque tradit, exemplis immixta esse sua dicta sine ulla distinctione verborum *Mohammed*is eodem modo, quo auctores commentariorum in *El-Jámi' El-Saghír* fecissent, ut *Fakhr-elislám Pezdewi* et *Cadhíkhán*, et ubi in libro *Khiláset* exemplum Sheikhi-elislám et aliorum affertur, intelligendi sunt eorum libri *Mebsút* inscripti. *Sháfii* eum vehementer probasse traditur et memoriae mandasse; et philosophus quidam infidelium Christianus aut Judaeus postquam *Mebsút* legit fidem Mohammedanam amplexus est, quatenus exclamat: Hic est liber *Mohammed*is vestri minoris: qualis igitur liber *Mohammed*is vestri majoris esse debet! — 11330. **El-Mebsút fi forú' El-Sháfiiyet**, liber amplus de articulis fidei Shafiiticae secundariis, auctoribus *Abu Asim Mohammed Ben Ahmed Abbádi* Shafiita, cujus liber circiter triginta volumina complectitur — *Abu Ja'far Harmela Ben Yahya* Shafiita, anno 243 (inc. 30. Apr. 857) mortuo — Imám *Abu Bekr Ahmed Ben-elhosein Beihacki.* Hic inter ejus libros pretio summus est amplissimusque eruditione, et viginti volumina explet. — Obiit ille annos septuaginta quatuor natus anno 458 (inc. 3. Dec. 1065). — 11331. **El-Mebsút fi el-fic'h El-Máliki**, liber completus de jure Malikitico. Novem tomi, auctore *Mohammed Ben Mohammed Tunesi*, [vulgo *Ibn Arafa Warghami* dicto et] anno 803 (inc. 22. Aug. 1400) mortuo. — 11332. **El-Mebsút fi el-ckiráát el-seb'i' we el-madhbút**, liber completus de septem Corani recensionibus

فارسى للشريف محمد بن محمود بن احمد السمرقندى سبط الامام ناصر الدين جعله على ثلثة كتب آ فى اصول القراءات ٢ فى تشجيرها المسمى كتاب التسخير على طريق التشجير ٣ فى اصول القراءات مجدولا ١١٣٣٣ المبسوط فى اللغة لابى على حسن بن قاسم الرازى المتوفى سنة [كان ممن لازم الصاحبَ ابن عَبّادٍ الوزير] ١١٣٣٤ مبسوط ناصر الدين السيد الامام قاسم بن حسين [بن عبد الله] السمرقندى المتوفى سنة ١١٣٣٥ مبكيات لشيخ الاسلام الامام الزندوستى البخارى الحنفى المتوفى سنة ١١٣٣٦ مبهت فى الاجوبة عن اشكالات التنبيه مرّ فى التاء اجاب فيه عما تظاهر به بعض المبتدعة بظواهر القرآن والحديث

١١٣٣٧ مبهج الاسرار فى معرفة اختلاف العدد والاخماس والاعشار لصاحب الهادى

١١٣٣٨ مبهج الاسرار لابى العلا ١١٣٣٩ المبهج فى القرآءات الثمان وقراءة الاعمش وابن مُحَيْصِن واختيار خلف واليزيدى للشيخ ابى محمد عبد الله بن على بن احمد المعروف بسبط الخياط

---

et de vocibus accurate pronunciandis. Persice, auctore *Sherif Mohammed Ben Mahmúd Ben Ahmed Samarcandi*, nepote Imami *Násir-ed-dín*. Opus in tres libros divisit, quorum primus de principiis lectionum agit, secundus de iis in stemmatis ordinem redigendis, et hic liber *Kitáb el-teskhír ala taríc el-teshjír* inscriptus est, tertius de principiis lectionum in tabulas digestarum. — 11333. El-Mebsút fi el-loghat, liber completus de lexicologia, auctore *Abu Ali Hasan Ben Cásim Rázi*, anno . . . mortuo. [Fuit hic familiaris *Wezír*i et *Sáhibi Ibn Abbád*]. — 11334. Mebsút Násir-ed-dín, liber completus Seyyidi Imám *Cásim Ben Hosein* [*Ben Abdallah*] *Samarcandi*, vulgo *Násir-ed-dín* dicti et anno . . . mortui. — 11335. Mobkiyát, dicta ad flendum commoventia, auctore Sheikh-elislám Imám *Zendústi Bokhári* Hanefita, anno . . . mortuo. — 11336. El-Mobehhit, liber attonitum reddens. Continet responsa ad difficultates in libro *Tenbíh* obvias, de quo in litera *Tá* videatur. Respondet ibi auctor ad ea, quae vir quidam novarum rerum studiosus in explicando claro Corani et traditionum sensu plurimis locis manifestaverat. — 11337. Mobhij el-asrár, liber arcana exhilarans de cognitione discriminis numeri simplicis, numerorum quinariorum et denariorum. Scripsit auctor libri *Hádi*. — 11338. Mobhij el-asrár, liber arcana exhilarans, auctore Sheikh *Abu'lalá*. — 11339. El-Mobhij fi el-ckiráát el-themán, liber exhilarans de octo Corani recensionibus et de recensione *A'mashi* et *Ibn Moheisini*, et de lectionibus a *Khalaf* et *Yezídi* praeoptatis, auctore Sheikh *Abu Mohammed Abdallah Ben Ali Ben Ahmed Baghdádi*, vulgo *Sibt El-Khayyát*

البغدادى مات سنة ٥٤١ ‎۱۱۳۴۰ مبهج لابى اسمعيل عبد الملك بن منصور الثعالبى المتوفى سنة ٤٣٠ الفه لامير شمس المعالى قابوس اوله باسم الله استفتاحا واستنجاحا الخ ذكر فيه انه اهداه الى شمس المعالى حين ورد به ثم زاد فيه ونقص وبدّل فانشأ نشأة اخرى ورتبها فى ابواب سبعين ‎۱۱۳۴۱ المبهر فى القراءات العشر للشيخ ابن ابى المكارم احمد بن محمد بن دلّه المتوفى سنة ٦٥٣ وله نظم ايضا فى قراءات العشرة المسمى بالجهرة فى بحر الرجز

‎۱۱۳۴۲ علم مبهمات القرآن

[قال ابو الخير واعلم ان علم المبهمات مرجعه النقل المحض لا مجال للرأى فيه. قال وللابهام فى القرآن اسباب ثم سرد اسبابه وذكر ستة اسباب انتهى]

‎۱۱۳۴۳ مبهمات القرآن للسهيلى وابن عساكر والقاضى بدر الدين ابن جماعة وللسيوطى فيه تاليف جمع فيه فوائد الكتب المذكورة مع زوائد اخرى ذكره فى الاتقان

---

dicto et anno 541 (inc. 13. Jun. 1146) mortuo. — 11340. **El-Mobhij**, liber exhilarans, quem *Abu Ismaíl Abd-el-melik Ben Mansúr Theálibi*, anno 430 (inc. 3. Oct. 1038) mortuus, Emíro *Sheme-elmeáli Cábús* composuit. Orditur auctor ita: Nomine Dei faustum initium et felicem exitum precans etc., et narrat, se illum *Shemso-elmeáli* tempore obtulisse, quo in ejus praesentia fuerit. Tum nova addidit, alia resecuit, alia aliis substituit, ut novam quasi editionem adornaret, et librum in septuaginta capita disposuit. — 11341. **El-Mobhir fi el-ckiráát el-ashr**, liber admiranda proferens de decem Corani recensionibus, auctore Sheikh *Ibn Abi'lmekárim Ahmed Ben Mohammed Ben Dilleh*, anno 653 (inc. 10. Febr. 1255) mortuo. Idem carmen de decem Corani recensionum auctoribus edidit metro *Rejez* compositum et *El-Mejheret* inscriptum. —

11342. **Ilm mobhemát El-Cor'an.** Doctrina dictionum in Corano suspensarum seu incertarum.

[*Abu'lkheir:* Scias, inquit, in doctrina dictionum Corani suspensarum ad puram tantummodo traditionem historicam decurri posse, nec rationi ullum omnino campum patere. Orationis illius tectioris in Corano, ait, caussae variae exstant. Has deinceps singulas recenset et de sex earum diserte disputat. — Haec ille]. —

11343. **Mobhemát El-Cor'an**, dicta tectiora Corani. Scripserunt de iis *Soheili*, *Ibn Asákir*, Cádhi *Bedr-ed-dín Ibn Jemáa* et *Soyúti*, qui, ut in *El-Itcán* narrat, in hoc libro adnotationes ex libris laudatis utiles collegit adjectis aliis et novis. —

١١٣٤٤ المبهمات للشيخ ولى الدين احمد بن عبد الرحيم العراقى المتوفى سنة ٨٠٦ اوله الحمد لله على ما افضل الخ بيّن فيه الاسمآء المبهمة الواقعة فى متون الاحاديث والاسانيد وقد صنّف فى المبهمات جماعة قبله كابى محمد عبد الغنى بن سعيد المصرى وابى بكر احمد بن على الخطيب البغدادى وابى القاسم بن بشكوال وهو انفس كتب صنف فيه وابى عبد الله بن طاهر المقدسى جمع فيه نفآئس الّا انّه توسع فيه وكتاب ابن بشكوال غير مرتّب ورتّب الخطيب على حروف المعجم معتبرا اسم المبهم وفى تحصيل الفآئدة منه عسر فان العارف بالمبهم غير محتاج الى كشفه والجاهل لا يعرف موضعه واختصره الامام النووى بحذف الاسانيد ورتّبه على حروف المعجم معتبرًا اسم الصحابى الراوى لذلك الحديث وزاد فيه احاديث يسيرة وهذا اقرب متناولا ومع هذا قد يصعب الكشف منه لعدم استحضار اسم صحابى ذاك الحديث مع كونه كثير من المبهمات ثم ان ابا زرعة رتّب كتابه على ابواب الفقه ليسهل الكشف منه

---

11344. El-Mobhemát, dictiones tectiores, auctore Sheikh *Weli-ed-din Ahmed Ben Abd-el-rehím Irácki*, anno 806 (inc. 21. Jul. 1403) mortuo. In hoc libro, qui ita incipit: Laus Deo pro iis, quae benevole largitur etc., nomina infinite significata explicat, quae in textibus traditionum et verbis traditionariorum leguntur, quibus traditiones ad auctores referunt. Ante eum vero plures viri docti de nominibus tectioribus libros composuerunt, ut *Abu Mohammed Abd-el-ghani Ben Saíd Misri* — *Abu Bekr Ahmed Ben Ali El-Khatíb El-Baghdádi* — *Abu'lcásim Ben Beshkowál*, cujus liber inter eos, qui de hoc argumento scripti sunt, unus pretiosissimorum est — *Abu Abdallah Ben Táhir Mocaddesi*, qui adnotationes pretiosas in suo libro collegit, attamen notionem illarum dictionum nimis amplificavit. Liber *Ibn Beshkowáli* autem minime ad ordinem dispositus est; eum igitur *El-Khatíb* ad literarum alphabeti ordinem distribuit, ita ut nominis „*mobhem*" rationem haberet. At in utilitate inde capienda difficultas cernitur. Qui enim nominum tectiorum gnarus est, eorum explicatione illi non opus est, ignarus autem eorum locum invenire nescit. Eundem *Ibn Beshkowáli* librum Imám *Newewi* resectis auctoritatibus in compendium redegit et ad ordinem alphabeticum disposuit, respiciens nomen socii prophetae hanc illam traditionem referentis. Addidit etiam paucas traditiones, et haec ejus ratio facilius et propius ducit ad quaesitum capiendum. Nihilominus difficile est ex eo quaesita elicere, quum, ut nomen socii prophetae hanc illam traditionem referentis omni tempore in memoriam revocemus, minime fieri et praeterea unus idemque socius multas dictiones tectiores admittere possit. Jam vero *Abu Zor'a* librum suum secundum capita jurisprudentiae digessit, ut qui hunc modum ex ratione quadam

على من اراد ذلك فاورد جميع ما ذكره ابن بشكوال والخطيب والنووى مع زيادة عليهم وللشيخ ابى ذر احمد بن ابراهيم الحلبى الشافعى المتوفى سنة ٨٨٤ وذكر فيه اعرابه وله مبهمات مسلم ايضا وفيه كتاب للشيخ الامام الحافظ قطب الدين القسطلانى مختصر اوله الحمد لله الذى جعل العلم لاهله نسبا الخ ذكر فيه انه تدبر ما وضعه الحافظ ابن بشكوال فى نوع الغامض والمبهمات باسانيده فجاء بديعا فى نوعه لكنه اطال بالاسناد وترك كثيرا من بابه وانه وقف على تعليق للحافظ ابى الفضل محمد بن طاهر المقدسى فى هذا الباب فلم يستوعب ذلك ولكنه زاد على ابن بشكوال بان ذكر من مبهم الاسناد نزرا يسيرا فرأى ان يجمع بينهما مرتبة على الحروف وربما زاد عليهما وسماه الافصاح عن المعجم من ايضاح الغامض والمبهم ١١٣٤٥ المبين فى تاريخ اندلس لابى حيّان وهو يدخل ستين مجلدا ١١٣٤٦ [مبين المعين شرح الاربعين للمولى على القارى] ١١٣٤٧ المتجر الربيح والمنتقى الرجيح

---

proferret, quaerendi inde operam faciliorem haberet. Affert illa omnia, quae *Ibn Beshkowál*, *Khatíb* et *Newewi* proposuerant, additamentis aucta. Librum *Mobhemát* porro edidit Sheikh *Abu Dzarr Ahmed Ben Ibráhím Halebi* Shafiita, anno 884 (inc. 25. Mart. 1479) mortuus, qui simul flexiones finales nominum addidit. Idem *Mobhemát Moslim*i edidit. De eodem argumento Sheikh et Imám Háfitz *Cotb-ed-dín Castelání* compendium composuit, quod ita incipit: Laus Deo, qui doctrinam viris doctis rem oblivioni obnoxiam esse voluit etc. Dicit ibi, quae Háfitz *Ibn Beshkowál* sub genere dictionum obscurarum et tectarum additis auctoritatibus descripserit, se accurate pertractasse et intellexisse. Evasit igitur liber in suo genere novus et singularis, attamen auctor auctoritatibus addendis longior fuit et multa quae huc pertinent praetermisit. Legit quidem commentationem ab Háfitz *Abu'lfadhl Mohammed Ben Táhir Mocaddesi* de hac materia scriptam, at rem non prorsus pertractavit. Attamen eo librum *Ibn Beshkowál*i auxit, quod aliquantum de dictionibus tectioribus locorum ex auctoribus allatorum addidit. Placuit autem ei utramque genus dictionum illarum conjungere et alphabetice disponere. Saepe iis nova adjecit et libro titulum *El-Ifsáh an el-mo'jem min ídháh el-ghámidh we el-mobhem* dedit. — 11345. El-Mobín, liber planus de historia Andalusiae, auctore *Abu Hayyán*. Continetur sexaginta voluminibus. — 11346. [El-Mobín El-Moín, liber planus auxilium afferens. Commentarius in quadraginta traditiones, auctore Molla *Ali* Corani Lectore]. — 11347. El-Mottajir el-rebíh, mercator mercaturam lucrativam exercens et

في شرح الجامع الصحيح سبق ذكره ١١٣٤٨ متحيّز الالفاظ المتجانسة لحسين بن يحيى البخاري ١١٣٤٩ متشابه اسامي الرواة لابي القاسم محمود بن عمر الزمخشري المتوفى سنة ٥٣٨

## ١١٣٥٠ علم متشابه القرآن

[اول من صنف فيه الكسائي كما قال السيوطي في الاتقان نظمه السخاوي وفيه البرهان . درّة التنزيل وكشف المعاني وقطف الازهار وغير ذلك] ١١٣٥١ متشابه القرآن للشيخ الامام شمس الدين محمد [بن احمد بن عبد المؤمن المصري الشافعي] الشهير بابن اللبان [المتوفى سنة ٧٤٩] مختصر اوله امّا بعد حمد الله الواحد بذاته الخ ولرشيد الدين ابي جعفر محمد بن علي المازندراني المتوفى سنة ٥٨٨ ١١٣٥٢ متعة النفوس ذكره ابراهيم ابن وصيف شاه ١١٣٥٣ متفرّقات المتّفق في فروع الحنفية لابي بكر محمد بن عبد

---

exquisita pars praeponderans. Commentarius in *El-Jámi' El-Sahíh*, de quo supra mentio facta est. — 11348. **Motehayyiz el-alfátz el-motejániset**, congeries verborum forma quidem similium at significatione diversorum, auctore *Hosein Ben Yahya Bokhári*. — 11349. **Moteshábih asámi el-rowát**, nomina ambigua relatorum, auctore *Abu'lcásim Mahmúd Ben Omar Zamakhsheri*, anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortuo. —

## 11350. Ilm moteshábih El-Cor'an. Doctrina verborum locorumque coranicorum interpretationis incertae.

[Ut *Soyúti* in *El-Itcán* testatur, primus, qui de hac doctrina librum composuit, *Kisáyi* fuit, et *Sekháwi* eandem materiam versibus circumscripsit. Deinde huc pertinent libri *El-Borhán* — *Dorret el-tenzíl* — *Kashf el-meáni* — *Catf el-azhár* — alii]. — 11351. **Moteshábih El-Cor'an**, verba coranica incertae interpretationis, auctore Sheikh et Imám *Shems-ed-dín Mohammed* [*Ben Ahmed Ben Abd-el-mumin Misri* Shafiita], vulgo *Ibn-ellebbán* dicto [et anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuo]. Compendium, quod ita incipit: Praemissa Dei laude essentiâ suâ unici etc. — De iisdem scripsit *Reshíd-ed-dín Abu Ja'far Mohammed Ben Ali Mázenderáni*, anno 588 (inc. 18. Jan. 1192) mortuus. — 11352. **Mit'at el-nofús**, commeatus animarum. Commemorat hunc librum *Ibráhím Ben Wasif Sháh*. — 11353. **Motaferricát el-mottafic**, fragmenta dispersa quaestionum consentientium de partibus juris Hanefitici derivatis

الله الجوزقى الحنفى المتوفى سنة ٣٨٨ ومن شروحه المحقق ١١٣٥٤ المتّفق وضعًا والمختلف صقعًا للشيخ مجد الدين ابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادى الشيرازى المتوفى سنة ٨١٧ ١١٣٥٥ المتّفق والمفترق للحافظ المشهور الامام ابى بكر احمد بن على ابن ثابت المعروف بالخطيب البغدادى المتوفى سنة ٤٦٣

١١٣٥٦ علم متن الحديث

المتن ما اكتنف الصلب من الحيوان فمتن كلّ شىء ما يتقوّم به ذلك الشىء. فمتن الحديث الفاظه التى يتقوّم بها المعنى

١١٣٥٧ علم المتواتر والمشهور من القرآن

١١٣٥٨ المتوسّطات وهى الكتب التى من شأنها ان تتوسّط فى الترتيب التعليمى بين كتاب الاصول لاقليدس وبين كتاب المجسطى لبطلميوس ككتب الاكر ونحوها على ما

---

auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Abdallah Jewzecki* Hanefita, anno 388 (inc. 3. Jan. 998) mortuo. Unus commentariorum in illa inscriptus est *El-Mohacckic.* — 11354. **El-Mottafic wadh'an we El-Mokhtalif sac'an**, quod scriptura par, situ diversum est, auctore Sheikh *Majd-ed-dín Abu Táhir Mohammed Ben Yacúb Fírúzábádi Shírázi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. — 11355. **El-Mottafic we El-Moftaric**, quod conveniens et quod dispersum est, auctore Háfitz celeberrimo Imám *Abu Bekr Ahmed Ben Ali Ben Thábit*, vulgo *El-Khatíb El-Baghdádi* dicto et anno 463 (inc. 9. Oct. 1070) mortuo. —

11356. **Ilm metn el-hadíth.** Doctrina de textu traditionum.

Vox *metn* id significat, quod spinam dorsi animalis circumdat. Deinde *metn* omnia ea indicat, quibus haec illa res stabilitur. Jam vox *metn* de traditionibus usurpata verba seu textus earum sunt, quibus argumentum constituitur. —

11357. **Ilm el-motewátir we el-meshhúr min El-Cor'an.** Doctrina lectionum coranicarum, quas plures ita referunt, ut eorum consensus mendacio niti non possit, et lectionum, quarum quidem auctoritas vera est, dictio autem legibus linguae arabicae contraria.

11358. **El-Motewassitát**, libri intermedii. — Libri intermedii ii nominantur, quibus hoc peculiare est, ut in ordine institutionis mathematicae inter Elementa Euclidis et Almagestum Ptolemaei intercedant, quales sunt libri Sphaericorum et alii

بيّنه نصير الدين فى تحرير كتاب الاكر لمانالاوس واضاف اليها بعض المحدّثين كتاب المأخوذات لارشميدس ١١٣٥٩ المتوكّل فيما فى القرآن من اللغات العجميّة للسيوطى مرّ ذكره فى الكتاب ١١٣٦٠ متون الاخبار والآثار بحذف الاسانيد والتكرار وهو مختصر شعب الايمان المسمّى بجامع المصنف مرّ فى الجيم ١١٣٦١ المثابة فى آثار الصحابة لجلال الدين السيوطى ذكرها فى فهرس مؤلّفاته فى فنّ الحديث ١١٣٦٢ مثالب لابى عبيدة معمر بن المثنى اللغوى المتوفى سنة ٢١٠ ١١٣٦٣ المثل الافلاطونيّة الذى قاله فى كتابه المسمّى غرغياس سرياني ئيه كتاب لبرقلس الافلاطونى ١١٣٦٤ المثل السآئر فى آداب الكاتب والشاعر لضيآء الدين نصر الله بن محمد بن صآئن الدين محمد بن عبد الكريم ابن الاثير الجزرى المتوفى سنة ٦٣٧ جمع فيه واستوعب ولم يترك شيئاً يتعلّق بفنّ الكتابة الا ذكره قال علم البيان لتأليف النظم والنثر بمنزلة اصول الفقه لاستنباط ادلّة الاحكام وقد الّف الناس فيه

---

similes, quemadmodum *Nasír-ed-dín* in recensione libri Menelai de figuris sphaericis diserte dicit. Nonnulli recentiores his Assumta sive Lemmata Archimedis adjiciunt. — 11359. **El-Motewakkil,** liber *Motewakkili* de dictionibus peregrinis, quae in Corano leguntur, auctore *Soyúti.* Vide supra sub *Kitáb El-Motewakkil.* — 11360. **Motún el-akhbár we el-athár,** textus historiarum et monumentorum resectis auctoritatibus et locis repetitis. Compendium est dogmatum fidei singularium, *El-Jámi' El-Mosannef* inscriptum, de quo in litera *Jím* dictum est. — 11361. **El-Methábet fi athár el-sahábet,** locus conventus de monumentis sociorum prophetae. Scripsit *Jelál-ed-dín Soyúti*, qui librum hunc in indice scriptorum suorum sectioni traditionariae adnumerat. — 11362. **Methálib,** vituperia, auctore *Abu Obeida Ma'mar Ben-elmothanna* Lexicologo, anno 210 (inc. 24. Apr. 825) mortuo. — 11363. **El-Mathal El-Iflatúníyet,** parabolae platonicae, quae in dialogo „Gorgias Syrianus" inscripto a Platone afferuntur. Proclus Platonicus Syriani discipulus et successor librum in illas edidit. — 11364. **El-Mathal El-Sáir,** exempla divulgatissima de regulis scribae et poetae observandis, auctore *Dhiyá-ed-dín Nasrallah Ben Mohammed Ben Sáin-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-kerím Ibn El-Athír Jezeri*, anno 637 (inc. 3 Aug. 1239) mortuo. Omnem materiam ibi plane effudit, nec ullam rem, quae ad artem scribendi pertinet, praetermisit, imo de ea disseruit. Doctrina expositionis, ait, ad componendam orationem ligatam et solutam locum tenet eundem, quem principia jurisprudentiae ad argumenta statutorum juridicorum elicienda. Viri docti de illa doctrina libros composuerunt,

كتبا ولم اجد ما ينتفع به الّا كتاب الموازنة وسرّ الفصاحة على ان كلا منهما قد اهمل من هذا العلم ابوابا وهدانى الله لابتداع اشياء لم تكن من قبل مبتدعة وقد بنّيته على مقدّمة ومقالتين والمقدّمة [مشتملة] على اصول علم البيان والمقالتان على فروعه فالاولى فى الصناعة اللفظيّة والثانية فى المعنوية شرحه ابو منصور موهوب بن ابى طاهر الجواليقى المتوفى سنة وصنّف بعضهم كتابا سمّاه الروض الزاهر فى محاسن المثل السائر وصنّف عزّ الدين بن ابى الحديد كتابا سمّاه الفلك الدائر على المثل السائر وصنّف ابو القاسم محمود بن الحسين الركن السخاوى المتوفى سنة ٦٥٠ كتابا يرد فيه وسمّاه نشر المثل السائر وطىّ الفلك الدائر وصنّف صلاح الدين خليل بن ايبك الصفدى كتابا سمّاه نصرة الثائر على المثل السائر وصنّف عبد العزيز بن عيسى كتابا سمّاه قطع الدابر عن الفلك الدائر ١١٣٦٥ مثلث فى علم الرمل لابن محفوف ١١٣٦٦ مثلث فى اللغة اول من وضع فيه ابو على محمد بن

---

attamen nullum vidi, unde fructus capiendi essent, praeter ***Kitâb el-mowâzenet*** et ***Sirr el-fesâhat.*** Id vero observandum est, utrumque plura hujus artis capita neglexisse. Direxit jam Deus me, ut nova, quae antea minime prolata essent, primûs proferrem, materiamque totam in praefatione et duobus libris tractavi. Praefatio [comprehendit] principia doctrinae expositionis, libri duo varia illius doctrinae praecepta derivata, ita ut prior artem verborum, posterior compositionem sensus artificiosam tractet. — Commentarium in hunc librum edidit ***Abu Mansûr Mauhûb Ben Abi Tâhir Jewâlîcki***, anno . . . mortuus, et alius quidam librum composuit ***El-Raudh El-Zâhir fi mehâsin El-Mathal El-Sâir*** inscriptum. Deinde ***Izz-ed-dîn Ben Abi'lhadîd*** librum scripsit titulo ***El-Felek El-Dâir ala El-Mathal El-Sâir*** insignitum, in quem ***Abu'lcâsim Mahmûd Ben-elhosein El-Rockn El-Sekhâwi***, anno 650 (inc. 14. Mart. 1252) mortuus, refutationem ***Nashr El-Mathal El-Sâir we Tayy El-Felek El-Dâir*** inscriptam composuit. Praeterea ***Salâh-ed-dîn Khalîl Ben Ibek Safedi*** librum titulo ***Nosret el-thâir ala El-Mathal El-Sâir*** insignitum, et ***Abd-el-azîz Ben Isa*** alium ***Cat'o' el-dâbir an El-Felek El-Dâir*** inscriptum ediderunt. — 11365. **El-Mothalleth fi ilm el-raml**, triangulum de arte e figuris in arena descriptis vaticinandi, auctore ***Ibn-Mahcûf.*** — 11366. **El-Mothalleth fi el-loghat**, verba trilitera, quae pro diversis tribus primae literae vocalibus significationem diversam admittunt. Primus, qui de his scripsit, fuit ***Abu Ali Mohammed Ben-elmostenîr***

المستنير المعروف بقطرب النحوى المتوفى سنة ٢٠٦ وهى اثنان وثلثون بيتا اولها

يا مولعًا بالغضب

شرحه سديد الدين ابو القاسم عبد الوهاب بن الحسين الورّاق بمدينة بهنسية توفى سنة ٦٨٥ والشيخ ابراهيم اللخمى وابن زهير والقزاز ابو عبد الله محمد بن جعفر القيروانى النحوى المتوفى سنة ٤١٢ وابن عُدَيس ١١٣٦٧ مثلث لجمال الدين محمد بن عبد الله ابن مالك النحوى المتوفى سنة ٦٧٢ وابى محمد عبد الله بن محمد البطليوسى النحوى المتوفى سنة ٥٢١ وعزّ الدين محمد بن ابى بكر ابن جماعة توفى سنة ٨١٩ وابى حفص عمر بن محمد القضاعى المتوفى فى حدود سنة ٥٧٠ فى عشرة اجزآء وللشيخ مجد الدين ابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادى المتوفى سنة ٨١٧ وهو كبير فى خمس مجلّدات وصغير فى خمسة اجزآء اوله اشرف ما نطق به المصدع المحدث الخ رتّب على الحروف ١١٣٦٨ مثنا ومثلث

---

Grammaticus, vulgo *Cotrob* dictus et anno 206 (inc. 6. Jun. 821) mortuus. Composuit triginta duos versus, quorum primus ita incipit:

O tu qui irae deditus es.

Commentarios in hunc librum composuerunt *Sedid-ed-din Abu'lcásim Abd-elwehháb Ben-elhosein El-Werrác* in urbe Behnesia, anno 685 (inc. 27. Febr. 1286) mortuus — Sheikh *Ibráhím Lakhmi* — *Ibn Zoheir* — *Abu Abdallah Mohammed Ben Ja'far Cairawáni* Grammaticus, vulgo *Cazzáz* dictus et anno 412 (inc. 17. Apr. 1021) mortuus — et *Ibn Odeis*. — 11367. **El-Mothalleth**, verba, quae in iisdem literis tres vocales admittunt, auctoribus *Jemál-ed-dín Mohammed Ben Abdallah* Grammatico, vulgo *Ibn Málik* dicto et anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuo — *Abu Mohammed Abdallah Ben Mohammed Botolyúsi* Grammatico, anno 521 (inc. 17. Jan. 1127) mortuo — *Izz-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr Ibn Jemáa*, anno 819 (inc. 1. Mart. 1416) mortuo — *Abu Hafs Omar Ben Mohammed Codhái*, circa annum 570 (inc. 2. Aug. 1174) mortuo, cujus liber decem fasciculis continetur — Sheikh *Majd-ed-dín Abu Táhir Mohammed Ben Yacúb Firúzábádi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo, qui najorem librum quinque voluminum et minorem quinque fasciculorum edidit. Incipit ille ita: Excellentissimum, quod traditionarius facundus enuntiat etc., et ad literas alphabeti dispositus est. — 11368. **Mothanná we**

لمنشی شاعر ۱۱۳۶۹ مثنویات ابکار الافکار ترکی ۱۱۳۷۰ مثنوی فارسی منظوم فی مزاحفات رمل المسدس علی ست مجلدات لمنلا جلال الدین محمد بن محمد البلخی ثم القونوی المتوفی سنة ٦٧٠ وهو کتاب مشهور مستغنی عن التعریف واعتنی علیه طائفة المولویة وغیرهم وشرحه المولی مصطفی بن شعبان المعروف بالسروری فارسیا توفی سنة ٩٦٩ [والشمعی فی ست مجلدات بالترکی توفی بعد الالف بیسیر والسودی ایضا ترکی توفی فی حدود سنة ١٠٠٠] والشیخ اسمعیل الانقروی المولوی المتوفی سنة ١٠٤٢ فی ست مجلدات سمّاه فاتح الابیات وکمال الدین حسین بن حسن الخوارزمی بالفارسی المتوفی سنة ٨٤٠ وسمّاه کنوز الحقائق فی رموز الدقائق اوله حمد بی حدّ وغایت وثنای بی عدّ ونهایت الخ وعبد الله بن محمد رئیس الکتاب العثمانی شرحه شرحا مبسوطا وبلغ الی آخر المجلد الاول وانتخب یوسف المولی المعروف بسینه چاک المتوفی سنة ٩٥٣ ثلثمائة وستین بیتا من المجلدات

---

Mothalleth, duplex et triplex, auctore *Munshi* Poeta. — 11369. Methnewiyát, disticha ejusdem rhythmi, virgines intactas cogitationum continentia. Turcice. — 11370. Methnewi, carmen, cujus disticha ejusdem rhythmi sunt. Poema persicum sex volumina complectens et metro imperfecto *Ramel* sex pedum compositum a Menla *Jelál-ed-dín Mohammed Ben Mohammed*, primum urbis Balkh, deinde Iconii inquilino, anno 670 (inc. 9. Aug. 1271) mortuo. Hic liber notior est, quam ut descriptione accuratiore carere non possit. In eo explicando asseclae ordinis Derwishorum *Mewlewi* et alii curam posuerunt. Commentarios in eum ediderunt Molla *Mustafa Ben Shu'bán*, vulgo *Sorúri* dictus et anno 969 (inc. 11. Sept. 1561) mortuus, cujus commentarius persice scriptus est — [*Shem'i'* paulo post annum 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortuus, cujus commentarius turcicus sex volumina complectitur — *Sudi*, circa annum 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortuus, qui pariter turcice scripsit] — Sheikh *Ismaíl Anckirewi Mewlewi*, anno 1042 (inc. 9. Jul. 1632) mortuus, cujus commentarius sex volumina complectitur et *Fátih el-abyát* inscriptus est — *Kemál-ed-dín Hosein Ben Hasan Khowarezmi*, anno 840 (inc. 16. Jul. 1436) mortuus, cujus commentarius persice scriptus titulum prae se fert *Konúz el-hacáic fi romúz el-decáic* et ita incipit: Laus sine termino et fine et gloria sine numero et modo etc. — *Abdallah Ben Mohammed Othmáni* scribarum princeps, qui commentarium amplum composuit et ad finem primi voluminis pervenit. Molla *Yúsuf*, vulgo *Sinehják* dictus et anno 953 (inc. 4. Mart. 1546) mortuus, trecentos sexaginta versus e sex voluminibus elegit et

السمت وسمّاه جزيرة المثنوى ثم شرحها درويش علمى بالتركية وانتخب منها الشيخ حسين ابن على الكاشف الواعظ البيهقى المتوفى سنة سمّاه كتاب المعنوى فى انتخاب المثنوى وشرح ظريفى حسن جلبى بعضا من ابيات المجلد الاول بالفارسي وسمّاه كاشف الاسرار [اوله الحمد لله الذى انعم علينا وهدانا للاسلام الخ] وشرح الشيخ علاء الدين على بن محمد الشهير بمصنفك بعض ابياته بالفارسية توفى سنة ٨٧٥ والشيخ الامام حسين بن حسين الواعظ انتخب كتابا منها وشرحه وسمّاه جواهر الاسرار وزواهر الانوار فارسيّا وقدم فى اوله عشر مقالات فيها احوال الطريقة المولويّة واصطلاحاتها واحوال مشايخهم واصطلاح التصوّف [اوله حمد بى حد وغاية الخ] وشرح المثنوى فارسي المسمّى بجواهر الاسرار وزواهر الانوار لمير حسين بن حسن السادات اوله حمد بى حدّ وغاية الخ وشرح المثنوى للشيخ عبد المجيد الشهير بشيخ السيواسي [المتوفى سنة ١٠٤٩] شرحا ممزوجا بالتركية باشارة من السلطان احمد خان وبقى فى حكاية النخجير والشير فى اواسط المجلّد الاول وشرح مشكلات المثنوى بالتركية

---

separatim edidit in libro *Jezíret El-Methnewi* inscripto. In hanc syllogen Derwísh *Ilmi* commentarium turcicum scripsit. Ex eadem Sheikh *Hosein Ben Ali Beihacki*, vulgo *Káshif* Concionator dictus, novum delectum fecit *Kitáb el-ma'newi fi intikháb El-Methnewi* inscriptum, et *Tzarífi Hasan Jelebi* in partem versuum primi voluminis commentarium persicum composuit *Káshif el-asrár* inscriptum, [qui ita incipit: Laus Deo, qui beneficia in nos confert et nos ad Islámi fidem ducit etc.] — Sheikh *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed*, vulgo *Mosannifek* dictus et anno 875 (inc. 30. Jun. 1470) mortuus, in nonnullos versus commentarium persicum scripsit. — Sheikh et Imám *Hosein Ben Hosein Wáïtz* quoque syllogen ex voluminibus cum delectu congessit, in quam commentarium persicum *Jewáhir el-asrár we Zewáhir el-anwár* inscriptum composuit. Huic decem dissertationes praemisit, in quibus de conditionibus ordinis Derwishorum *Mewlewi*, ejus terminologiis, de conditionibus Sheikhorum et terminologia Suforum disserit. [Incipit ille ita: Laus Deo infinita et immensa etc.]. Commentarius persicus in *Methnewi*, *Jewáhir el-asrár we Zewáhir el-anwár* inscriptus, Mír *Hosein Ben Hasan el-sádát* auctorem habet et ita incipit: Laus Deo infinita et immensa etc. — Porro Sheikh *Abd-el-mejíd*, vulgo *Sheikh Síwási* dictus [et anno 1049 (inc. 24. Apr. 1639) mortuus], commentarium turcicum, qui textum admixtum habet, ex mandato Sultani *Ahmed Khán* scripsit; substitit autem in medio primo volumine

وسمّاه ازهار مثنوى وانوار معنوى لعلائى بن محيى الواعظ الشيرازى الشريف ذكر فيه انه شرح الديباجة اولا ثم شرح ما فى كلّ مجلّد بالالفاظ العربيّة على الحروف ثم شرح الالفاظ الفارسيّة على الحروف ايضا ولاسمعيل دده المذكور جامع الآيات فى شرح ما وقع فيه من الآيات القرانيّة والاحاديث النبويّة والابيات العربيّة وبعض الالفاظ المشكلة بالتركى الّفه حين زار مرقد مولانا واشار اليه ولده عارف چلبى والمشهور ان المثنوى ست مجلّدات قد ظهر المجلّد السابع باظهار الشيخ اسمعيل المولوى الشارح وشرحه ايضا واجاب عن اعتراضات المنكرين فيه باجوبة بليغة مشبعة ذكر فيه انه اذا بلغ الى تحرير شرح المجلّد الخامس سنة ١٠٣٥ ظهر نسخة من نسخ المثنوى مؤرخة كتابتها بسنة ٨١٤ فاشتراها وطالع بتمامها فوجد انها من انفاس المولوى صاحب المثنوى ولم يشكّ انّه من كلامه فانكره اهل طريقة اشدّ الانكار واعترضوا عليه باربعة اوجه فشرحها واجاب عن اعتراضاتهم باجوبة طويلة الذيل

---

in historia rupicaprae et leonis. Locos difficiliores *Methnewi* *Aláyi Ben Mohyi El-Wáitz Shirázi El-Sherif* in commentario turcico *Azhár Methnewi we Anwár ma'newi* inscripto explicuit. Narrat ibi, se primum praefationem explicuisse, deinde autem, quae in singulis voluminibus verbis arabicis expressa essent, ad ordinem alphabeticum exposuisse et denique voces persicas alphabetice quoque interpretatum esse. *Ismail Dedeh* modo laudatus commentarium composuit *Jámi' el-ayát* inscriptum, qui versus Corani, traditiones prophetae, versus arabicos et nonnulla verba obscuriora, quae in *Methnewi* leguntur, turcice explicat. Scripsit eum, cum sepulcrum Mollae nostri viseret, et *Arif Jelebi* filius eum ad scribendum excitavit. Notissimum est, *Methnewi* sex voluminibus contineri; at volumen septimum apparuit, quod Sheikh *Ismail Mewlewi* commentarii auctor in lucem protraxit. In hoc quoque commentarium scripsit, ibique ad ea facunde et strenue respondit, quae adversarii negantes contra dixerant. Narrat in eo, cum anno 1035 (inc. 23. Sept. 1625) ad volumen recognoscendum et nitide exscribendum pervenisset, exemplum carminis *Methnewi* innotuisse, cujus scriptio anno 814 (inc. 25. Apr. 1411) signata fuisset. Emit illud et totum legit, unde comperit, illud ex ore *Mewlewi* carminis *Methnewi* auctoris prodiisse, nec amplius dubitavit, quin ipsa ejus verba contineret. Asseclae vero hujus ordinis hoc acerrime negarunt et quatuor argumentis contra eum disputarunt. Itaque ad illud volumen explicandum se accinxit, et [illegible] quae adversarii objecerant, responsis longioribus refutare studet additamentis superfluis fartis, quorum summa haec est,

حاصلها انهم انكروا لعجزهم عن الفرق بين كلامه وكلام غيره وحسدهم واول هذا الشرح الحمد لله الذى جعل المثنوى المعنوى مثل السموات السبع الخ واول هذا المجلّد بعد الديباجة

اى ضيآء الحق حسام الدين سعيد

دولتت پاينده فقرت بر مزيد

منتخب المثنوى المسمّى بنصاب المولوى لاسمعيل بن احمد الانقروى الّفه سنة ١٠٤١ ليحيى افندى ورتّب على ثلثة اقسام ومائة درجة كطريقته القسم الاول فى آداب الطريقة والثانى فى آداب الشريعة والثالث فى المعرفة والحقيقة وعدد ابياته على ما فى مباحث الافلاك ستة وعشرون الفا وستمائة وستون بيتا ١١٣٧١ مثير شوق الانام الى حجّ بيت الله الحرام لمحمد بن علان بن عبد الله الملك بن على بن مبارك شاه الصديقى العلوى المكى على ثمانية ابواب ا فى فضائل البيت ٢ فى ثواب الحجّ والعمرة ٣ فى فضل الوقوف ٤ فى البيت والمزدلفة ومنى ٥ فى فضيلة الطواف والسعى وفضائل الركن والمقام ٦ فى وعيد من اساء الادب

---

ut adversarii contra disputent, quod mente hebetiores sint, quam ut orationem auctoris ab oratione aliorum distinguere possint, et invidia premantur. Hic commentarius ita incipit: Laus Deo, qui carmen *Methnewi* spirituale simile esse voluit coelis septem etc., et illud volumen septimum post praefationem ita pergit:

O lux veritatis, ensis religionis felix,

Tuum regnum praeditum sit firmis vertebris et semper augeatur.

Alia sylloge meliora carminis *Methnewi* continens, *Nisâb El-Mewlewi* inscripta, *Ismail Ben Ahmed Anckirewi* auctorem habet, qui eam *Yahyae Efendi* anno 1041 (inc. 20. Jul. 1631) composuit, et ad ordinem ipsius *Methnewi* in tres partes et centum gradus digessit. Pars prima agit de regulis in ordine observandis, secunda de legis praeceptis, tertia de cognitione et veritate. Numerus autem versuum, ut in *Mebâhith el-aflâk* legitur, viginti sex milia sexcentos sexaginta explet. — 11371. Mothír shauc el-anám, liber desiderium hominum excitans ad aedem Dei augustam proficiscendi, auctore *Mohammed Ben Allân Ben Abdallah El-Melik Ben Ali Ben Mobârek Shâh Siddicki Alewi Mekki.* Dispositus est in octo capita, quorum primum de qualitatibus templi Mekkani praestantibus agit — secundum de merito peregrinationis sacrae et visitationis *Umrat* — tertium de praestantia stationis *Arafa* — quartum de aede sacra et statione *Muzdalifa* et vallis *Mina* — quintum de merito processionis circum templum Mekkanum et cursus inter *Zafam* et *Merwam*, deque anguli lapidis nigri et stationis *Ibrâhîm* virtutibus — sextum de comminatione eorum, qui praecepta in his sacris observanda male explent

فيه ٧ فى منافع زمزم ٨ فى فضيلة زيارة سيّد الانبياء صلعم اوله الحمد لله الذى هيّأ لاصحاب
السعادة اسباب التوفيق الخ ١١٣٧٢ مثير الغرام الى زيارة القدس والشام للشيخ شهاب
الدين ابى محمود احمد بن محمد المقدسى الشافعى فرغ منه فى شعبان سنة ٧٥٢ مشى
فيه على المنهج الاقوم وتوفى سنة ٧٦٥ اوله الحمد لله الذى زاد مسجدنا الاقصى شرفًا الخ
جعله على قسمين الاول فى فضائل الشام وبيان حدودها وفيه ابواب وفصول والثانى فى فضائل
المسجد الاقصى ويشتمل ايضا على ابواب وفصول ١١٣٧٣ مثير الغرام الساكن الى اشرف
الاماكن لابن الجوزى ذكره الحصنى فى كتاب الردّ على ابن تيمية ١١٣٧٤ مثير الغرام فى
زيارة الخليل عليه السلام لاسحق بن ابراهيم الديرى الشافعى الخطيب والامام بذلك المقام
توفى سنة مختصر على سبعة وعشرين فصلا ١١٣٧٥ مثير الغرام لساكنى الشام لابى الفرج
عبد الرحمن بن على ابن الجوزى البغدادى المتوفى سنة ٥٩٧ ١١٣٧٦ مجاز القرآن
لابن عبد السلام [عبد العزيز سلطان العلماء] الدمشقى [ثم المصرى الشافعى المتوفى

— septimum de utilitatibus putei *Zemzem* — octavum de merito visitationis sepulchri domini prophetarum. — Liber ita incipit: Laus Deo, qui beatis vias auxilii divini praeparavit etc. — 11372. Mothír el-gharám, liber cupidinem excitans Hierosolyma et Damascum visendi, auctore Sheikh *Shehâb-ed-dín Abu Mahmúd Ahmed Ben Mohammed Mocaddesi* Shafiita. Absolvit eum mense Sha'bán anni 752 (inc. 28. Febr. 1351), proceditque ibi via rectissima et anno 765 (inc. 10. Oct. 1363) mortuus est. Disposuit librum, qui ita incipit: Laus Deo, qui templum nostrum Hierosolymitanum gloria auxit etc., in duas partes, quarum prior de proprietatibus Damasci praestantissimis ejusque finium descriptione agit, et in capita et sectiones divisa est, posterior praestantiam templi Hierosolymitani describit, et pariter capita et sectiones continet. — 11373. Mothír el-gharám el-sákin, liber cupiditatem quietam excitans nobilissimi locorum, auctore *Ibn-eljauzi.* Commemorat eum *El-Hisni* in Refutatione *Ibn Teimíyae.* — 11374. Mothír el-gharám, liber cupiditatem excitans sepulchrum Abrahami amici Dei visendi. Scripsit *Is'hac Ben Ibráhím Deiri* Shafiita, qui Concionator et Imamus ad illum locum fuit et anno . . . mortuus est. Compendium hoc in septem et viginti sectiones est dispositum. — 11375. Mothír el-gharám, liber cupiditatem incolarum Syriae excitans, auctore *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Alí Ibn-eljauzi Baghdádi*, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo. — 11376. Mejáz El-Cor'an, metaphorae Corani. Scripsit *Ibn Abd-el-selám* [*Abd-el-azíz* Shafiita virorum doctorum princeps], qui primum Damasci, [deinde Misrae incola fuit

سنة ٦٦٠] اختصره جلال الدين السيوطى وسمّاه مجاز الفرسان الى مجاز القرآن ‎١١٣٧٧ المجاز للشريف الرضى ‎١١٣٧٨ مجالس الابرار ومسالك الاخيار وهو على مائة مجلس فى شرح مائة حديث من احاديث المصابيح للشيخ احمد الرومى اوله الحمد لله الذى رفع اقدار العلماء بمقدار معرفة كتابه الخ ‎١١٣٧٩ مجالس الشيخ احمد بن محمد الغزالى المتوفى فى حدود سنة ٥٢٠ ذكر ابن السبكى انه دخل بغداد وعقد مجلس الوعظ وازدحم الناس ودوّن مجالسه صاعد بن فارس اللبان ببغداد فبلغت ثلثة وثلثين مجلسًا فى مجلدين ‎١١٣٨٠ مجالس العبر ‎١١٣٨١ مجالس العشاق لكمال الدين السلطان حسين بن السلطان منصور بن بايقرا بن عمر شيخ بن تيمور المتوفى سنة ٩١١ وهى سبعة وسبعين مجلسًا جمع فيه العشاق نظما ونثرا بالفارسيّة من العلماء والمشايخ وغالبهم مشايخ الصوفية ‎١١٣٨٢ مجالس الفراق ‎١١٣٨٣ مجالس فى الحديث للمخلدى وللبلقينى ‎١١٣٨٤ مجالس فى . . .

---

et anno 660 (inc. 26. Nov. 1261) obiit]. *Jelál-ed-dín Soyúti* epitomen ex libro congessit *Mejáz el-forsán ila Mejáz El-Cor'an* inscriptam. — 11377. El-Mejáz, metaphorae, auctore *El-Sherif El-Redhi.* — 11378. Mejális el-abrár we Mesálik el-akhyár, consessus justorum et viae piorum. Sunt centum consessus, qui expositionem centum traditionum e libro *Mesábíh* continent, auctore Sheikh *Ahmed Rumi.* Liber ita incipit: Laus Deo, qui auctoritatem et dignitatem virorum doctorum secundum modum cognitionis libri sui auget etc. — 11379. Mejális, consessus Sheikhi *Ahmed Ben Mohammed Ghazáli*, circa annum 520 (inc. 27. Jan. 1126) mortui. *Ibn-elsobki* narrat, se Baghdadum intrasse, consessum paraeneticum instituisse et homines compressis ordinibus admisisse. *Sáid Ben Fáris El-Lebbán* hos triginta tres consessus, qui duobus voluminibus continentur, Baghdadi ad artis normam in librum congessit. —— 11380. Mejális el-i'ber, consessus exemplorum. — 11381. Mejális el-oshshác, consessus amantium, auctore *Kemál-ed-dín El-Sultán Hosein Ben-elsultán Mansúr Ben Beicará Ben Omar* Sheikh *Ben Timúr*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Sunt septuaginta septem consessus, in quibus amore flagrantes inter viros doctos et Sheikhos, maximam partem Sheikhos Suforum, ligata et soluta oratione persica collegit. — 11382. Mejális el-firác, consessus separationis. — 11383. Mejális fi-l-hadíth, consessus de re traditionaria, auctoribus *Makhledi* et *Bolckeini.* — 11384. Mejális fi . . ., consessus de . . .,

لابى العباس احمد بن محمد المعروف بابن العريف الصنهاجى الاندلسى الصوفى المتوفى سنة
٥٣٦ ‎١١٣٨٥ مجالس لابى العباس احمد بن يحيى الثعلب النحوى المتوفى سنة ٢٩١ ‎١١٣٨٦
مجالس قصّة يوسف عليه السلام لعمر بن ابراهيم الانصارى الاوسى المقرئ المالكى اوله الحمد لله
كثيرا الخ قال ورتبتها مجالس ونستقرّ كلّ مجلس منها بخطبة واشعار وحكايات واخبار
‎١١٣٨٧ مجالس الملكيّة للفراوى ‎١١٣٨٨ مجالس النفآئس تركى لمير عليشير نوائى الوزير
المتوفى سنة ٩٠٦ جمع فيه طآئفة من الشعرآء واعيان عصره ورتّب على ثمانية مجالس اتمّه
سنة ٨٩٦ وترجمه شاه محمد بن مبارك القزوينى الحكيم بالتركى والحق ما جآء بعده من
الشعرآء توفى سنة ‎١١٣٨٩ مجالسات ثعلب لابن مقسم محمد بن الحسن النحوى مات
سنة ٣٥٣ ‎١١٣٩٠ مجالسات العلمآء لابى الفتح عبيد الله بن احمد النحوى المعروف بجخجخ
المتوفى بعد سنة ٣٢٠ ‎١١٣٩١ مجالسات عن مالك لابن وهب الراوى عنه فى مجلد لطيف

---

auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Sinháji Andalusi Sufi*, vulgo *Ibn-elaríf* dicto et anno 536 (inc. 6. Aug. 1141) mortuo. — 11385. **Mejális**, consessus, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Yahya Tha'leb* Grammatico, anno 291 (inc. 24. Nov. 903) mortuo. — 11386. **Mejális ckissat Yusuf**, consessus historiae Josephi, auctore *Omar Ben Ibráhím Ansári Ausi* Malikita Corani legendi magistro. Incipit liber ita: Laus Deo multum etc. Auctor: Disposui historiam, inquit, in consessus, et singulos consessus praefatione rhythmica, carminibus, narrationibus et historiis stabilivimus. — 11387. **Mejális El-Melikíyet**, consessus regii, auctore *Forâwi*. — 11388. **Mejális el-nefáis**, consessus virorum memorandorum, auctore *Mír Alishír Newâyi* Weziro, anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuo. Dshagataice. Collegit ibi biographias plurium poetarum et virorum sui temporis spectatorum, et librum, quem anno 896 (inc. 14. Nov. 1490) absolvit, in octo consessus disposuit. In linguam turcicam eum vertit *Sháh Mohammed Ben Mobárek Cazwíni* philosophus, anno . . . mortuus, et eos poetas addidit, qui post illum vixerunt. — 11389. **Mojálesát Tha'leb**, confabulationes *Tha'lebi*, auctore *Mohammed Ben-elhasan* Grammatico, vulgo *Ibn Mocsim* dicto et anno 353 (inc. 19. Jan. 964) mortuo. — 11390. **Mojálesát el-olamá**, confabulationes virorum doctorum, auctore *Abu'lfat'h Obeidallah Ben Ahmed* Grammatico, vulgo *Jakhjakh* dicto et post annum 320 (inc. 13. Jan. 932) mortuo. — 11391. [**Mojálesát 'an Málik**, confabulationes a *Málik* profectae, auctore *Ibn Wahb*, qui illius auctoritate retulit. Volumen bellum adnotationibus

كثير الفوائد] ١١٣٩٢ مجالسة لاحمد بن مروان الدينوري المالكي المتوفى سنة ٣١٠ ضمّنه من كتب الاحاديث والاخبار ومحاسن النوادر والآثار ومنتقى الحكم والاشعار انتخب منه بعضهم وسمّاه نخبة الموانسة من كتاب المجالسة ١١٣٩٣ مجامع الحقائق ١١٣٩٤ [مجاني العصر لابي حيان محمد بن يوسف امام النحاة الاندلسي المتوفى سنة ٧٤٥ وهو في التاريخ ذكر في الدرر الكامنة] ١١٣٩٥ مجاورة ابطال الغرائب في مجاورة ابطال صلوتي النصف والرغائب لزين الدين سريجا بن محمد الملطي المتوفى سنة ٧٨٨ ١١٣٩٦ مجتبى الادباء للشهاب احمد بن يحيى الشهير بابن ابي حجلة المصري المتوفى سنة ٧٧٦ ذكره في مغناطيس الدرّ النفيس وقال هو كتاب ادب في معنى ذخيرة ابن بسّام المشتملة على فرسان النثار والنظام مشتمل على غزل ونسيب وذكرى وحبيب ومدح وتانيب وفوائد ونوادر فهو عند المصريين بالنسبة الى الذخيرة كالروضة في الجزيرة ١١٣٩٧ مجتبى في اصول الفقه لابي الرجا مختار

---

utilibus plenum]. — 11392. Mojáleset, confabulatio, auctore *Ahmed Ben Merwán Dineweri* Malikita, anno 310 (inc. 1. Mai. 922) mortuo. Materiam ejus congessit e libris de traditionibus, historiis, elegantibus locis rarioribus et dictis facetis, apophthegmatis et carminibus selectis. Praestantiora libri vir quidam elegit, et epitomen *Nokhbet el-mowánesel min Kitáb El-Mojáleset* inscripsit. — 11393. Mejámi' el-hacáic, syllogae veritatum. — 11394. [Mejáni el-asr, selecta temporis, auctore *Abu Hayyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi*, Grammaticorum Imamo, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuo. Opus historicum, quod in *El-Dorer El-Káminet* commemoratur]. — 11395. Mojáweret abtál el-gharáib, familiaritas heroum rerum expetendarum de excessu abolitionis precationum dimidii diei et conceptionis prophetae, auctore *Zein-ed-dín Serijá Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 11396. Mujtebá el-odabá, delectus virorum bonarum artium studiosorum, auctore *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Yahya Misri*, vulgo *Ibn Abi Hejla* dicto et anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuo. Commemorat eum in *Maghnátís el-dorr el-nefís* dicens: Hic liber bonas literas continens eadem conditione et ratione collectus est, qua *El-Dzakhíret* ab *Ibn Bessám* edita, quae principes scriptorum solutae et ligatae orationis recenset. Hic liber carmina blanda describit, laudes dilectae, admonitionem, amatoria, laudatoria, objurgatoria, praecepta utilia et locos elegantiores. Hic delectus apud Aegyptios idem valet ratione operis *Dzakhíret* habita, quod hortus in Mesopotamia. — 11397. Mujtebá fi osúl el-fic'h, delectus de principiis jurisprudentiae, auctoribus *Abu'lrejá Mokhtár Ben Mahmúd*

ابن محمود الزاهدى المتوفى سنة ٦٥٨ وللامام نجم الدين ١١٣٩٨ مجتبى فى انواع من العلوم كالقراءة والسير ونحوه مختصر للشيخ الامام ابى الفرج عبد الرحمن ابن الجوزى اوله الحمد لله على جميع الآلاء الخ ١١٣٩٩ مجتبى فى شرح مختصر القدورى ١١٤٠٠ مجتبى فى القراءة لابى القاسم عبد الجبّار بن احمد بن عمر بن الحسين الطرسوسى المتوفى سنة ٤٢٠ ١١٤٠١ مجتبى فى مختصر السنن الكبير للنسائى مرّ مع شرحه زهر الربى والمجتبى كتاب آخر فى الحديث ايضا لابن البارزى لعلّه هو الذى اختصره من جامع الاصول اوله الحمد لله ربّنا العلى الاعلى ثم قال اما بعد هذا كتاب المجتبى واحاديث المصطفى وهو نخبة المنقول وخلاصة جامع الاصول وهو مرتّب على ستة اقسام وخاتمة ١١٤٠٢ مجد العظمى فى . . . لابى المظفر يوسف بن قزاغلى المتوفى سنة ٦٥٤ ١١٤٠٣ مجرّبات فى الطبّ لابن الجزار احمد بن ابراهيم الافريقى المتوفى سنة ٤٠٠ [ولابى العلاء ابن زهر محمد بن عبد الملك الاندلسى جمع فيه الخواصّ ورتّبه على الحروف]

---

*Záhidi*, anno 658 (inc. 18. Dec. 1259) mortuo, et Imám *Nejm-ed-dín*. — 11398. **Mujtebá fi anwá' min el-olúm**, delectus de variis doctrinis, ut lectione Corani critica, biographia et aliis, auctore Sheikh et Imám *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ibn-eljauzi*. Compendium ita incipit: Laus Deo pro omnibus beneficiis etc. — 11399. **Mujtebá**, delectus. Commentarius in Compendium *Coduri*. — 11400. **Mujtebá fi el-ckiráet**, delectus de arte Coranum legendi, auctore *Abu'lckásim Abd-el-jebbár Ben Ahmed Ben Omar Ben-elhosein Tarsúsi*, anno 420 (inc. 20. Jan. 1029) mortuo. — 11401. **Mujtebá**, delectus. Epitome libri majoris *El-Sonen* a *Nesáyi* editi. Vide supra de eo, ubi simul de commentario *Zahr el-robá* dictum est. Alius liber *Mujtebá* inscriptus pariter de traditionibus agit et ab *Ibn-elbárizi* editus est. Fortasse ille idem est, quem ex *Jámi' el-osúl* extraxit. Auctor ita incipit: Laus Deo, domino nostro alto et supremo etc., et: Praemissis praemittendis, inquit, hic liber delectus est et traditiones continet prophetae electi. Sylloge est rerum traditarum praestans et meliora comprehendit e libro *Jámi' el-osúl*. Disposita autem est in sex partes et conclusionem. — 11402. **Majd el-otzma fi . . .**, gloria insulae magnae de . . ., auctore *Abu'lmotzaffer Yusuf Ben Ckizughli*, anno 654 (inc. 30. Jan. 1256) mortuo. — 11403. **Mojarrebát**, experientiae. Opus medicum, auctoribus *Ahmed Ben Ibráhím Ifrícki*, vulgo *Ibn-eljezzár* dicto et anno 400 (inc. 25. Aug. 1009) mortuo, [et *Abu'lalá Ibn Zohar Mohammed Ben Abd-el-melik Andalusi*, qui in suo libro proprias medicamentorum virtutes collegit et alphabetice disposuit]. —

١١٤٠٤ مجرّد فى الاصول للقاضى ابى يعلى محمد بن محمد [بن] الفراء الحنبلى المتوفى سنة ٤٥٨ ١١٤٠٥ مجرّد فى الخلاف ١١٤٠٦ مجرّد فى رجال الكتب الستة لابى عبد الله محمد بن احمد الذهبى المتوفى سنة ٧٤٨ ١١٤٠٧ مجرّد فى غريب الحديث للشيخ ابى محمد عبد اللطيف ابن يوسف [بن محمد الملقب بالمطحن الموصلى] البغدادى [المتوفى سنة ٦٢٩] اوله الحمد لله ذى الابد الخ ذكر فيه انّه لخّص فيه كتابه الكبير فى غريب الحديث ١١٤٠٨ مجرّد فى فروع الحنفيّة لابى القاسم اسمعيل بن الحسين بن عبد الله البيهقى المتوفى سنة اختصر فيه المبسوط والجامعين والزيادات ثم شرحه وسمّاه الشامل وللامام زفر بن هذيل كذا فى البدآئع فى كتاب الخنثى ١١٤٠٩ مجرّد فى فروع الشافعيّة لابى الفتح سليم بن ايوب الرازى المتوفى سنة ٤٤٧ فى اربع مجلّدات جرّده من تعليقة شيخه ابى حامد عاريا عن الادلّة ١١٤١٠ مجرّد فى فضآئل الامام احمد بن حنبل

---

11404. Mojarred fi el-osúl, compendium simplicissimum de principiis, auctore Cádhi *Abu Ya'li Mohammed Ben Mohammed* [*Ben*]-*elferrá* Hanbalita, anno 458 (inc. 3. Dec. 1065) mortuo. — 11405. Mojarred fi el-khiláf, compendium simplicissimum de theologia controversa. — 11406. Mojarred fi rijál el-kotob el-sittet, compendium de viris traditiones referentibus, qui in sex libris traditionum canonicis commemorantur, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Dzehebi*, anno 748 (inc. 13. Apr. 1347) mortuo. — 11407. Mojarred fi gharíb el-hadíth, compendium simplicissimum de verbis inusitatis, quae in traditionibus leguntur, auctore Sheikh *Abu Mohammed Abd-el-latíf Ben Yusuf* [*Ben Mohammed Mausili*] *Baghdádi*, [honorifice *Motahhin* dicto et anno 629 (inc. 29. Oct. 1231) mortuo]. Hic in libro, qui ita incipit: Laus Deo sempiterno etc., dicit, ibi se meliora e majori suo libro de verbis traditionum inusitatis excerpsisse. — 11408. Mojarred fi forú' El-Hanefíyet, compendium simplicissimum de articulis juris Hanefitici derivatis, auctore *Abu'lcásim Ismaíl Ben-elhosein Ben Abdallah Beihacki*, anno . . . mortuo. Ibi libros *Mebsút*, utrumque *Jámi'* et *Ziyádát* sive Additamenta in epitomen coegit, in quam serius commentarium *Shámil* inscriptum edidit. Compendium ejusdem tituli Imám *Zofar Ben Hodzeil* composuit, ut in opere *Bedáye'* in libro de hermaphroditis legitur. — 11409. Mojarred fi forú' El-Sháfiíyet, compendium simplicissimum de partibus juris Shafiitici derivatis, auctore *Abu'lfat'h Selím Ben Eyyúb Rázi*, anno 447 (inc. 2. Apr. 1055) mortuo. Quatuor volumina, quae e scholiis Sheikhi sui *Abu Hámid* ita excerpsit, ut argumenta omitteret. — 11410. Mojarred fi fedháil El-Imám Ahmed, com[illegible]ium simplicissimum de meritis praestantibus Imámi *Ahmed Ben*

١١٤١١ مجرّد فى النظر لابى على حسن بن قاسم الطبرى المتوفى سنة ٣٥٠ وهو اول كتاب صنّف فى الخلاف ١١٤١٢ مجرى السوابق لتقى الدين ابى بكر بن حجّة الحموى المتوفى سنة ٨٣٧ انشاه فى الخيل والسبق ١١٤١٣ المجسطى بكسر الميم والجيم وتخفيف الياء كلمة يونانيّة معناها الترتيب اصلها ماجستوس لفظ يونانى در بناء اكبر معناسنه مذكر در مؤنثى ماجستى در وهو اشرف ما صنف فى الهيئة بل هو الامّ ومنه يستخرج سائر الكتب المؤلفة فى هذا الفنّ وهو كتاب لبطلميوس القلوذى الحكيم يذكر فيه القواعد يتوصّل بها فى اثبات الاوضاع الفلكيّة والارضيّة بادلّتها التفصيليّة وعرّبه حنين بن اسحق وجرّده حجاج بن يوسف وثابت بن قرة فى عهد المأمون والحكيم المحقّق نصير الدين محمد بن حسن الطوسى المتوفى سنة ٦٧٢ وكان المأمون مغرما بتعريبها وتحريرها واصلاحها قيل لولا تعريب ثابت بن قرة لما انتفع احد بكتب الحكمة لعدم المعرفة بلسان اليونانى وكلّ كتاب لم يعرّبه

*Hanbal.* — 11411. **M o j a r r e d  f i  e l - n a t z a r**, compendium simplicissimum de logica strictiori sensu, auctore *Abu Ali Hasan Ben Cásim Taberi*, anno 350 (inc. 20. Febr. 961) mortuo. Hic liber primus est de theologia controversa compositus. — 11412. **M e j r a  e l - s e w á b i c**, stadium victorum in certamine cursus, auctore *Tacki-ed-dín Abu Bekr Ben Hojjet Hamawi*, anno 837 (inc. 18. Aug. 1433) mortuo. Eleganti oratione hunc librum de equis et certamine cursus composuit. — 11413. **E l - M i j i s t i** cum *Kesra* in duabus prioribus syllabis et sine *Teshdíd* in *Yá* finali, Almagestum. Haec vox graeca est, et proprie constructionem significat; radix scilicet μέγιστος vox graeca est et constructionem *maximam* significat. Forma est masculina, feminina μεγίστη auditur. Hic unus librorum praestantissimorum est de astronomia compositorum, vel potius omnium princeps; ex eo enim libri ceteri de hac doctrina editi prodierunt. Ejus auctor Ptolemaeus Claudius philosophus est, qui ibi regulas proponit fundamentales, quibus ad definiendas positiones corporum coelestes et terrestres simul cum argumentis singulas res probantibus pervenitur. *Honein Ben Is'hac* eum in linguam arabicam transtulit, et *Hejjáj Ben Yusuf*, *Thábit Ben Corra* tempore *Mamúni* et philosophus subtilissimus *Nasír-ed-dín Mohammed Ben Hasan Tusi*, anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuus, ita contraxerunt, ut argumenta resecarent. *Mamún* autem arabicam libri translationem, recognitionem elimatam et correctionem accuratam vehementer cupivit; et dictum est: Nisi translationem *Thábit Ben Corra* haberemus, certe nemo, cum cognitione linguae graecae careret, e libris philosophicis utilitatem caperet, et omnis liber, quem

بقى على حاله ولا ينتفع به وشرحه الفضل بن حاتم التبريزى المتوفى سنة واختصره محمد ابن جابر البتانى المتوفى سنة وهذا الكتاب على ثلث عشرة مقالة واول من عنى بتغييره وتعريبه يحيى بن خالد وفسّر له جماعة فلم يتّقنوه فاجتهد ابو حسان وسلمان صاحب بيت الحكمة فاتقنا فى تصحيحه وقد قيل انّ الحجاج بن مطر نقله ايضا واسحق بن حنين اصلحه ثابت اصلاحا دون الاول ونقله ابراهيم بن صلت واصلحه حنين وفسّر المقالة الاولى الطرقيوس وعمر بن الفرخان وابراهيم المذكور كذا فى نوادر الاخبار واختصره ابو الريحان محمد بن احمد البيرونى المتوفى سنة وشرحه الفاضل نظام الدين حسن بن محمد النيسابورى اوله السعد قرين مَن صدّر كلامه بالحمد لواهب السعادة الخ وسمّاه تغيير التحرير وعليه حاشية للعلامة قاضى زاده الرومى قال وللمجسطى ثلث نسخ مشهورة احديها من نقل الحجاج والثانية من نقل اسحق وقد صحّحها ثابت والثالثة منسوبة الى ثابت وحده وتتوسّم

---

ille arabice non vertisset, intactus remaneret, neque ex eo quisquam fructum caperet. ***Fadhl Ben Hátim Tebrízi***, anno . . . mortuus, commentarium in hanc translationem composuit, et in epitomen eam redegit ***Mohammed Ben Jábir Bettáni***, anno . . . mortuus. Almagestum autem tredecim libris constat. Primus, qui illud alia forma induendum et arabice vertendum curavit, ***Yahya Ben Khálid*** fuit. Plures interpretandum susceperunt, attamen accurate et certo non explorarunt. Itaque ***Abu Hassán*** et ***Selmán*** libri ***Beit el-hikmet*** auctor omnes vires intenderunt et eo pervenerunt, ut in illo corrigendo et emendando certam et exploratam viam ingrederentur. Traditum autem est, ***Hejjáj Ben Matar*** quoque Almagestum vertisse, itemque ***Is'hac Ben Honein***. Hanc translationem ***Thábit*** nova editione recognovit a priore diversa. Praeterea ***Ibráhím Ben Salt*** translationem fecit, quam ***Honein*** recognovit. Primum librum Eutocius, ***Omar Ben-elfarrokhán*** et ***Ibráhím*** modo commemoratus interpretati sunt. Ita certe in ***Newádir-el-akhbár*** legitur. ***Abu'lreihán Mohammed Ben Ahmed Bírúni***, anno . . . mortuus, librum in epitomen coegit, et bene meritus ***Nitzám-ed-dín Hasan Ben Mohammed Nisábúri*** commentarium in eum scripsit, qui ita incipit: Beatitudo socia est ejus, qui orationem suam a laude largitoris felicitatis incipit etc., et ***Taghyír el-tahrír*** inscriptus est. Ad hunc vir doctissimus ***Cádhizádeh El-Rumi*** glossas conscripsit, et: Almagesti, inquit, tres notae recensiones exstant. Prima translatio ***Hejjáj***i est, secunda, quam ***Thábit*** emendavit, ***Is'hacki***, tertia ad ***Thábit***

الفصول في نسخة الحجاج بالانواع وفي نسخة ثابت بالابواب وقد تختلف النسخ في اعدادها واعداد الاشكال في بعض المقالات تحرير المجسطي عشر مقالات لمحيي الدين يحيى بن محمد بن ابي الشكر المغربي الاندلسي قال هو اجلّ الكتب فيه لاشتماله على مباحث شريفة ودقائق لطيفة التي قد تفرّد هو بتحقيقها الّا ان في تركيب الفاظه وترتيب معانيه مع التطويل المفرط نوع انغلاق يصعب على الناظرين فيه تلخيص مطالبه ومقاصده فاشار اليه الفاضل جمال الدين ابو الفرج غريغوريوس بن تاج الدين هارون بن توما الملطي بخلاصة معانيه وايضاح مطالبه مضافا اليه بيان المقدمات المهملة المحتاج اليها في المطالب الكلّيّة اول تحرير النصير احمد الله مبدأ كلّ مبدأ وغاية كل غاية الخ الّفه لحسام الدين حسن بن محمد السيواسي وقال الكتاب مشتمل على يج مقالة وقما فصلا وذقنت شكلا على ما في نسخة اسحق واصلاح ثابت وشرح تحرير المجسطي للفاضل المحقّق شمس الدين السمرقندي وهو شرح مشتمل على حلّ مشكلاته في مجلّد وشرح المجسطي لبعض المتأخّرين اوله الحمد لله

---

solum refertur. Sectiones autem in recensione *Hejjáj*i species et in recensione *Thábit*i capita nominantur. In nonnullis recensionum libris numerus illarum sectionum et figurarum diversus est. Recognitio autem Almagesti, quae *Mohyi-ed-dín Yahya Ben Mohammed Ben Abi'lshukr Maghribi Andalusi* auctorem habet, decem libros continet. Hic, ait, praestantissimus librorum est in hoc genere, cum disquisitiones insignes et subtilitates elegantes contineat, quarum accurata tractatione hic liber praeter ceteros eminet, nisi quod in verbis ejus componendis et in sententiis ordinandis praeter verbositatem modum excedentem genus orationis imperspicuae cernitur, quo quae dicere velit intelligendi et quo tendat explicandi legentibus difficultas paratur. Idem significat vir bene meritus *Jemál-ed-dín Abu'lfaraj Griguriyus* (Gregorius) *Ben Táj-ed-dín Hárún Ben Tuma Meleti* in dissertatione, ubi ejus sententias cum delectu tractat et quid sibi velit ita explicat, ut expositio prolegomenorum praetermissorum addatur, quae in quaestionibus universalibus desiderantur. *Nasír-ed-dín Tusi* recognitionem, quae ita incipit: Laudo Deum principium omnium principiorum et finem omnium finium etc., *Hosám-ed-dín*o *Hasan Ben Mohammed Siwási* composuit, et: Opus, inquit, tredecim libros, centum quadraginta unam sectionem et sexcentas triginta figuras continet, ut in recensione *Is'hac*ki et in recognitione *Thábit*i videndum est. In hanc recognitionem Almagesti vir bene meritus et subtilissimus *Shems-ed-dín Samarcandi* commentarium scripsit, qui explicationem ejus difficultatum volumine comprehensam continet. Vir quidam recentiorum alium commentarium composuit,

الاول بلا ابتداء الخ ذكر فيه ان كتاب المجسطى مستوعب الا انّه يصعب على الناظر فيه لمعان شتى منها انّه جامع للعلم والعمل كالاعمال الحسابيّة ومنها انّه استعمل فى كثير من براهينه الشكل القطاع وهو شكل صعب يتشعّب شعبا كثيرة ويضطرب فيه تأليف النسبة فيعسر ضبطه ومنها انّه احال فى براهينه على كتاب ثاوذوسيوس ومنالاوس وهما صعبان عريضان ليس يتهيّأ للطالب الوقوف عليهما رأيت بخطّ تقى الدين ابن معروف ما نصّه الموجود فى النسخ اليونانيّة كلّها قلاودى بقاف مكسورة ودال مهملة مكسورة وهو النسب الى مسمّيه كما هو عادتهم واما فلوزى بفآء مكسورة ولام مضمومة وزاى مكسورة وبعدها ياء النسبة فاسم مدينة المنسوب اليها ولادته وهى دمياط منصوص على ذلك فى جغرافيا ثم انّه دخل الى اسكندرية وتعلّم العلم بها ورصد فيها وربّما نسب اليها فقيل لاشندريى يعنى الاسكندرانى وامّا المجسطى فمعناه الاعظم فى لغتهم فكذا قرأته فى كتاب امروز كالبينو وقال ابو الريحان فى القانون المسعودى المجسطى سينطاسيس والحال ان معنى سينطاسيس الفكر فى

---

qui ita incipit: Laus Deo primo sine initio etc., et auctor in Almagesto quidem omnem dicit materiam effusam esse, illud tamen propter varias caussas lectoribus difficultatem et molestiam creare. Prima caussa haec est, ut liber scientiam theoreticam et practicam conjungat, quales operationes arithmeticae sunt — secunda haec, quod auctor in multis demonstrationibus figura secante utitur, quae figura difficilis est et in multas partes separatas dividitur. Porro in ea constructio proportionis turbatur, ut eam intelligere difficile sit — tertia, quod auctor in demonstrationibus suis ad libros Theodosii et Menelai remittit, quos, cum difficiles sint et plures explicationes admittant, studiosus perspicere nequit. Diserta haec verba vidi manu *Tacki-ed-díni Ibn Ma'rúf* scripta: Legitur in exemplaribus graecis omnibus *Ckilaúdi*, quae vox viro denominando inservit, ut haec Graecorum consuetudo est. Nomen *Filuzí* autem cum *Yá* relativo nomen relativum est ab urbe derivatum, ad quam quod ibi natus est genus ejus refertur, et, ut in opere Ptolemaei geographico diserte scribitur, haec urbs Damietta est. Deinde in urbem Alexandriam profectus est, ubi se studiis dedidit et observationes astronomicas instituit. Saepe ejus genus ad hanc urbem refertur, et *Lashenderíni* i. e. *Iskenderáni* dicitur. Vox *el-mijisti* (Almagestum) autem in Graecorum lingua „maximum“ significat, ut in libro Ambrosii Calepini ipse legi. *Abu'lreihán* in *El-Canún El-Mes'údi* dicit „*el-mijisti síntásís* (μεγίστη sive rectius μεγάλη σύνταξις)“, et ratio haec est, ut síntásís cogitationem de ordinandis

ترتيب المقدمات هذا نهاية ما وقفت عليه في ذلك انتهى وملخص المجسطي للشيخ المحقق يحيى بن محمد بن ابي الشكر المغربي الاندلسي ألفه للجاثليق المعظم ابي الفرج غريغوريوس ابن هارون الملطي باشارته وخالف في اشكاله بزيادات قال وهي عشر مقالات اوله الحمد لله المبدع لانواع الموجودات الخ ١١٤١٤ مجلس البطاقة في الحديث تخريج الاحاديث للحافظ ابي القاسم حمزة بن محمد الكناني المصري ذكره البقاعي في مشيخته ١١٤١٥ مجلي الحزن عن المحزون في مناقب السيد علي بن ميمون للشيخ علوان علي بن عطية الحموي المتوفى سنة ٩٣٦ ١١٤١٦ مجمع الابكار فارسي منظوم للعرفي الشيرازي ١١٤١٧ مجمع آثار الملوك للقاضي ركن الدين الحروسي ١١٤١٨ مجمع الاحكام مختصر في الفروع لمصطفى بن ادريس البرسوي جمعه بمغنسيا اوان تدريسه بيّضه بمكة في رجب سنة ٩٤٤ اوله الحمد لله ربّ العالمين الهادي الى صراط متين الخ ورتّبه على ترتيب كتب الفقه ١١٤١٩ مجمع الاخبار في

---

praemissis significet. — Haec summa eorum est, quae de illa re inveni. Haec *Mohyi-ed-din.* — Epitomen potiora Almagesti continentem Sheikh subtilissimus *Yahya Ben Mohammed Ben Abi'lshukr, Maghribi Andalusi* ex mandato antistitis christiani summi *Abu'lfaraj Griguriyus Ben Hárún Meleti* composuit, in qua propter adjecta additamenta a numero figurarum ejus discedit. Esse decem libros dicit. Epitome autem ita incipit: Laus Deo, qui diversarum rerum existentium primus auctor est etc. — 11414. **Mejlis el-bitácat**, consessus „pupilla oculi" dictus. Fasciculus traditionum, quas Háfitz *Abu'lcásim Hamza Ben Mohammed Kinàni Misri* primus scripto mandavit. Commemorat librum *Becái* in Sheikhorum biographia. — 11415. **Mojalli el-hozn an el-mahzún**, liber tristitiam a tristi removens. Panegyricus *Seyyidi Ali Ben Meimún*, auctore Sheikh *Ali Ben Atiya Hamawi*, vulgo *Alawán* dicto et anno 936 (inc. 15. Sept. 1528) mortuo. — 11416. **Mejma' el-abkár**, consortium virginum intactarum. Carmen persicum ab *Orfi Shirázi* compositum. — 11417. **Mejma' athár el-molúk**, sylloge factorum memorandorum regum, auctore Cádhi *Rokn-ed-din Horúsi.* — 11418. **Mejma' el-ahkám**, sylloge statutorum. Compendium de partibus juris derivatis, quod *Mustafa Ben Idrís Bursewi*, cum Magnesiae lectiones haberet, ibi collegit et mense Rejeb anni 944 (inc. 10. Jun. 1537) Mekkae nitide exscripsit. Incipit illud ita: Laus Deo, mundorum domino ad viam manifestam ducenti etc., et ad ordinem librorum juridicorum dispositum est. — 11419. **Mejma' el-akhbár**, sylloge historiarum de virtutibus virorum piorum praeclaris,

مناقب الاخيار لمحمد بن حسن بن عبد الله بن محمد بن القاسم الحسينى [ الشافعى المتوفى سنة ٧٧٦ ] فى مجلّدات رتّبه على تراجم الرجال [ الزاهدين ] ابتدأ به فى شهر رمضان سنة ٧٥٠ وفرغ عنه فى شهر ربيع الآخر سنة ٧٥٨ [ ابتدأ تراجم كتابه بالصديق الاكبر رضى الله عنه والمشهور انه يقال له مجمع الاحباب ] اوله الحمد لله على عفوه الخ ذكر فيه حلية ابى نعيم [ الاصفهانى ] ومدحها ثم استطال بالاسانيد والتكرار واستقلّ اختصار ابن الجوزى فقال احببت ان اجمع كتابا يكون بمحاسنه حاويا ولما ينوى ذلك طاويا مع زيادة تراجم ائمّة الخ واقتفى فى ترتيبه اثر ترتيب الحلية. ١١٤٢٠ مجمع الآداب فى معجم الاسماء والالقاب لكمال الدين عبد الرزاق بن احمد بن محمد المعروف بابن الفوطى البغدادى المتوفى سنة ٧٢٣ ذكر انه فى خمسين مجلّدا ١١٤٢١ مجمع الاقوال فى الحكم والامثال فارسى مرتّب على قسمين آ فى المؤتلفات وفيه سبعون بابا ب فى المتفرقات وفيه خمسة ابواب لاحمد بن احمد بن

---

auctore *Mohammed Ben Hasan Ben Abdallah Ben Mohammed Ben-elcásim Hoseini* [Shafiita, anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuo]. Plura volumina secundum biographias auctorum [asceticorum] traditiones referentium disposita, quorum biographias auctor [a *Siddíc El-Akbar* (Josepho)] mense Ramadhán anni 750 (inc. 22. Mart. 1349) incepit et mense Rebí' II. anni 758 (inc. 25. Dec. 1356) absolvit. Liber, [qui, ut constat, titulum *Mejma' el-ahbáb* prae se fert,] ita incipit: Laus Deo pro ejus condonatione etc. Auctor ibi librum *Hilyet* ab *Abu Noeim* [*Isfaháni*] compositum commemorat et laudibus praedicat. Deinde vero propter locos ibi laudatos et repetitiones obvias nimis longum invenit, et epitomen ex eo ab *Ibn-eljauzi* factam parvi facit. Malui, inquit, librum colligere, qui illius operis lumina contineat, et ad quod illud tendat id comprehendat, ita tamen, ut biographiae Imamorum adjiciantur etc. In iis disponendis ordinem in *El-Hilyet* observatum secutus est. — 11420. Mejma' el-adáb, sylloge regularum. Index alphabeticus nominum et cognominum, auctore *Kemál-ed-dín Abd-el-rezzác Ben Ahmed Ben Mohammed Baghdádi*, vulgo *Ibn-elfoweti* dicto et anno 723 (inc. 10. Jan. 1323) mortuo. Quinquaginta voluminibus constare dicitur. — 11421. Mejma' el-acwál, sylloge dictorum de apophthegmatis et proverbiis. Liber persicus in duas partes divisus, quarum prior in septuaginta capita disposita de apophthegmatis et proverbiis communi quodam sensu inter se conjunctis, posterior de iis agit, quae peculiari sensu distincta et separata sunt, et quinque capita continet. Composuit *Ahmed Ben Ahmed Ben Ahmed*, qui, a patre in urbe Demánís

احمد الدمانيسى والدا والسيواسى مولدا جمعه لبعض اصحاب الدولة من كتب الامثال والمحاضرات اوله اللهم انت المدعو وفضلك المرجو الخ ١١٤٢٢ مجمع الاقوال فى معانى الامثال لمحمد بن عبد الرحمن بن ابى البقاء عبد الله بن الحسين البكرى وهو فى ست مجلدات قيل انه جمعه من اربعين كتابا ١١٤٢٣ [مجمع الالطاف فى الجمع بين لطائف البسيط والكشاف لابى الفضل احمد بن عبد اللطيف التبريزى المتوفى سنة اوله الحمد لله العلى العظيم الجواد الكريم الخ هو فى خمس مجلدات] ١١٤٢٤ مجمع الامثال كذا سماه نفسه وهو ستة آلاف مثل ونيف لابى الفضل احمد بن محمد النيسابورى المعروف بالميدانى المتوفى سنة ٥١٨ اوله ان احسن ما يوشح به صدر الكلام حمدا لله ذى الجلال والاكرام الخ قال الامثال فى القرآن كثيرة واما الكلام النبوى فقد صنف العسكرى فيه كتابا برأسه وانا اقتصر ههنا على حديث صحيح وقع لنا غالبا ثم ذكر ان الشيخ العميد الاجل السيد ضياء الدولة صفى الملوك ابا على محمد بن ارسلان حمله على جمعه مشتملا على غثها وسمينها محتويا

---

**genitus, in urbe Siwás natus est, et e scriptis proverbialibus et anthologicis in favorem cujusdam viri aulici hunc librum collegit, qui ita incipit: O Deus, Tu es is, qui invocatur, et benignitas est Tua, in qua spes reponitur etc. — 11422. Mejma' el-acwál, sylloge dictorum de sententiis proverbiorum, auctore *Mohammed Ben Abd-el-rahman Ben Abi'lbecá Abdallah Ben-elhosein Bekri.* Sex volumina, quae ab eo e quadraginta libris collecta esse dicuntur. — 11423. [Mejma' el-altáf, sylloge beneficiorum de conjungendis elegantiis librorum *Besít* et *Keshsháf*, auctore *Abu'lfadhl Ahmed Ben Abd-el-latíf Tebrízi*, anno . . . mortuo. Quinque volumina, quorum primum ita incipit: Laus Deo summo, magno, benefico, generoso etc.]. — 11424. Mejma' el-amthál, sylloge proverbiorum. Auctor *Abu'lfadhl Ahmed Ben Mohammed Nisábúri*, vulgo *Meidáni* dictus et anno 518 (inc. 19. Febr. 1124) mortuus, ipse hunc titulum libro dedit, qui plus sex milia proverbiorum continet et ita incipit: Pulcherrimum, quo principium orationis ornatur, vox illa est „Laudem Deo majestate et generositate conspicuo etc. Dicta proverbialia, inquit, in Corano multa leguntur, et de iis, quae in effatis prophetae inveniuntur, *Askeri* librum scripsit singularem; ego hic tamen in traditionibus certis acquiesco, quae nobis potissimum innotuerunt. Tum narrat, se a Sheikho, subsidio spectatissimo, domino, dynastiae lumini, principum clarissimo *Abu Ali Mohammed Ben Arslan* ad hunc librum ita colligendum impulsum esse, ut bona mixta malis comprehendat et proverbia ignorantiae et Islami tempore**

على جاهليتها واسلامها فطالع كتاب ابى عبيدة والاصمعى وابى زيد وابى عمرو وابى فند وما جمعه المفضل بن محمد وابن سلمة الى اكثر من خمسين كتابا ونقل ما فى كتاب حمزة بن حسين الّا ما ذكره من حرزات الرقى وخرافات الاعراب والامثال المزدوجة لاندماجها فى تضاعيف الابواب ورتّب على حروف المعجم فى اوآئلها وذكر فى كلّ مثل من اللغة والاعراب ما يفتح الغلق ومن القصص والاسباب ما يوضح الغرض ممّا جمعه عبيد بن شرية وعطا بن مصعب والشرقى ابن القطامى وغيرهم فاذا قال قال المفضل فهو ابن سلمة واذا ذكر الآخر ذكر اسم ابيه وافتتح كل باب بما فى كتاب ابى عبيدة او غيره ثم اعقبه ما على افعل من ذلك الباب ثم امثال المولّدين ولم يعتدّ حرفى التعريف ولا الف الوصل والقطع والامر والاستفهام والمتكلّم حاجزا وجعل التاسع والعشرين فى اسمآء ايام العرب والثلثين فى نبذ من كلام النبى صلعم والخلفآء الراشدين وهو كتاب حسن وقف الزمخشرى عليه فحسده فزاد فى لفظه الميدانى نونا قبل

---

divulgata contineat. Itaque librum *Abu Obeidae*, *Asmaii*, *Abu Zeidi*, *Abu Amrui*, *Abu Findi* et quae *Mofadhdhal Ben Mohammed* et (*Mofadhdhal*) *Ben Salama* collegerat, omnino plus quinquaginta libros legit et ea depromsit, quae in libro *Hamzae Ben Hosein* inveniuntur, exceptis amuletis incantationis, fabulis Arabum superstitiosis et proverbiis binis sensu parallelis, quod mediis capitibus, ad quae pertinent, hic illic immista sunt. Disposuit librum ad literas alphabeti arabici ratione literarum initialium habita. Singulis proverbiis singulorum verborum explicationes et adnotationes de flexu formarum grammatico addidit, quibus obscuritas removeretur, itemque historias et proverbiorum caussas, quibus sensus illustraretur; qua in re usus iis est, quae *Obeid Ben Sheriya*, *Atâ Ben Mos'ab*, *Sherchi Ben-elcotâmi* et alii collegerant. Quando dicit „Dicit *El-Mofadhdhal*", *Ibn Salamam* significat, et quando „alterum" commemorat, nomen patris ejus addit. Singula capita ab iis incipit, quae in libro *Abu Obeidae* aut aliorum leguntur. His subjicit ea proverbia ad hoc et illud caput pertinentia, quibus comparativi forma, a qua incipiunt, propria est. Tum peregrina recentiorum proverbia sequuntur. Neque duarum literarum (*Elif-Lâm*) articuli, neque literae *Elif* conjunctionis, separationis, imperativi, interrogationis et primae verborum personae ita rationem habuit, ut earum caussa proverbia disjungerentur. Capite vicesimo nono nomina dierum recensentur, quibus proelia acriora inter Arabes facta sunt, et capite tricesimo copia parva dictorum graviorum prophetae et Khalifarum legitimorum proponitur. Liber praestans est; quem cum *Zamakhsheri* legisset, ex invidia laborare coepit, ut, quemadmodum *Soyûti* in Classibus grammaticorum narrat,

*Mohammed Ben Ali Shúshi*, vulgo *El-Caffál* dicto [et anno 365 (inc. 10. Sept. 975) mortuo]. Liber quaestiones raras continet, attamen raro invenitur. Exstat exemplum trium voluminum in pios usus legatum in Medresa *Fádhilíyet* Cahirae, quod ita incipit: Laus Deo diviti, laudibus celebrando, throni domino majestate conspicuo etc. Auctor se scripsisse ibi narrat, ut quaerenti de caussis legis responderet. — 11497. Mehásin el-arabíyet, elegantiae linguae arabicae, auctore *Abu'lfat'h Othmán Ibn Jinni* Grammatico, anno 392 (inc. 20. Nov. 1001) mortuo. — 11498. Mehásin El-Ghorer, pulchritudines libri *Ghorer*. [Auctor hic locos elegantes, qui in libro *Ghorer el-khasáis* a *Mohammed El-Kebti* composito leguntur, collegit et ad finem conclusionem addidit, cujus argumentum minime ex commemorato illo libro *Ghorer* assumtum est. Hic liber compositione excellit et ita incipit: Laus Deo, qui Adamum et ejus progeniem creavit eosque indolis dotibus diversos esse voluit etc.] — 11499. Mehásin el-mejális, elegantiae consessuum literariorum, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Sinháji Andalusi*, vulgo *Ibn-elaríf* cognominato et anno 536 (inc. 6. Aug. 1141) mortuo. — 11500. El-Mehásin we El-Adhdád, elegantiae et significationes contrariae, auctore *Abu Othmán Amru Ben Bahr El-Jáhitz*, anno 255 (inc. 20. Dec. 868) mortuo. — 11501. Mehásin el-wesáil, pulchritudines artium eo quo velis perveniendi de doctrina temporum, quibus variae res initium ceperunt, auctore Cádhi *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Abdallah Shibli*, anno 769 (inc. 28. Aug. 1367) mortuo. — 11502. Mohásenet el-nafs, certamen animae de pulchra

لابن ابى الدنيا ابى بكر عبد الله بن محمد بن عبيد توفى سنة ٢٨١

١١٥٠٣ علم المحاضرة

[قال ابو الخير فى مفتاح السعادة هو علم يحصل منه ملكة ايراد كلام للغير مناسب للمقام من جهة معانيه الوضعيّة او من جهة تركيبه الخاصّ وغرضه تحصيل تلك الملكة وفائدته الاحتراز عن الخطآء فى تطبيق كلام منقول عن الغير على ما يقتضيه مقام التخاطب من جهة معانيه الاصليّة ومن جهة خصوص ذات التركيب نفسه انتهى ومن الكتب المصنّفة فيه ربيع الابرار ابو قماش التذكرة الحمدونية ريحانة الادب عقد الفريد]

١١٥٠٤ محاضرات الادبآء ومحاورات الشعرآء والبلغآء لابى القاسم حسين بن محمد المعروف بالراغب الاصفهانى وهو عمدة هذا الفنّ بين الفضلآء اوله الحمد لله الذى تقصّر الاقطار ان تحويه الخ ورتّب على خمسة وعشرين حدًّا وفصولا وابوابا ولمحمود بن محمد بن الاورام

---

agendi ratione, auctore *Abu Bekr Abdallah Ben Mohammed Ben Obeid*, vulgo *Ibn Abi'ldunyá* dicto et anno 281 (inc. 13. Mart. 894) mortuo. —

11503. **Ilm el-mohádharet.** Doctrina promte respondendi.

[*Abu'lkheir* in *Miftáh el-seádet:* Haec, inqui, doctrina est, qua facultas comparatur aliorum verba ita proferendi, ut loco et tempori respondeant, sententiarum eorum primitivarum et per se positarum aut peculiaris eorum medio in sermone compositionis ratione habita. Finis ejus in comparanda hac facultate cernitur, et utilitas errorum evitationem spectat in oratione ab aliis assumta iis accommodate conformanda, quae occasio mutui sermonis postulat, et quod sententias ejus primitivas et absolute positas et quod proprietates compositionis ipsius medio in sermone postulat. — Haec ille. — Libri de hoc argumento compositi sunt hi: *Rebí' el-abrár — Abu Cumásh — Tedzkiret — Hamdúniyet — Reihánet el-edeb — El-Icd El-Feríd*]. —

11504. **Mohádharát el-odabá**, dicta promta et parata philologorum et colloquia poetarum et virorum eloquentium. Scripsit *Abu'lcásim Hosein Ben Mohammed Isfaháni*, vulgo *El-Rághib* dictus, qui pro columine hujus doctrinae inter viros meritos habetur. Incipit liber ita: Laus Deo, qui tantus est, ut tractus terrae coelique angustiores sint, quam ut eum complecti possint etc., et in viginti quinque terminos et in sectiones et in capita distributus est. *Mahmúd Ben Mohammed Ben-elaurám* ejus epitomen edidit in

مختصر مرتّب على ثلث وعشرين مقالة اوله الحمد اولا وآخرا للاول والآخر الخ . ١١٥٠٥
محاضرات لابى جعفر احمد بن محمد الطحاوى الحنفى المتوفى سنة ١١٥٠٦ المحاضرات
والمحاورات للسيوطى ذكره فى الفهرس من الادب والنوادر ١١٥٠٧ محاضرة الابرار ومسامرة الاخيار
للشيخ الاكبر محيى الدين محمد بن على المعروف بابن عربى المتوفى سنة ٦٣٨ اوله الحمد لله
الذى اطلع شموس الفوآئد فى محاضرة الابرار الخ اخذه من نحو ثمان وثلثين كتابا فيه
ضروب من الآداب والمواعظ والامثال والحكايات النادرة والاخبار السآئرة وسير الاولين من الانبيآء
واخبار ملوك العرب والعجم ومكارم الاخلاق وعجآئب الافلاك والآفاق [وما رّويناه من الاحاديث
النبويّة فى ابتدآء هذا الامر وانشآء العالم وترتيبه وما اودع الله من عجآئب الصنع وبديع
الحكمة وسردت فيه] نبذا من الانساب وفنونا من مكارم ذوى الاحساب وحكايات مضحكة
مسلّية ما لم تكن للدين مفسدة ممّا تستريح النفوس اليها عند ايرادها ممّا لا اجر فيها ولا

---

viginti tres libros divisam, quae ita incipit: Laus primum et postremum primo et postremo etc. — 11505. **Mohádharát**, responsa promta et parata, auctore *Abu Ja'far Ahmed Ben Mohammed Tahâwi* Hanefita, anno ... mortuo. — 11506. **El-Mohádharát we El-Moháwerát**, responsa promta et parata et confabulationes. Scripsit *Soyúti*, qui hunc librum in indice scriptorum suorum in philologicis et anthologicis numerat. — 11507. **Mohádharet el-abrár we Mosámeret el-akhyár**, sermocinatio promta justorum et confabulatio nocturna optimorum, auctore Sheikho maximo *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali*, vulgo *Ibn Arabi* dicto et anno 638 (inc. 23. Jul. 1240) mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo, qui soles observationum utilium in sermocinatione promta justorum oriri voluit etc., et ex circiter triginta octo scriptis congestus est. Continet varia ex doctrinis philologicis, paraeneticis, proverbiis, narrationibus rarioribus, historiis divulgatis, biographiis primorum inter prophetas, historiis regum Arabum et Persarum, exemplis generositatis morum, miraculis orbis coelestis et tractuum terrae, [et traditionibus propheticis, quae retulimus de hujus terrae initio et mundi creatione et constitutione, monumentis artis stupendis et operibus sapientiae consilii mirabilibus, quae Deus erexit, et deinceps ei inserui] nonnulla genealogica et diversa de actionibus generosis hominum nobilitate et meritis conspicuorum, historias risum moventes et exhilarantes, quatenus religioni nihil damni afferunt, quae res sunt, quibus, quando recitantur, animae recreantur, eaeque tales, in quibus neque meritum neque culpa inest. Exemi hunc librum meum dictis satyricis

وزر ونزهت كتابي هذا من كل هجاء ومثلبة وضمنته كل ثناء ومنقبة واذا كانت الحكايات المضحكة في رجل معتبر مشهور من اهل الدين او العلم لهفوة صدرت منه ضحك لها الحاضرون او هفوة بدت منه من غير قصد منه اليها فنقلت فاذكرها لما فيها من الراحة للنفس ولا اسمي الشخص الذي ظهر عليه ذلك حتى تتوفر حرمته وكذلك سكت ايضا في كتابي هذا عما شاجر بين الصحابة رضي الله عنهم لما يتطرق للنفوس الضعيفة واهل الاهوآء من الترجيح حتى لا اذكر عيبة ولا افوه بما فيه ريبة ١١٥٠٨ محاضرة الاوآئل ومسامرة الاواخر مختصر للشيخ علي دده وهو على قسمين الاول في فصول الاوآئل مرتبة على سبعة وثلثين فصلا والثاني في فصول الاواخر وفيه اربعة فصول اوله نحمده بلسان الحمد وكل حامد الخ فرغ عنه في شهر رجب سنة ٩٩٨ ١١٥٠٩ محاكمات بين الامام والنصير في شرح الاشارات سبق في الالف ١١٥١٠ [محاكمات التجريد لابن احمد العجمي هي حاشية على شرح التجريد]

---

et objurgatoriis, in eoque comprehendi omne laudabile et honestum. Et quando historiae risum concitantes juris consultum attingunt aut virum doctum auctoritate et celebritate conspicuum propter errorem aliquem commissum, ob quem praesentes in risus effunduntur, aut propter errorem, in quem quis temere inducitur, has sumsi et retuli ob voluptatem, quam anima inde capit, personam non nominans, in qua tale quid comparet, ne dignitas ejus reverenda laedatur. Reticui eodem modo in hoc meo libro etiam illa, de quibus socii prophetae, quibus Deus propitius sit, opinionem tenent controversam, metuens, ne ingeniis imbecillis et petulantibus dijudicandi via aperiatur, ut nullum commemorem vitium nec quidquam pronuntiem, quod suspicioni sit obnoxium. — 11508. Mohádharet el-awáil we Mosámeret el-awákhir, sermocinatio promta majorum et confabulatio nocturna recentiorum, auctore Sheikh *Ali Dedeh.* Compendium in duas partes dispositum, quarum prior sectiones majorum comprehendit et in triginta septem sectiones divisa est, posterior sectiones recentiorum continet et quatuor sectionibus constat. Auctor hunc librum, qui ita incipit: Laudamus eum lingua laudis, et laudator quivis etc., mense Rejeb anni 998 (Inc. 31. Oct. 1589) absolvit. — 11509. Mohákemát, dijudicationes inter Imámum et *Nasír-ed-dín.* Commentarius in librum *El-Ishárát*, de quo supra in litera *Elif* dictum est. — [11510. Mohákemát El-Tejríd, dijudicationes inter commentarios in librum *El-Tejríd*, auctore *Ibn Ahmed Ajemí.* Glossae ad commentarium in *El-Tejríd.* —

١١٥١١ محاكمة بين الدوانى ومير صدر للمولى محمد المعروف بحاج حسن زاده توفى سنة وبين الغزالى والحكماء للمولى على الطوسى المسمّى بالبداية كما مرّ ١١٥١٢ [محاكمة بين يوسف القره باغى والحسين الخلخالى فى شرح العقائد العضدية للاستاد احمد بن حيدر الحريرى ذكره جار الله المولى ولى افندى ١١٥١٣ محاكمة اللغتين اى الفارسى والتركى لمير على شير الوزير المعروف بنوائى المتوفى سنة ٩٠٦ رجّح التركية على الفارسية فيه من حيث ان لفظا من الالفاظ التركية لا يعبّر اهل الفرس عنه الّا بالتركية كلفظ اغا] ١١٥١٤ المحاورة والنشاط فى المجاورة والرباط رسالة لتقى الدين السبكى ١١٥١٥ محائز الحصر فى تأريخ اهل العصر للشيخ اثير الدين ابى حيّان محمد بن يوسف الاندلسى المتوفى سنة ٧٤٥ ولم يكمله ١١٥١٦ المحبّ والمحبوب والمشموم والمشروب لابى الحسن احمد الرفاء [السرى الموصلى] الشاعر المتوفى سنة اودعها من اشعار المحدثين محاسن ما وقع لهم فى الغزل والخمريات والزهريات ١١٥١٧ محبّت نامه لحقيقى ١١٥١٨ محبوب الحمائل فى كشف المسائل للمولى علاء الدين محمد القوشجى

---

**11511. Mohákemet**, dijudicatio inter *Dewáni* et *Mír Sadr*, auctore Molla *Mohammed*, vulgo *Hájj Hasanzádeh* dicto et anno . . . mortuo, et inter *Ghazáli* et philosophos, auctore Molla *Ali Túsi*. Liber posterior, ut supra monitum est, *Bedáyet* inscribitur. — 11512. [**Mohákemet**, dijudicatio inter *Yusuf Carahbághi* et *Hosein Khalkháli*. Commentarius in *El-Acáid El-Adhodíyet*, quem *El-Ostád* (magister) *Ahmed Ben Heider Haríri* composuit. Laudat eum Molla *Járallah Weli Efendi*. — 11513. **Mohákemet el-loghatein**, dijudicatio inter duas linguas, persicam scilicet et turcicam, auctore *Mír Alishír* Weziro, vulgo *Newáyi* dicto et anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuo. Praefert ibi linguam turcicam persicae, quatenus Persae vocem aliquam turcicam v. c. *Agha* nonnisi turcice exprimunt.] — 11514. **El-Moháweret we El-Neshát**, confabulatio et hilaritas de commoratione in templo et monasterio. Tractatus, auctore *Tackí-ed-dín Sobkí*. — 11515. **Meháiz el-hasr fi taríkh ahl el-asr**, complexiones eventorum in numerum redactorum de historia aequalium, auctore Sheikh *Athír-ed-dín Abu Hayyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi*, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuo. Librum non absolvit. — 11516. **El-Mohibb we El-Mahbúb**, amans et amatus, museus et potus, auctore *Abu'lhasan Ahmed El-Reffá* [*El-Seri Mausili*] Poeta, anno . . . mortuo. Libro inseruit e recentiorum carminibus elegantissima, quae fere in laudem amoris, vini et florum scripserant. — 11517. **Mehabbet-námeh**, liber amoris, auctore *Hacká'ki*. — 11518. **Mahbúb el-hamáil**, onerum amatissimum de clara quaestionum expositione, auctore Molla *Alá-ed-dín Mohammed*

المتوفى سنة ٨٧٩ جمع فيه عشرين متنا كلّ متن من علم وكان بعض غلمانه يحمله ولا يفارقه ابدًا وكان ينظر فيه كلّ وقت يقال انّه حفظ فيه من العلوم كما فى الشقآئق ١١٥١٩ محبوب الصديقين للشيخ جمال الدين احمد الاردستانى نظم ونثر وهو قسم من كتاب كشف الكنوز ١١٥٢٠ محبوب القلوب لمير عليشير النوائى الوزير المتوفى سنة ٩٠٦ رتّب على ثلثة اقسام ا فى كيفيّة احوال الناس وافعالهم وفيه اربعون فصلا ٢ فى اخلاق الحميدة والذميمة وفيه عشرة ابواب ٣ فى فوآئد متفارقة وامثال وحكم ونحوه ١١٥٢١ محبوب المحبّين ومطلوب الواصلين رسالة فى الاداب والاخلاق اوله الحمد لله الذى خلقنا فاكمل خلقنا الخ ١١٥٢٢ المحتاج اليه فى المنطق مختصر اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ١١٥٢٣ المحتسب فى اعراب الشواذّ لابى الفتح عثمان ابن جنى النحوى المتوفى سنة ٣٩٢ ١١٥٢٤ محتسب فى شرح كتاب الشواذّ لابن مجاهد مرّ ١١٥٢٥ محتسب فى النحو لابن بابشاذ طاهر بن احمد النحوى المتوفى سنة ٤٦٩

---

*Cushji*, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuo. Textus viginti ibi conjunxit, qui singuli doctrinam tractant. Unus ejus servorum librum secum portare solebat, nunquam eum relinquens et omni tempore inspiciens. Doctrinas nonnullas, ut legitur in *El-Shecâic*, in eo memoriae prodidisse dicitur. — 11519. **Mahbúb el-sadíckein**, amatus duorum amicorum, auctore Sheikh *Jemâl-ed-dín Ahmed Ardestâni.* Sylloge orationis ligatae et solutae, quae partem libri *Kashf el-konúz* complectitur. — 11520. **Mahbúb el-colúb**, amatus cordium, auctore *Mír Alíshír Newâyi* Weziro, anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuo. Librum in tres partes distribuit, quarum prima de ratione conditionum et actionum hominum agit et in quadraginta sectiones distributa est — secunda qualitates ingenii bonas et pravas tractat et decem capita continet — tertia observationes utiles varias, proverbia, apophthegmata et similia complectitur. — 11521. **Mahbúb el-mohibbín**, amatus amantium et desiderium contendentium. Tractatus de humanitatis studiis et moribus. Incipit ita: Laus Deo, qui nos ita creavit, ut indolem nostram perfectam redderet etc. — 11522. **El-Mohtáj ileihi**, de eo quo in logica opus est. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. — 11523. **El-Mohtesib**, liber computans de flexionibus verborum analogiae contrariorum finalibus, auctore *Abu'lfat'h Othmân Ibn Jinni* Grammatico, anno 392 (inc. 20. Nov. 1001) mortuo. — 11524. **El-Mohtesib**, liber computans. Commentarius in *Kitâb el-shewádzdz* ab *Ibn Mojâhid* editus, de quo supra dictum est. — 11525. **El-Mohtesib fi el-nahw**, liber computans de grammatica, auctore *Tâhir Ben Ahmed* Grammatico, vulgo *Bâbeshâdz* dicto et anno 469 (inc. 5. Aug. 1076) mortuo.

بنى على بيان عشرة اشياء الاسم والفعل والحرف والرفع والنصب والجرّ والجزم والعامل والتابع والخطّ وله عليه شرح واختصره ابن عصفور على بن مؤمن النحوى المتوفى سنة ٦٦٩ ١١٥٢٦ المحتوى فى القرآءات الشواذّ لابى عمرو الدانى المذكور فى التيسير ١١٥٢٧ المحدّث الفاصل [بين الراوى والواعى] للقاضى ابى محمد حسن بن عبد الرحمن بن خلاد الرامهرمزى المتوفى سنة ٣٦٠ قال ابن حجر هو اول كتب صنّف فى علوم الحديث فى غالب الظنّ ١١٥٢٨ المحدّثة الكامل فى علم تسطيح الكرة للفرغانى ١١٥٢٩ محرّر فى الخلاف لابى على حسين بن قاسم الطبرى المتوفى سنة ٥٣٠ وهو اول كتب صنف فيه كذا قيل ١١٥٣٠ محرّر فى العمل بالربع المستر مختصر اوله الحمد لله حقّ حمده الخ وهو على ثلثين بابًا ١١٥٣١ محرّر فى فروع الحنبليّة لابن تيمية ١١٥٣٢ محرّر فى فروع الشافعيّة للامام ابى القاسم عبد الكريم بن محمد الرافعى القزوينى المتوفى فى حدود سنة ٦٢٣ وهو كتاب معتبر مشهور بينهم وشرحه القاضى شهاب

---

Decem res exponere sibi proposuit, nomen, verbum, particulam, nominativum, accusativum, genitivum, signum *Jezm*, regentem, appositivum, scripturam. Idem commentarium in hunc librum edidit, quem *Ali Ben Mumin* Grammaticus, vulgo *Ibn Osfúr* dictus et anno 669 (inc. 20. Aug. 1270) mortuus, in epitomen coegit. — 11526. El-Mohtewi, liber collecta asservans de lectionibus Corani analogiae contrariis. Scripsit *Abu Amru Dáni*, de quo sub *El-Teisír* mentio facta est. — 11527. El-Mohaddith El-Fásil, traditionarius distinguens [inter allegantem et memoria tenentem], auctore Cádhi *Abu Mohammed Hasan Ben Abd-el-rahman Ben Khallád Rámahormozi*, anno 360 (inc. 5. Nov. 970) mortuo. Teste *Ibn Hajr* hic liber ad vulgi opinionem primus est de doctrinis traditionariis compositus. — 11528. El-Mohaddithet El-Kámil, explanator perfectus de doctrina sphaeram in planitiem redigendi, auctore *El-Ferghání*. — 11529. El-Moharrer fi el-khiláf, liber correctus de theologia controversa, auctore *Abu Ali Hosein Ben Cásim Taberi*, anno 530 (inc. 11. Oct. 1135) mortuo. Hic liber ex vulgi opinione primus est de hac doctrina editus. — 11530. El-Moharrer fi el-aml bil rob'i' el-master, liber correctus de operatione cum quadrante *Master*. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo talis, quali dignus est etc., et triginta capita complectitur. — 11531. El-Moharrer, liber correctus de partibus juris Hanbalitici derivatis, auctore *Ibn Teimíya*. — 11532. El-Moharrer, liber correctus de articulis juris *Shafi*itici derivatis, auctore Imám *Abu'lcásim Abd-el-kerím Ben Mohammed Ráfii Cazwini*, circa annum 623 (inc. 2. Jan. 1226) mortuo. Hic liber inter sectae Hanefiticae asseclas magna auctoritate

الدين احمد بن يوسف السندى الحصنكيفى المتوفى سنة ٨٩٥ فى اربع مجلدات سمّاه كشف الدرر فى شرح المحرّر التزم فيه ذكر خلاف الائمّة الثلثة مع تنقيح مذهبه وبيان خلاف الترجيح بين الرافعى والنووى وما عليه الفتوى فرغ عنه فى سنة ٨٨٢ وشرح ايضا شرف الدين على الشيرازى المتوفى سنة وتاج الدين محمود بن محمد الاصفهيدى الكرمانى اختصره وسمّاه الايجاز وهو كتاب كثير الفوائد مشتمل على ما حوى المحرر مع زيادات لطيفة ونكات شريفة وله شرحه توفى سنة ٨٠٧ واختصره علاء الدين على بن محمد الناجى المتوفى فى حدود سنة ٧١٤ واختصره الامام محيى الدين يحيى بن شرف النووى وسمّاه المنهاج المتوفى سنة ٦٧٦ ومن شروحه شرح نور الدين الزيادى المصرى من المتأخّرين وكان قد ارسل نسخته بخطّه الى عمادية وشرح الشيخ ابى بكر الشهرزورى المسمّى بالوضوح ١١٥٣٣ محرّر للملك المظفر لابى العباس احمد بن عبد الله محبّ الدين الطبرى المكى المتوفى سنة ٦٩٤ ثم اختصره

---

floret et inclaruit. Cádhi *Shehâb-ed-dîn Ahmed Ben Yusuf Sindi Hisnakeifi*, anno 895 (inc. 25. Nov. 1489) mortuus, commentarium quatuor voluminum in eum edidit *Kashf el-dorer fi sharh El-Moharrer* inscriptum, in quo sibi legem imposuit quaestiones theologicas trium Imamorum controversas afferre, ita ut simul doctrinam sectae suae explorationi et recognitioni subjiceret et quaestionem dubiam inter *Râfii* et *Newewi* de prioribus deferendis ortam et in quam partem decidendum esset exponeret. Absolvit anno 882 (inc. 15. Apr. 1477). Praeterea commentarium scripsit *Sheref-ed-dîn Ali Shirâzi*, anno . . . mortuus, et *Tâj-ed-dîn Mahmûd Ben Mohammed Asfehidi Kermâni*, anno 807 (inc. 10. Jul. 1404) mortuus, epitomen archetypi composuit *El-Ijâz* inscriptam, quae adnotationibus utilibus abundat, et praeter additamenta subtilia et observationes acutas et egregias eadem continet, quae *El-Moharrer*. Idem commentarium edidit. Porro archetypum in epitomen coegerunt *Alâ-ed-dîn Ali Ben Mohammed Nâji*, circa annum 714 (inc. 17. Apr. 1314) mortuus, et Imâm *Mohyi-ed-dîn Yahya Ben Sheref Newewi*, anno 676 (inc. 4. Jun. 1277) mortuus, cujus epitome *El-Minhâj* inscripta est. Commentarios denique ediderunt *Nûr-ed-dîn Ziyâdi Misri* recentiorum unus, qui exemplum manu sua scriptum Medresae *Imâdiyet* misit, et Sheikh *Abu Bekr Shahrezûri*, cujus commentarius *El-Wodhûh* inscriptus est. — **11533.** El-Moharrer lil Melik El-Motzaffer, liber correctus in favorem *Meliki Motzaffer* compositus ab *Abu'labbâs Ahmed Ben Abdallah Mohibb-ed-dîn Taberi Mekki*, anno 694 (inc. 21. Nov. 1294) mortuo. Postea meliora ejus in

وسمّاه العمدة جمع فيه احكام الصحيحين اوله الحمد لله الذى برأ النسم الخ اختصره محمد بن ابراهيم الرعينى الدمشقى الاديب اختصارا حسنا ١١٥٣٤ محرر الوجيز فى تفسير الكتاب العزيز للامام ابى بكر محمد بن عبد الحق بن [ابى بكر بن] غالب بن عطية الغرناطى المتوفى سنة ٥٤٢ وقد اثنى عليه ابو حيّان وقال هو اجلّ من صنف فى علم التفسير وافضل من تعرض للتنقيح فيه والتحرير وقيل كتاب ابن عطيّة اقلّ واجمع واخلص وكتاب الزمخشرى الخص واغوص ١١٥٣٥ محرقة القلوب فى الشوق لعلّام الغيوب لابراهيم بن تيمورخان بن حمزة البسنوى نزيل مصر المتوفى فى حدود سنة ٩٠٠ كان بيراميًّا طاف البلاد واقام بالحرمين ثم قطن بمصر مدّة وله عدّة رسائل فى التصوّف وله احوال عجيبة ذكره ابن الحنبلى فى درّ الحبب ١١٥٣٦ محرّك همم القاصرين بذكر الائمّة المجتهدين المتعبّدين للشيخ زين الدين عمر بن احمد الشماع الحلبى المتوفى سنة ٩٣٦ ١١٥٣٧ محصّل الافكار

---

epitomen selegit *El-Omdet* inscriptam, in qua statuta duorum *Sahíh* conjunxit. Haec ita incipit: Laus Deo, qui homines animatos creavit etc. Porro *Mohammed Ben Ibráhím Roeini Dimeshcki* Philologus epitomen libri egregiam edidit. — 11534. El-Moharrer El-Wejíz, liber correctus brevis, auctore Imám *Abu Bekr Mohammed Ben Abd-el-hacc Ben* [*Abi Bekr Ben*] *Ghálib Ben Attya Gharnáti*, anno 542 (inc. 2. Jun. 1147) mortuo. Commentarius in Coranum angustum, quem *Abu Hayyán* laudibus effert. Auctor, inquit, excellentissimorum unus est, qui de exegesi coranica scripserunt, et praestantissimorum unus, qui eam accurate recognoscendam et correcte describendam susceperunt. Liber *Ibn Attyae* verbis maxime parcens, uberrimus, integerrimus esse dicitur, liber *Zamakhsherii* exquisitissima complectens et subtilissimus. — 11535. Moharricat el-colúb, liber corda comburens de desiderio amati visendi mystico, quo arcanorum peritissimus incensus est, auctore *Ibráhím Ben Timur Khán Ben Hamza Bosnewi* Aegypti inquilino, circa annum 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuo. Erat homo suaviter otians, peragrabat terras et commorabatur Mekkae et Medinae. Tum aliquamdiu in Aegypto habitavit, plures tractatus theosophicos scripsit et miras vitae conditiones subiit. Commemorat eum *Ibn-elhanbali* in *Dorr el-habeb*. — 11536. Moharrik himem el-cásirín, liber mentes ignavorum excitans laudatione Imamorum summa eruditione et pietate singulari conspicuorum, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Omar Ben Ahmed El-Shemmá' Halebi*, anno 936 (inc. 5. Sept. 1529) mortuo. — 11537. Mohassal

المتقدّمين والمتأخّرين من الحكماء والمتكلّمين للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦ اوله الحمد لله المتعال بجلال احديّته عن مشاهدة الاعراض والجواهر الخ اما بعد فقد التمس منى جمع من الافاضل أنّ اصنف لهم مختصرًا فى علم الكلام مشتملا على احكام الاصول والقواعد دون التفاريع والزوائد مرتّبا على اربعة اركان آ فى المقدّمات ٢ فى تفسير المعلومات ٣ فى الالهيّات ۴ فى السمعيّات وعليه تعليقة لعزّ الدين عبد الحميد اختصره علاء الدين على بن عثمان الماريدينى المتوفى سنة ٧٥٠ وشرحه العلّامة المحقّق على بن عمر الكاتبى القزوينى [المنطقى المتوفى سنة ٦٧٥] بقال اقول وسمّاه المفصّل اوله الحمد لله الذى افاض بجوده العامّ الخ الّفه لمحيى الدين الصدر الشهيد ابن عبد الحميد القزوينى ورتّب على اركان لخّصه المحقّق نصير الدين الطوسى وسمّاه تلخيص المحصّل اوله الحمد لله الذى بذل افتقار كلّ موجود فى الوجود اليه الخ وفى هذا الزمان لم يبق فى الكتب التى يتداولونها

---

afkár el-motecaddimín we el-moteakhkhirín, liber summam continens cogitationum philosophorum et metaphysicorum priorum et recentiorum, auctore Imám *Fakhr-ed-dín Mohammed Ben Omar Rázi*, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo majestate unitatis suae nimis excelso, quam ut res accidentes et substantiales intueatur etc. Tum auctor: Praemissis praemittendis. Plures viri meritissimi me precibus adierunt, ut iis compendium componerem de theologia scholastica, quod statuta principiorum et praecepta fundamentalia contineret, exclusis quaestionibus secundariis et additamentis supervacuis. Divisit illud in quatuor falcimenta, quorum primum prolegomena complectitur, secundum theorematum speculando ad liquidum exploratorum expositionem, tertium quaestiones de rebus divinis, quartum sententias fando acceptas et sola auctoritate nixas. Ad illud *Izz-ed-dín Abd-el-hamíd* scholia edidit, ejus epitomen *Alá-ed-dín Alí Ben Othmán Márídíni*, anno 750 (inc. 22. Mart. 1349) mortuus, composuit, et scrutator subtilissimus *Alí Ben Omar Kátibi Cazwíni* [Logicus, anno 675 (inc. 15. Jun. 1276) mortuus], commentarium confecit *El-Mofassal* inscriptum, qui ita incipit: Laus Deo, qui communi sua liberalitate abundanter largitus est etc., et formula „dicit" et „dico" auctoris et interpretis verba distinguit. *Cazwíni* eum *Mohyi-ed-díno El-Sadr El-Shehíd Ibn Abd-el-hamíd Cazwíni* composuit et in falcimenta distribuit. Potiora archetypi separatim edidit scrutator subtilissimus *Nasír-ed-dín Túsí*, epitomenque, quae ita incipit: Laus Deo, qui desiderium sui necessarium omnibus rebus existentibus in existentia large impertivit etc., *Telkhís El-Mohassal* inscripsit. Hac aetate inter

من علم الاصول سوى المحصّل الذى اسمه غير مطابق لمعناه وفيه من الغثّ والسمين ما لا يحصى رأيت ان اكشف القناع وابين الخلل وادلّ على غثّه وسمينه وابين ما يجب ان يبحث عنه فى شكّه ويقينه وان كان قد اجتهد قوم من الافاضل فى ايضاحه وشرحه ولم يجر اكثرهم على قاعدة الانصاف واسمى الكتاب بتلخيص المحصّل واتحف به عالى مجلس الصاحب الاعظم علآء الدين صاحب ديوان عطاء ملك بن بهآء الدين محمد الخ ويذكر عبارة المحصّل بقال ثم زيّف باقول وفرغ من تحريره فى صفر سنة ٦٦٩ وشرح تلخيصه ابو حامد احمد بن على ابن الشبلى وشرحه ايضا عصام الدين ابراهيم بن عربشاه الاسفرآئنى المتوفى سنة ٩٤٥ ‖١١٥٣٨ محصّل فى البيان لصدر الافاضل قاسم بن الحسين الخوارزمى المتوفى سنة ٧١٧ ‖١١٥٣٩ محصّل لابى الحسين بن فارس اللغوى المتوفى سنة ‖١١٥٤٠ محصّل الكلام فى اصول الدين وهو متن كتبه المولى يحيى بن نصوح المعروف بنوعى المتوفى سنة ١٠٠٧ ‖١١٥٤١ محصول فى اصول الفقه

---

libros de doctrina principiorum, quae praecipue in manibus hominum versantur, nullus praeter *El-Mohassal* restat, cujus titulus minime ejus argumento respondet; continet enim bona mixta malis innumera. Statui igitur qualis ille vere sit ostendere, vitia explorare, bona mixta malis indicare et aperire, de quibus, utrum dubia sint an certa, necessario sit disputandum, quamvis viri meritissimi operam indefessam posuerint in eo explicando et commentando, plurimis eorum regulam judicii aequi minime tenentibus. Epitomae titulum dedi *Telkhis El-Mohassal*, et dono eam obtuli principi celsissimo et summo *Alá-ed-dín*, consilii *Atái Melik Ben Behá-ed-dín Mohammed* praesidi. — Verba libri *Mohassal* voce *cala* i. e. *dicit* indicat, tum, quae falsa in eo sunt, voce *acúl* i. e. *dico* significat, et nitidam epitomae descriptionem mense Safer anni 669 (inc. 20. Aug. 1270) absolvit. Commentarium in *El-Telkhis Abu Hámid Ahmed Ben Ali Ibn-elshibli* composuit, pariterque *Isám-ed-dín Ibráhím Ben Arabsháh Isferáini*, anno 945 (inc. 30. Mai. 1538) mortuus. — 11538. Mohassal fi el-beyán, liber summam doctrinae expositionis continens, auctore *Sadr el-afádhil Cásim Ben-elhosein Khowárezmi*, anno 717 (inc. 16. Mart. 1317) mortuo. — 11539. El-Mohassal, liber summam continens, auctore *Abu'lhosein Ben Fáris* Lexicologo, anno . . . mortuo. — 11540. Mohassal el-kelám, liber summam theologiae scholasticae continens de principiis religionis. Textus, quem Molla *Yahya Ben Nasúh*, vulgo *Naui* dictus et anno 1007 (inc. 25. Jul. 1598) mortuus, scripsit. — 11541. Mahsúl fi osúl el-fich, summa de principiis jurisprudentiae, auctore *Fakhr-ed-dín*

مبسوط لفخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦ شرحه شمس الدين محمد بن محمود الاصفهانى المتوفى سنة ٦٨٨ وابو العباس احمد بن ادريس القرافى المالكى المتوفى سنة ٦٨٤ وعلّق احمد بن عثمان بن صبيح الجورجانى المتوفى سنة ٧٤٤ وعزّ الدين عبد الحميد ابن هبة الله المدائنى المعتزلى المتوفى سنة ٦٥٥ واختصره سراج الدين ابو الثناء محمود بن ابى بكر الارموى المتوفى سنة ٦٨٢ وسمّاه التحصيل وهو مشهور [متداول] اوله نحمدك اللهم والحمد مع نعم اوليت الخ ذكر فيه انّ الهمم قد قصرت عن المطالب العالية الى ان استكثروا اليسير حتى ان المحصول مع نطافة نظمه ولطافة حجمه يستكثره اكثرهم فالتمس بعضهم منه اختصاره مع زيادات من قبله فاجاب ثم شرحه شمس الدين محمد بن محمد الجزرى فى ثلث مجلّدات توفى سنة ٧٣٣ ومختصر آخر منه المسمّى بالحاصل وهو للقاضى تاج الدين محمد بن حسين الارموى [المتوفى سنة ٦٥٦] كما ذكره الاسنوى والسيوطى اوله للخير دأبك اللهم والشرّ قضاؤك

---

*Mohammed Ben Omar Rázi*, anno 606 (inc. 6 Jul. 1209) mortuo. Liber amplus, in quem *Shems-ed-dín Mohammed Ben Mahmúd Isfaháni*, anno 688 (inc. 25. Jan. 1289) mortuus, et *Abu'labbás Ahmed Ben Idrís Carúfi* Malikita, anno 684 (inc. 9. Mart. 1285) mortuus, commentarios, et *Ahmed Ben Othmán Ben Sabíh Jorjáni*, anno 744 (inc. 26. Mai. 1343) mortuus, et *Izz-ed-dín Abd-el-hamíd Ben Hibetallah Medáini Mo'tazeli*ta, anno 655 (inc. 19. Jan. 1257) mortuus, scholia ediderunt. Eum *Siráj-ed-dín Abu'lthená Mahmúd Ben Abi Bekr Ormewi*, anno 682 (inc. 1. Apr. 1283) mortuus, in epitomen coegit *El-Tahsíl* inscriptam. Haec magna celebritate floret [et tritissimus est], et ita incipit: Laudamus Te, o Deus, et laus beneficiorum unum est, quae confers etc. Dicit auctor, animos hominum usque eo impares esse quaestionibus altis, ut pauca multa esse censeant, ita ut librum *Mahsúl*, non obstante conciso ejus dicendi genere et voluminis tenuitate, eorum plurimi nimis amplum existiment. Jam ab eo vir quidam petiit, ut *El-Mahsúl* in epitomen cogeret, cui additamenta de suo adjiceret. His precibus satisfecit. Deinde *Shems-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Jezeri*, anno 733 (inc. 22. Sept. 1332) mortuus, commentarium trium voluminum in *El-Mahsúl* composuit, et alia ejus epitome *El-Hásil* inscripta, quae ita incipit: Bonum mos tuus est, o mi Deus, et malum campus tuus etc., Cádhi *Táj-ed-dín Mohammed Ben Hosein Ormewi*, [anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortuum], ut *Esnewi* et *Soyúti* testantur, auctorem habet. Plures, inquit, libri copiosi de

الخ قال وقد صنف فى الاصول كتب متعددة متكثرة غير ان الدعاوى والدلائل متبددة منتشرة خلا كتاب المحصول صنفه شيخنا الامام الرازى غير ان الطباع يتحاماه لكبر الحجم ولمّا اتصلت بخدمة الحبر سلطان العلمآء ابى حفص عمرو بن الصدر الشهيد الوزّان اشار الى ان اختصر كتاب المحصول اختصارًا من جهة اللفظ دون المعنى فاجبت ولم احذف من مسآئل الكتاب الا ما تكرّرت مباحثها وقلّت الحاجة اليها حتى لا يكاد يبلغ عشرا وسمّيته الحاصل من المحصول واتمّه فى ذى الحجّة سنة ٦١٤ وهو مأخذ المنهاج للبيضاوى كما قاله الاسنوى فى اول شرح المنهاج اخذ المصنف كتابه من الحاصل للارموى وهو اخذ من المحصول للرازى واستمداد المحصول من كتابين لا يكاد يخرج عنهما غالبًا المستقصى للغزالى والمعتمد لابى الحسين البصرى حتى رأيته ينقل منهما الصفحة او قريبا منها بلفظها انتهى واختصر ايضا تاج الدين عبد الرحيم بن محمد الموصلى المتوفى سنة ٧٧١ ومحيى الدين سليمان بن عبد القوى الطوفى الحنبلى المتوفى سنة ٧١٠ والباجى وامين الدين مظفر بن محمد التبريزى المتوفى سنة ٦٢١

---

principiis juris compositi sunt, verumtamen theoremata et argumenta in iis disjecta et dispersa sunt, si librum *Mahsúl* a Sheikho nostro Imám *Rázi* compositum exceperis, nisi quod indoles humana propter voluminis amplitudinem eum declinat. In servitutem doctoris et virorum eruditorum principis *Abu Hafs Amru Ben El-Sadr El-Shehíd El-Wezzán* (i. e. librarum confectoris) cum me dedissem, mandavit mihi, ut libri *Mahsúl* verba quidem in breve cogerem, sensum vero intactum relinquerem. Huic mandato obsecutus sum, et illas tantum libri quaestiones resecui, de quibus disquisitio repetita est et quibus facile potest supersederi, ut epitome, cui titulum *El-Hásil min El-Mahsúl* dedi, vix partem voluminis decimam attingeret. Eam mense Dzi'lhijjet anni 614 (inc. 10. Apr. 1217) ad finem perduxit. Hic fons est, unde *Beidháwi* suum *Minháj* hausit, ut *Esnewi* initio commentarii in *El-Minháj* his verbis testatur: Auctor librum suum ex opere *Hásil* ab *Ormewi* composito sumsit, hic autem ex *Mahsúl* a *Rázi* edito hausit, et *El-Mahsúl* auxilium petiit ex duobus libris, a quibus plerumque vix decedit, ex *Mostacsi Ghazáli*i et *Mo'temed Abu'lhoseini Basri*, ut totas paginas aut propemodum totas viderem ex illis ad verbum petitas. — Haec ille. — Praeterea epitomas ediderunt *Táj-ed-dín Abd-el-rehím Ben Mohammed Mausili*, anno 771 (inc. 5. Aug. 1369) mortuus — *Mohyi-ed-dín Soleimán Ben Abd-el-cawi Taufi* Hanbalita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuus — *El-Báji* — *Emín-ed-dín Motzaffer Ben Mohammed Tebrízi*, anno 621 (inc. 24. Jan. 1224)

وكتب شمس الدين محمد بن يوسف الجزرى اجوبة عن المسائل عليه توفى سنة ٧١١ ومنتخب المحصول لفخر الدين الرازى ايضا اوله الحمد لله على نعمائه الخ قال هذا مختصر انتخبته من كتاب المحصول ورتبته على مقدمة وفصول ١١٥٤٢ محصول فى . . . لاثير الدين مفضل ابن عمر الابهرى المتوفى سنة ١١٥٤٣ محظورات الاحرام لنجم الدين ابراهيم بن على الطرسوسى الحنفى المتوفى سنة ٧٥٨ ١١٥٤٤ محقق فى شرح المتفق مر ١١٥٤٥ المحقق من علم الاصول فيما يتعلق بافعال الرسول للشيخ العلامة عبد الرحمن بن اسمعيل الشهير بابى شامة المتوفى سنة ٦٦٥ ١١٥٤٦ محك النظر للامام حجة الاسلام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥

١١٥٤٧ علم المحكم والمتشابه

من فروع التفسير

---

mortuus — et *Shems-ed-dín Mohammed Ben Yusuf Jezeri*, anno 711 (inc. 20. Mai. 1311) mortuus, in *El-Mahsúl* responsa ad quaestiones scripsit. Praeterea *Fakhr-ed-dín Rázi* ex *Mahsúl* potiora selecta edidit, et haec sylloge ita incipit: Laus Deo pro ejus beneficiis etc. Epitomen hanc, ait, ad meliorem partem ex libro *Mahsúl* elegi et in praefationem et sectiones disposui. — 11542. **El-Mahsúl fi...**, summa de ..., auctore *Athír-ed-dín Mofadhdhal Ben Omar Abahri*, anno ... mortuo. — 11543. **Mahtzúrát el-ahrám**, actiones in locis sacris illicitae, auctore *Nejm-ed-dín Ibráhím Ben Ali Tarsúsi* Hanefita, anno 758 (inc. 25. Dec. 1356) mortuo. — 11544. **El-Mohacckic**, liber veram cognitionem comprobans. Commentarius in librum *Mottefic*, de quo supra dictum est. — 11545. **El-Mohaccac min ilm el-osúl**, comprobatissimum e doctrina principiorum de iis, quae actiones legati divini spectant, auctore Sheikh doctissimo *Abd-el-rahman Ben Ismaíl*, vulgo *Abu Shame* dicto et anno 665 (inc. 2. Oct. 1266) mortuo. — 11546. **Mahakk el-natzar**, lapis Lydius meditationis, auctore Imám *Hojjet el-islám Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 20. Jul. 1111) mortuo. —

11547. **Ilm el-mohkam we el-moteshábih.** Doctrina verborum locorumque coranicorum interpretationis certae et contra incertae.

Pertinet ad doctrinas exegesis coranicae secundarias.

١١٥٤٨ المحكم والمحيط الاعظم في اللغة لابي الحسن على بن اسمعيل المعروف بابن سيدة اللغوى المتوفى سنة ٤٥٨ وهو كتاب كبير مشتمل على انواع اللغة اوله بذكر الله تعالى نفتتح الخ خطبته طويلة ومن غرآئب ما تضمّنه تمييز اسمآء الجموع من الجموع والتنبيه على الجمع المركب والفرق بين التخفيف البدلى والتخفيف القياسى وما انفرد به الفرق بين القلب والبدل ومنه التنبيه على شاذّ النسب والجمع والتصغير والمصادر والافعال والامالة والابنية والتصاريف والادغام وغير ذلك قال وليست الاحاطة بعلم كتابنا هذا الّا لمن مهر بصناعة الاعراب والعروض والقوافى الخ ورتب على نسق حروف اوآئل كلمات هذه الابيات

عَلِقْتُ حَبِيبًا هِفْتُ خِيفَةَ غَدْرِهِ
قَلِيلَ كَرَى جَفْنٍ شَكَا ضُرَّ صَدِّهِ
سَبَا زَهْوُهُ طِفْلًا دِيانَةَ تَائِبٍ
ظُلَامَتُهُ ذَنْبٌ ثَوَى رَبْعَ لَحْدِهِ

11548. **El-Mohkam we El-Mohît El-Atzam**, liber firmus et oceanus maximus de lexicologia, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Ismaîl* Lexicologo, vulgo *Ibn Sida* dicto et anno 458 (inc. 3. Dec. 1065) mortuo. Magnus hic liber varias linguae dialectos complectitur et incipit ita: A celebratione Dei Excelsi incipimus etc. Praemissa est praefatio longior, et in rebus rarioribus, quas liber continet, cernitur distinctio nominum pluralium a pluralibus, adnotationes, quibus de plurali composito monetur, discrimen inter allevationem permutativam sive vicariam et analogicam sive legitimam, discrimen, quod permutationi literarum mutuae et appositioni peculiare est. Porro animus ad formas analogiae contrarias nominis patronymici, pluralis numeri, deminutivi, nominum actionis, verborum, inclinationis vocalis *Fat'ha*, indeclinabilium, conjugationis et compositionis verborum, insertionis et similium quaestionum advertitur. Nostrum librum comprehendere, inquit, nonnisi ille potest, qui, quae doctrinam flexionum, artem metricam et praecepta homoeoteleutorum spectant, optime callet. Liber dispositus est ad ordinem literarum initialium, a quibus singula horum versuum verba incipiunt:

Adhaesi amato, cujus perfidiam timens macie peremtus sum,
Paululum tantum fruens sopore palpebrae, quae dudum alienationem ejus asperam doluit,
Cujus facies pulchra, jam in ejus infantia, pietatem poenitentis captivam abduxit,
Quem injuria affecisse peccatum est, quod in ejus sepulchro domicilium collocavit;

نَـواظِـرُهُ فَـتّـاكَـةٌ بِـعَـمِـيـدِهِ
مَلَاحَتُهُ أَجْرَتْ يَنابِيعَ وَجْدِهِ

ونظم ناصر الدين محمد بن قرناص ايضا فى ترتيب حروفه

عَلَيْكَ حُرُوفًا هُنَّ خَيْرُ غَوامِضٍ
قُيُودَ كِتابٍ جَلَّ شَأْنًا ضَوابِطُهْ
صِراطٍ سَوِيٍّ زَلَّ طالِبُ دَحْضِهِ
تَزِيدُ ظُهُورًا إِنْ تَنَاءَتْ رَوَابِطُهْ
لِذَلِكُمْ نَلْتَذُّ فَوْزًا بِمُحْكَمٍ
مُصَنِّفُهُ أَيْضًا يَفُوزُ وَضابِطُهْ

هذّبه صفى الدين محمود بن محمد الارموى العراقى المتوفى سنة ٧٢٣ ١١٥٤٩ المحكم فى النقط لابى عمرو عثمان بن سعيد الدانى المقرئ المتوفى سنة ٤٤٤ ١١٥٥٠ المحلّى فى استيعاب وجوه كلا لابى الحسن على بن يوسف القفطى المتوفى سنة ٦٤٦ ١١٥٥١ المحلّى فى الخلاف العالى

Cujus oculi amore ejus male affectum fraudulenter perimunt,
Cujus pulchritudo fontes amoris ejus ardentis rivorum instar effudit.

*Nâsir-ed-dín Mohammed Ben Ckirnâs* quoque de ordine, quo se literae in hoc libro excipiunt, hos condidit versus:

Sume literas quasdam, quae optimae sunt sensu altiore praeditarum,
Tanquam indices ordinis libri, cujus definitiones summi sunt ponderis,
Viae rectae, in qua qui locum lapsationis quaerit ipse lapsus est,
Cujus stationes, cum longe inter se remotae sint, eo distinctius apparent.
Propterea laetamur, quod nobis contigit, ut librum *Mohkam* possideamus,
Cujus auctor et librarius diligens non minus felicitate fruantur!

Recognitionem libri *Safi-ed-dín Mahmúd Ben Mohammed Ormewi Irácki*, anno 723 (inc. 10. Jan. 1323) mortuus, curavit. — 11549. El-Mohkam fi el-nocat, liber firmus de punctis, auctore *Abu Amru Othmán Ben Saíd Dáni* Corani legendi magistro, anno 444 (inc. 3. Mai. 1052) mortuo. — 11550. El-Mohalla fi istíáb wojúh kellá, liber monilibus ornatus de enarratione plena varii usus vocis *kellá*, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Yusuf El-Cofti*, anno 646 (inc. 26. Apr. 1248) mortuo. — 11551. El-Mohalla fi el-khiláf el-áli, liber monilibus ornatus de theologia controversa

في فروع الشافعية في ثلثين مجلّدا لابي محمد علي بن حزم الظاهري [المتوفى سنة ٤٥٦] وعليه حاشيتان للشيخ بدر الدين محمد بن محمد المعروف بابن رضى الدين الغزي المتوفى سنة ٩٨٤ واختصر الحافظ ابو عبد الله محمد بن احمد الذهبي المتوفى سنة ٧٤٨ ومحيي الدين محمد بن علي المعروف بابن العربي اختصره ايضا سمّاه كتاب المعلّى في مختصر المحلّى وهو من احسن المختصرات مع الاحاطة على مذهب السلف واختصره ابو حيان محمد بن محمد بن يوسف الاندلسي ايضا وسمّاه الانوار الاعلى في اختصار المحلّى المتوفى سنة ٧٤٥

١١٥٥٢ محمّد في الحديث لشمس الدين محمد بن احمد المقدسي [بن قدامة] الحنبلي المتوفى سنة ٧٤٤ اختصره من الالمام ١١٥٥٣ محمّديّة تركي منظوم للشيخ محمد ابن كاتب نظمه من كتاب المسمّى بمغارب الزمان وهو مشهور لا يحتاج الى التعريف قال في آخره

هدى الاحمد من دلالة الاحمدية

بدا الاحد من جلالة الاحدية

---

illustri. Triginta volumina de partibus juris Shafiitici derivatis, auctore *Abu Mohammed Ali Ben Hazm Tzáhiri*, [anno 456 (inc. 25. Dec. 1063) mortuo]. Ad ea duos glossarum fasciculos edidit Sheikh *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Ghazzi*, vulgo *Ibn Redhi-ed-dín* dictus et anno 984 (inc. 31. Mart. 1576) mortuus, et in epitomen ea coegerunt Háfitz *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Dzehebi*, anno 748 (inc. 13. Apr. 1347) mortuus, et *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali*, vulgo *Ibn-elarabi* dictus, cujus epitome *El-Kitáb El-Moalla fi mokhtasar El-Mohalla* inscripta est. Haec epitomarum praestantissima habetur, etsi doctrinam primorum Mohammedanorum complectitur. Praeterea *Abu Hayyán Mohammed Ben Mohammed Ben Yusuf Andalusi*, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuus, epitomen edidit *El-Anwár El-A'la fi ikhtisár El-Mohalla* inscriptam. — 11552. El-Mohammed, liber multa laude celebrandus de traditionibus. *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Mocaddesi* [*Ben Codáma*] Hanbalita, vulgo 744 (inc. 26. Mai. 1343) mortuus, excerpsit hanc epitomen e libro *Ilmám*. — 11553. El-Mohammedíyet, carmen turcicum „*Mohammedicum*“ inscriptum, quod Sheikh *Mohammed Ben Kátib* e libro *Meghárib el-zemán* condidit. Illud ita innotuit, ut longiore descriptione non opus esset. Ad finem auctor hos versus habet:

Dux viae rectae prodit *Ahmed* ex praeceptis recti in tractatu *Ahmedíyet* datis,
Unicus (*ahad*) apparet Deus ex doctrina majestatis divinae in tractatu *Ahadíyet* proposita.

لما خدمت بالرسالة ختم الرسالة

سمّيتها بالرسالة المحمديّة

وجملة ابياتها تسعة آلاف بيت ومائة وتسعة عشر بيتا ١١٥٥٤ محمديّة تفسير كبير فارسى للشيخ علآء الدين على بن محمد المعروف بمصنفك المتوفى سنة ٨٧٥ الّفه للسلطان محمد خان ولذلك سمّى به اختار فيه اطنابا عظيما بقى على نقصان [قلت رأيت آخره] ١١٥٥٥ محمديّة لغة منظومة فى جزء مفسّرة بالفارسيّة لبهآء الدين عبد الرحمن المغلغروى نظمه لمحمد بن حاج بخشى الكتاهيوى اتمّها فى محرم سنة ٨٠٥ ١١٥٥٦ محمديّة للشيخ حمد الله بن آق شمس الدين المتوفى سنة ٩٠٩ منظوم تركى ايضا ١١٥٥٧ محموديّة تركى منظوم ايضا فى نظيرة المحمديّة للشيخ بدر الدين القاضى محمود بن الشيخ محمد بن تكرى ويرمش خليفة القاضى المتوفى سنة ٩١١ الّا انه نظم نازل الدرجة وهى على خمسين بابا وقد يقال اسمه الوسيلة وقد كتبته هناك فلينقل واهداه الى سلطان بايزيد خان

---

Hunc tractatum (*risálet*) cum honori serviens sigilli legationis (*risálet*) divinae (i. e. *Mohammed*is) scripsi,

Titulum ei dedi *El-Risálet El-Mohammediyet.*

Totum carmen novem milibus centum undeviginti versibus continetur. — 11554. Mohammedíyet, liber *Mohammed*icus. Commentarius in Coranum major, quem Sheikh *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed*, vulgo *Mosannifek* dictus et anno 875 (inc. 30. Jun. 1470) mortuus, Sultano *Mohammed Khán*, a cujus nomine titulum petiit, persice composuit. Maximae in eo verbositatis amore ducitur auctor, carmen tamen imperfectum relictum est. [At ejus finem me vidisse fateor]. — 11555. El-Mohammedíyet, tractatus *Mohammed*icus. Dictionarium versibus compositum et fasciculo comprehensum cum interpretatione persica, quod *Behá-ed-dín Abd-el-rahman Maghalgharewi* in favorem *Mohammedis Ben Hájj Bakhshi Kutákiyewi* metrice scripsit et mense Moharrem anni 805 (inc. 1. Aug. 1402) absolvit. — 11556. El-Mohammedíyet, pariter carmen turcicum *Mohammed*icum inscriptum, auctore Sheikh *Hamdallah Ben Ac Shems-ed-dín*, anno 909 (inc. 26. Jun. 1503) mortuo. — 11557. El-Mahmúdíyet, carmen turcicum *Mahmúd*icum inscriptum et carmini *Mohammedíyet* simile, auctore Sheikh *Bedr-ed-dín* El-Cádhi *Mahmúd* filio Sheikhi *Mohammed Ben Tangri Wirmish* vicarii judicis, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Est autem carmen vilioris pretii quinquaginta capita continens, quod interdum titulum *El-Wesílet* prae se fert. Jam vero illud hoc loco notavi, et videant alii quae res sit. Obtulit

١١٥٥٨ محيط بلغات القرآات لابي جعفر احمد بن على المعروف بجعفرك المتوفى سنة ٥٤٤

١١٥٥٩ محيط البرهاني في فقه النعماني لبرهان الدين محمود بن تاج الدين احمد بن الصدر الشهيد برهان الائمّة عبد العزيز بن عمر بن مازه البخاري الحنفي المتوفى سنة [وهو ابن اخ الصدر الشهيد حسام الدين وهو] في مجلّدات ثم اختصره وسماه الذخيرة وكثيرا ما يغلطون فيه الطلبة فيظنّون ان صاحب المحيط البرهاني الكبير ايضا رضى الدين [محمد بن محمد] السرخسي وليس كذلك اوله الحمد لله خالق الاشباح بقدرته وفالق الاصباح برحمته الخ قال ابن الحنائي تتبّعت ترجمته في كتب الطبقات فلم اظفر واصحابنا ما يفرّقون بين المحيطين في التلقيب فيقولون للكبير المحيط البرهاني وللصغير المحيط السرخسي قال وقع في رأى ان اتشبّه بهم بتأليف اصل جليل يجمع جلّ الحوادث الحكميّة والنوازل الشرعيّة ليكون عونا لي في حال حياتي فجمعت مسائل المبسوط والجامعين والسير والزيادات والحقت

illud Sultano *Bayezíd Khán.* — 11558. El-Mohít bi loghát el-ckiráát, liber varias lectionum coranicarum dialectos comprehendens, auctore *Abu Ja'far Ahmed Ben Ali*, vulgo *Ja'farek* dicto et anno 544 (inc. 11. Mai. 1149) mortuo. — 11559. El-Mohít El-Borháni, oceanus *Borhán-ed-dín*icus de jure doctrinae *No'mán*i *Abu Hanífa* accommodato. Scripsit eum pluribus voluminibus *Borhán-ed-dín Mahmúd Ben Táj-ed-dín Ahmed Ben El-Sadr El-Shehíd Borhán el-aïmmet Abd-el-azíz Ben Omar Ben Mázeh Bokhári* Hanefita, [filius fratris *El-Sadr El-Shehíd Hosám-ed-dín*], anno ... mortuus. Serius eum in epitomen coegit *Dzakhíret* inscriptam. Saepe studiosi in eo errant, ut autument, auctorem libri *El-Mohít El-Borháni El-Kebír* etiam *Redhi-ed-dín* [*Mohammed Ben Mohammed*] *Serakhsi* esse. Hoc autem falsum est. Liber ita incipit: Laus Deo potentia sua corpora creanti et misericordia sua efficienti, ut splendores primae aurorae prodeant etc. — *Ibn-elhinnáyi:* Quaesivi, inquit, diligenter vitam auctoris in libris Classium, at nusquam eam inveni. Asseclae autem sectae nostrae in cognominando nullum discrimen inter utrumque *Mohít* faciunt, ut majorem librum *El-Mohít El-Borháni*, minorem *El-Mohít El-Serakhsi* appellent. Auctor: Constitui in animo, ait, ut viros illos mihi exemplum proponerem ad imitandum in componendo archetypo egregio, quod gravissimos juris casus philosophicos et quaestiones singulares in legem cadentes complecteretur, ut adjumento mihi essent in vitae vicissitudine. Collegi igitur quaestiones librorum *Mebsút*, duorum *Jámi'*, *Siyer*, *Ziyádát*; his quaestiones addidi

بها مسائل النوادر والفتاوى والواقعات وضممت اليها من الفوائد التى استفدتها من والدى ومن مشايخ زمانى واثبت اكثر المسائل بدلائل عوّل عليها لكن الاتقانى وهم حيث قال فى المأذون من غاية البيان قال برهان الدين الصدر الكبير صاحب المحيط عبد العزيز بن عمر ابن ابى سهل المعروف بمازه فى طريقة الخلاف انتهى فظنّ ان المحيط له وانما وقع فى الغلط لاشتراكهما فى اللقب ومن الدليل الظاهر على ان المحيط والذخيرة لبرهان الدين الصغير ان فيها نقول لتلميذه من الصدر الشهيد فكيف يكون لوالده ١١٥٦٠ محيط الرضوى اربع مجلّدات له ايضا ١١٥٦١ محيط الرضوى مجلّدين فيه ايضا لرضى الدين بن العلاء الصدر الحميد تاج الدين محمد بن محمد بن محمد السرخسى الحنفى المتوفى سنة ٦٧١ ومحيطه ثلثة الاول عشر مجلّدات والثانى اربع والثالث مجلّدات وهذه الثلثة موجودة بمصر والشام والروم قال ابن الحنائى فى حاشيته على الدرر على قوله فى اوائل الكتاب واختاره فى المحيط ما نصّه اراد محيط الامام رضى الدين محمد بن محمد السرخسى وهى ثلاث نسخ كبرى وهو

---

librorum *Newádir*, *Fetáwi* et *Wáckiát*, et omnibus his observationes utiles subjunxi, quas a patre meo et Sheikhis aequalibus percepi. Maximam quaestionum partem cum probationibus attuli, quarum auctoritate utuntur. *Itticáni* tamen fallitur, quatenus in capite *El-Madzún* libri *Ghâyet el-beyán* haec habet: Dicit *Borhán-ed-dín El-Sadr El-Kebír Abd-el-azíz Ben Omar Ben Abi Sahl*, auctor libri *Mohít*, de methodo theologiae controversae etc. Opinatur igitur, hunc auctorem libri *Mohít* esse, et incidit in hunc errorem eam tantum ob caussam, quod cognomen illi duo commune habent. Certissime autem probatum est, auctorem librorum *Mohít* et *Dzakhîret* esse *Borhán-ed-dín* Minorem, quod locos continent a discipulo ejus ex *El-Sadr El-Shehíd* allatos. Quomodo igitur ejus pater auctor esse potest? — 11560. El-Mohít El-Redhewi, oceanus *Redhí-ed-dín*icus, quatuor volumina, eodem auctore. — 11561. El-Mohít El-Redhewi, oceanus *Redhí-ed-dín*icus. Duo volumina ejusdem argumenti, auctore *Redhí-ed-dín Ben-elalá El-Sadr El-Hamíd Táj-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Ben Mohammed Serakhsi* Hanefita, anno 671 (inc. 29. Jul. 1272) mortuo. Exstant tres ejus *Mohít*, quorum primus decem volumina continet, secundus quatuor, tertius plura volumina. Tres hae recensiones in Aegypto, Syria et Rumelia inveniuntur. *Ibn-elhinnáyi* in glossis ad *El-Dorer* in verba auctoris initio libri „Et praehabuit illud in *El-Mohít*, cujus textus hic est": Significat, inquit, *Mohít* Imámi *Redhí-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Serakhsi*, cujus recensiones tres sunt, major, quae nomine *Mohít*

المشهور بالمحيط حيث اطلق غالبًا والثانية وسطى والثالثة صغرى ١١٥٦٢ محيط الزندويسى ١١٥٦٣ محيط سرخسى عشر مجلّدات ويقال له الرضوى صنّفه اولا ثم لخّصه قال جمعت فيه عامّة مسائل الفقه مع مبانيها ومعانيها بدا كلّ باب بمسائل المبسوط لما انها اصول مبنية واردفها بمسائل النوادر لما انها من اصول المسائل منزوعة ثم اعقبها بمسائل الجامع لما انّها من زبدة الفقه مجموعة ثم ختمها بمسائل الزيادات لما انها على فروع الجامع مزيدة وسمّاه محيطًا لشموله على مسائل الكتب وفوائدها وحقائقها اوله الحمد لله ذى المجد والجلال الخ ١١٥٦٤ محيط فى الجمع بين المهذّب والوسيط فى الفروع الشافعيّة لعماد الدين ابى حامد محمد بن يونس الاربلى الشافعى المتوفى سنة ٦٠٨ ١١٥٦٥ محيط فى شرح الوسيط يأتى ١١٥٦٦ محيط فى الطبّ فارسى لابى سعيد بن ابى مسلم بن ابى الخير المشتهر بغياث الطبيب ذكره فى اول شامله ١١٥٦٧ محيط فى اللغة فى سبع مجلّدات لاسمعيل بن عباد الصاحب

---

*κατ' ἐξοχὴν* inclaruit, media et minor. — 11562. **Mohít El-Zendúyesi**, oceanus. Scripsit *Zendúyesi*. — 11563. **Mohít Serakhsi**, oceanus *Serakhsii*, qui etiam *El-Redhewi* inscribitur. Decem volumina, quae *Serakhsi* primum composuit. Tum potiora eorum separatim in epitome edidit. Collegi ibi, ait, quaestiones juris communes cum fundamentis, quibus superstructae sunt, et sensibus, quos continent. Capita singula a quaestionibus libri *Mebsút* incipiunt, quoniam in iis principia insunt firme stabilita. His subjecit quaestiones libri *Newádir*, quoniam a principiis quaestionum recedunt. Excipiunt eas quaestiones libri *Jámi'*, quippe quae ex parte selectiore juris collectae sunt, et in fine capitum quaestiones libri *Ziyádát* affert, quippe quae additamenta continent ad libri *Jámi'* articulos juris derivatos. Librum autem, qui ita incipit: Laus Deo gloria et majestate praedito etc., *Mohít* appellavit, quod quaestiones librorum, praecepta eorum utilia et vera argumenta comprehendit. — 11564. **El-Mohít fi el-jam'i' bein El-Mohadzdzeb we El-Wesít**, oceanus libros *Mohadzdzeb* et *Wesít* conjungens de partibus juris Shafiitici derivatis, auctore *Imád-ed-dín Abu Hámid Mohammed Ben Yunos Irbili* Shafiita, anno 608 (inc. 15. Jun. 1211) mortuo. — 11565. **El-Mohít fi sharh El-Wesít**, oceanus. Commentarius in librum *Wesít*, de quo infra dicetur. — 11566. **El-Mohít fi el-tibb**, oceanus de medicina. Scripsit persice *Abu Saíd Ben Abi Moslim Ben Abi'lkheir* Medicus, qui nomine *Ghiyáth* inclaruit, et hunc librum initio sui *Shámil* commemorat. — 11567. **El-Mohít fi el-loghat**, oceanus. Opus lexicologicum septem voluminum,

الوزير المتوفى سنة ٣٨٥ كثير اللفظ وقليل الشواهد ١١٥٦٨ محيط فى اللغة لعبد الملك ابن على المؤذن الهروى المتوفى سنة ٤٨٩ ١١٥٦٩ محيط القاضى ١١٥٧٠ محيط اللغة للمولى احمد بن سليمان المعروف بابن كمال باشا المتوفى سنة ٩٤٠ ترجم فيه اللغات بالفارسيّة ورتّب على الحروف كالجوهرى بالاشارة الى الثنائى والثلاثى والرباعى والخماسى بالمداد الاحمر رقما ١١٥٧١ محيط للشيخ ابى محمد عبد الله بن يوسف الجوينى [الشافعى] المتوفى سنة ٤٣٨ لم يتقيّد فيه بمذهب معيّن كذا قال الشعرانى ولابى بكر احمد بن حسين البيهقى [المتوفى سنة ٤٥٨] رسالة نفذ لها الى مستدركا فيها عليه فيما يتعلّق بعلم الحديث

١١٥٧٢ علم مخارج الحروف

من فروع الخطّ والقراءة والتصريف

١١٥٧٣ مخاطبة الارواح بعد مفارقة الاشباح رسالة للشيخ الرئيس ابن سينا اوله الحمد

---

auctore *Ismail Ben Abbád* Weziro, titulo *El-Sáhib* ornato et anno 385 (inc. 5. Febr. 995) mortuo. Multa verba facit et paucos habet locos probantes. — 11568. **El-Mohít fi el-loghat**, oceanus. Opus lexicologicum, auctore *Abd-el-melik Ibn Ali Herewi* aedituo, anno 489 (inc. 31. Dec. 1095) mortuo. — 11569. **Mohít El-Cádhi**, oceanus judicis. — 11570. **Mohít el-loghat**, oceanus linguae, auctore Molla *Ahmed Ben Soleimán*, vulgo *Ibn-Kemálpasha* dicto et anno 940 (inc. 23. Jul. 1530) mortuo. Voces persice interpretatur et eundem literarum ordinem sequitur, quem *Jauheri*, siglisque humore rubro scriptis voces biliteras, triliteras, quatuor et quinque literis compositas notat. — 11571. **El-Mohít**, oceanus. Scripsit Sheikh *Abu Mohammed Abdallah Ben Yusuf Joweini* [Shafiita], anno 438 (inc. 8. Jul. 1046) mortuus, qui, teste *Sha'ráni*, in hoc libro doctrinam sectae certae ceteris exclusis non tractat. Praeterea *Abu Bekr Ahmed Ben Hosein Beihacki*, [anno 458 (inc. 3. Dec. 1065) mortuus], tractatum composuit, quem mihi misit. In eo supplere illa studuit, quae doctrinam traditionariam spectant et in *Mohít* omissa erant.

11572. **Ilm mekhárij el-horúf.** Doctrina organorum, quibus literae pronunciantur.

Pertinet ad partes artis scribendi, legendi et formas grammatice flectendi secundarias.

11573. **Mokhátabet el-arwáh,** colloquium spirituum post discessum e corporibus. Hunc tractatum, qui ita incipit: Laus Deo pro copiosis ejus beneficiis etc., Sheikh Reyis

لله على جزيل نواله الخ كتبها جوابا لسؤال الصدر الكبير تاج الدين محمد . ١١٥٧٤ مخبر لمحمد بن حبيب المتوفى سنة ١١٥٧٥ مختار الاختيار فى فوآئد معيار النظار فى المعانى والبيان والبديع والقوافى للشيخ عبد القاهر بن عبد الرحمن الجرجانى [الشافعى المتوفى سنة ٤٧١] قال الفته متيمّنا بالصلوة على النبى المختار مختار المعيار لاهل مختار الاختيار ١١٥٧٦ مختار الاختيار برسم مولانا الامير محمد الدفتردار رسالة كتبها محمد بن عبد الحق الغزالى لاوقجى زاده دفتردار مصر فى فضل العلم والعالم فى عصر السلطان احمد ورتّبها على مقدّمة وثلاثة ابواب وخاتمة ١١٥٧٧ مختار الاشعار والآثار لابى الريحان محمد بن احمد الخوارزمى توفى قبل سنة ٤٥٠ ١١٥٧٨ مختار تأريخ مغرب لابن ابى طيّ يحيى بن حميدة الحلبى المتوفى سنة ٦٣٠ ١١٥٧٩ مختار التبيان مرّ ١١٥٨٠ مختار الحكم ومحاسن الكلم لابى الوفاء مبشر ابن فاتك الامير ١١٥٨١ مختار الصحاح مرّ فى الصاد ١١٥٨٢ مختار الفتاوى للامام برهان

---

*Ibn Sínú* scripsit respondendi caussa ad quaestionem, quam *El-Sadr El-Kebír Táj-ed-dín Mohammed* proposuerat. — 11574. El-Mokhabbir, nuntius, auctore *Mohammed Ben Habíb*, anno . . . mortuo. — 11575. Mokhtár el-ikhtiyár, praestantissima libero arbitrio praeoptata de adnotationibus utilibus libri *Mi'yár el-notztzár*, quae doctrinam sententiarum, expositionis, ornate dicendi et homoeoteleutorum tractant, auctore Sheikh *Abd-el-cáhir Ben Abd-el-rahman Jorjáni* [Shafiita, anno 471 (inc. 14. Jul. 1078) mortuo. Hunc librum, inquit, composui precibus pro propheta nostro feliciter adjutus tanquam regulam praestantissimam in favorem asseclarum praestantissima libero arbitrio praeoptantium. — 11576. Mokhtár el-ikhtiyár, praestantissima libero arbitrio praehabita pro Molla nostro Emír *Mohammed* thesaurario (*Defterdár*). Tractatus, quem *Mohammed Ben Abd-el-hacc Ghazáli* in favorem *Ucajizádeh*i Aegypti thesaurarii de praestantia doctrinae et viri docti tempore Sultani *Ahmed* scripsit et in praefationem, tria capita et conclusionem distribuit. — 11577. Mokhtár el-ash'ár we el-áthár, delectus carminum et dictorum memorabilium, auctore *Abu'lreihán Mohammed Ben Ahmed Khowarezmi*, ante annum 450 (inc. 28. Febr. 1058) mortuo. — 11578. Mokhtár tarikh Maghrib, selecta ex historia Occidentis, auctore *Yahya Ben Hamída Halebi*, vulgo *Ibn Abi Tay* dicto et anno 630 (inc. 18. Oct. 1232) mortuo. — 11579. Mokhtár El-Tibyán, selecta. Epitome libri *Tibyán*, de quo supra dictum est. — 11580. Mokhtár el-hikem we Mehásin el-kilem, delectus apophthegmatum et elegantiae effatorum, auctore *Abu'lwefá Mobeshshir Ben Fátik* Emíro. — 11581. Mokhtár El-Sihâh, selecta. Epitome lexici *Sihâh*, de quo in litera *Sád* videatur. — 11582. Mokhtár el-fetáwi,

الدين على بن ابى بكر المرغينانى المتوفى سنة ٥٩٣ ١١٥٨٣ مختار فى ذكر الخطط والآثار يعنى خطط المصر للقاضى ابى عبد الله محمد بن سلامة القضاعى المتوفى سنة ٤٥٤ ١١٥٨٤ مختار فى الطبّ للشيخ الامام مهذّب الدين ابى الحسن على بن [احمد بن] هبل التبريزى [البغدادى المتوفى سنة ٦١٠] ١١٥٨٥ مختار فى فروع الحنفية لابى الفضل مجد الدين عبد الله بن محمود [بن مودود] الموصلى الحنفى المتوفى سنة ٦٨٣ اوله الحمد لله على جزيل نعمآئه الخ ثم شرحه وسمّاه الاختيار اوله الحمد لله الذى شرع لنا دينا قويما الخ ذكر فيه انّه جمع فى شبابه مختصرا سمّاه المختار للفتوى واختار فيه قول الامام ابى حنيفة فتداولته الايدى فطلبوا منه شرحا فشرحه شرحا اشار فيه الى علل المسآئل ومعانيها وذكر فروعا يحتاج اليها ويعتمد فى النقل عليها واختصره ابو العباس احمد بن على الدمشقى وسمّاه التحرير ثم شرحه [لم يكمله] وتوفى سنة ٧٨٢ وشرح الجمال ابو اسحق ابراهيم بن احمد الموصلى

---

delectus responsorum juridicorum, auctore Imám *Borhán-ed-dín Ali Ben Abi Bekr Merghínání*, anno 593 (inc. 24. Nov. 1196) mortuo. — 11583. **Mokhtár fi dzikr el-khotat we el-athár**, selecta de descriptione divisionum terrarum Aegyptiacarum et monumentorum, auctore Cádhi *Abu Abdallah Mohammed Ben Selámet Codhái*, anno 454 (inc. 15. Jan. 1062) mortuo. Vide *Khotat Misr*. — 11584. **Mokhtár fi el-tibb**, delectus. Opus medicum, auctore Sheikh et Imám *Mohadzdzeb-ed-dín Abu'lhasan Ali Ben* [*Ahmed Ben*] *Hobel Tebrízi* [*Baghdádi*, anno 610 (inc. 23. Mai. 1213) mortuo]. — 11585. **Mokhtár fi forú' El-Hanefíyet**, delectus de partibus juris Hanefitici derivatis, auctore *Abu'lfadhl Majd-ed-dín Abdallah Ben Mahmúd* [*Ben Maudúd*] *Mausili* Hanefita, anno 683 (inc. 20. Mart. 1284) mortuo. Postea in hunc librum, qui ita incipit: Laus Deo pro copiosis ejus beneficiis etc., commentarium composuit *El-Ikhtiyár* inscriptum, qui ita incipit: Laus Deo, qui nobis religionem rectam praescripsit etc. Narrat ibi, se juvenem compendium collegisse *El-Mokhtár lil-fetwa* inscriptum in eoque effata Imámi *Abu Hanífa* praeter cetera elegisse. Hic liber multum in manibus hominum versabatur, ideoque ab eo commentarium petierunt. Composuit igitur commentarium, in quo caussas quaestionum earumque argumenta demonstrare studuit, et partes juris derivatas attulit, quibus opus erat, et ad quarum auctoritatem tanquam testem certam provocari poterat. *Abu'labbás Ahmed Ben Ali Dimeshcki*, anno 782 (inc. 7. Apr. 1380) mortuus, epitomen ex archetypo excerpsit *El-Tahrír* inscriptam. Serius commentarium in illud composuit, [quem imperfectum reliquit]. Praeterea commentarios ediderunt *Jemál-ed-dín Abu Is'hac Ibráhím Ben*

الحنفى وسماه توجيه المختار ذكر فى خطبته انه قرأه على مؤلفه اخره فى جمادى الاولى سنة ٦٥٢ ذكر فيه خلاف الظاهرية والامامية وغيرها من الفرق وابن ابى القاسم القرهحصارى الرومى وكان حيًا فى سنة ٧٢٠ ومحمد بن الياس سماه الاثار لحل المختار ومحمد بن ابراهيم بن احمد المدعو بالامام سماه فيض الغفار والزيلعى ايضا ونظمه تاج الدين ابو عبد الله عبد الله ابن على البخارى المتوفى سنة ٧٩٩ وشرحه ابن امير الحاج محمد بن محمد بن محمد الحلبى المتوفى سنة ٨٧٩ ذكره فى شرحه للمنية وشرحه شيخ الاسلام شمس الدين الشبرسى الحنفى ذكر فى طبقات الشعرانى وشرح فرائضه زين الدين ابو محمد عبد الرحمن بن ابى بكر ابن العينى الحنفى المتوفى سنة ٨٩٣ خرج الشيخ قاسم بن قطلوبغا الحنفى احاديث الاختيار توفى سنة ٨٧٩ وله شرح المختار ايضا ١١٥٨٦ مختار فى القراءة للشيخ نجم الدين عبد الله بن عبد المؤمن [ابن الوجيه] الواسطى [المتوفى سنة ٧٤٠] وفى قراآت الثمانية للشيخ

---

***Akmed Mausili*** **Hanefita, cujus commentarius** ***Taujíh El-Mokhtár*** **inscriptus est. In ejus praefatione narrat, se illum coram auctore legisse et ad ejus finem mense Jomádzi I. anni 652 (inc. 21. Febr. 1254) pervenisse. Demonstrat ibi controversiam inter sectas** ***Tzáhiriyet, Imámiyet*** **et alias —** ***Ibn Abu'lcásim Carahhisári Rumi,*** **qui anno 720 (inc. 12. Febr. 1320) vixit —** ***Mohammed Ben Ilyás*****, cujus commentarius** ***El-Ithár li hall El-Mokhtár*** **inscriptus est —** ***Mohammed Ben Ibráhím Ben Ahmed,*** **vulgo** ***El-Imám*** **dictus, cujus commentarius** ***Feidh el-ghaffár*** **inscriptus est — itemque** ***Zeilaí.*** **— Versibus** ***El-Mokhtár*** **reddidit** ***Táj-ed-dín Abu Abdallah Abdallah Ben Ali Bokhári,*** **anno 799 (inc. 5. Oct. 1396) mortuus. Porro commentarios scripserunt** ***Ibn Emír El-Hájj Mohammed Ben Mohammed Ben Mohammed Halebi*****, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus, qui hunc commentarium in commentario in** ***El-Munyet*** **edito commemorat, et Sheikh el-islám** ***Shems-ed-dín Shibrisi*** **Hanefita, cujus mentio facta est in** ***Tabacát*** **a** ***Sha'ráni*** **editis. Caput libri** ***Mokhtár*** **de jure hereditario commentario instruxit** ***Zein-ed-dín Abu Mohammed Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Ibn-elaini*** **Hanefita, anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus, et Sheikh** ***Cásim Ben Cotluboghá*** **Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus, traditiones ex** ***El-Ikhtiyár*** **elicuit, idemque commentarium in** ***El-Mokhtár*** **edidit. — 11586. M o k h t á r f i el-okiráat, delectus de lectione Corani critica, auctore Sheikh** ***Nejm-ed-dín Abdallah Ben Abd-el-mumin*** **[*****Benalwejíh*****]** ***El-Wásiti,*** **[anno 740 (inc. 9. Jul. 1339) mortuo], et de recensionibus Corani lectorum octo, auctore Sheikh** ***Abu Bekr Ahmed***

ابى بكر احمد بن عبد الله بن ادريس ١١٥٨٧ المختار فى كشف الاسرار وهتك الاستار فى علم الحيل للشيخ الامام عبد الرحمن بن ابى بكر الجوبرى الدمشقى المتوفى سنة مختصر مشتمل على ثلثين فصلا منها يشتمل على ابواب وعدّة الفصول والابواب ستة وستون ومائتان اوله الحمد لله الملك الاعظم الخ وهو كتاب غريب ليس له نظير فى بابه اخذ على ما قال مؤلّفه فى اوله من ينبوع الحكمة والاسفار الخمسة وكتب الاوآئل والاواخر من نحو الف وثلثمائة كتاب فهتك استار الكاذبين وكشف عورات المدّعين من كلّ قوم الخ ١١٥٨٨ مختار فى المعانى والبيان ليوسف بن حسين الكرماستى المتوفى فى حدود سنة ٩٠٠ وهو مختصر [لخّص فيه التلخيص بحذف الشواهد والامثال مكتوبا فى الهوامش] وجعله على مقدّمة وقسمين وخاتمة اوله الحمد لله الذى بعث لصلاح عباده فى النشأتين نذيرا الخ ١١٥٨٩ مختار فى مناقب الابرار لابن الاثير [المبارك بن محمد بن عبد الكريم الجزرى المتوفى سنة ٦٠٦] ١١٥٩٠ مختار فى النظم والنثر لافاضل اهل العصر لابن بشرون الصقلى المتوفى

---

*Ben Abdallah Ben Idrís.* — 11587. **El-Mokhtár fi kashf el-asrár,** delectus de arcanis recludendis et velis dilacerandis, auctore Sheikh et Imám *Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Jauberi Dimeshchi*, anno . . . mortuo. Compendium de doctrina artificiorum triginta sectiones complectens, quarum plures in capita divisae sunt. Sectiones autem et capita numerum explent ducentorum sexaginta sex. Liber hic singularis, qui ita incipit: Laus Deo regi maximo etc., similem sui generis non habet. Ut auctor ipse initio ejus dicit, plura sumsit e libro *Yenbúo' el-hikmet*, e tomis quinque (*El-Asfár el-khamset*), e libris, qui initia rerum et fines describunt (*Kotob el-awáil we el-awákhir*), summatim ex mille circiter trecentis libris. Detexit in eo artificia hominum mendacium occulta, et maculas jactatorum omnis generis et populi nudavit etc. — 11588. **Mokhtár fi el-meáni we el-beyán,** delectus de doctrina sententiarum et expositionis, auctore *Yusuf Ben Hosein Kermásetí*, circa annum 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuo. Compendium, [in quo potiora libri *Telkhis* locis probantibus et proverbiis resectis et ad margines scribendis selecta edidit]. Illud in praefationem, duas partes et conclusionem distribuit, et ita orsus est: Laus Deo, qui in salutem cultorum suorum in hac et altera vita monitorem misit etc. — 11589. **Mokhtár fi menákib el-abrár,** delectus de virtutibus justorum praeclaris, auctore [*Mobárek Ben Mohammed Ben Abd-el-kerím Jezerí*, vulgo] *Ibn el-athír* [dicto et anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo]. — 11590. **Mokhtár fi el-nazm we el-nathr,** delectus orationis ligatae et solutae virorum praestantissimis inter aequales factus, auctore *Ibn Beshrún*

سنة        ١١٥٩١ مختار فى نوادر الاخبار مجلّد لمحمد بن احمد المقرئ الانبارى وهو على
احد عشر فصلا اوله الحمد لله المنعم الكريم ذى الفضل العظيم الخ    ١١٥٩٢ مختار القلوب
لابى الحسن فخر الدين على بن بكمش التركى المتوفى سنة ٦٢٦    ١١٥٩٣ المختار من كتب
الاختيارات الفلكيّة لابى نصر يحيى بن جرير الطبيب التكريتى وهو كتاب كبير الّفه لسديد
الدولة ابى الغنائم عبد الكريم ورتّب على فصول كثيرة     ١١٥٩٤ المختار من كتب الاختيارات
الفلكيّة مجلّد للشيخ ابى منصور سليمان بن الحسين بن بردويه الابريسمى الموصلى الحاسب اوله
اما بعد فمن نعم استزيد نعمه بالشكر الخ جعله اربع جمل ورتّب كلّ جمل ابوابا وفصّل كلّ
باب فصولا وذكر فى آخره اصحاب الاقاويل     ١١٥٩٥ مختارات ابن هبل فى الطبّ على ترتيب الاعضاء
١١٥٩٦ مختارات للفتاوى فى الفقه لعلاء الدين على بن احمد الجمالى المفتى فى عهد السلطان
سليم خان [المتوفى سنة ٩٣٢] جمع فيها ما اختار من مسائل الهداية وغيره اوله الحمد لله

---

*Sickilli*, anno . . . mortuo. — 11591. Mokhtár fi newádir el-akhbár, delectus historias rarissimas continens, auctore *Mohammed Ben Ahmed Anbári* Corani legendi magistro. Volumen in undecim sectiones distributum, quod ita incipit: Laus Deo benefico, generoso, benignitate eximia insigni etc. — 11592. Mokhtár el-colúb, delectus cordium, auctore *Abu'lhasan Fakhr-ed-dín Ali Ben Bekmesh* Turca, anno 626 (inc. 30. Nov. 1228) mortuo. — 11593. El-Mokhtár min kotob el-ikhtiyárát el-felekíyet, delectus e libris electionis dierum astrologicae. Liber magnus, quem *Abu Nasr Yahya Ben Jerír Tekríti* Medicus in favorem *Sedíd-ed-dewleti Abu'lghanáim Abd-el-kerím* composuit et in sectiones multas distribuit. — 11594. El-Mokhtár min kotob el-ikhtiyárát el-felekíyet, delectus e libris electionis dierum astrologicae, auctore Sheikh *Abu Mansúr Soleimán Ben-elhosein Ben Berdoweih El-Ebrísemi El-Mausili* Arithmetico. Volumen, quod ita incipit: Praemissis praemittendis. Qui beneficia confert, ejus beneficia gratiarum actione augentur etc., et in quatuor summas distributum est. Singulas summas auctor in capita et singula capita in sectiones descripsit, et ad finem fabulatores recenset. — 11595. Mokhtárát Ibn Hobel, selecta medica ad ordinem membrorum, auctore *Ibn Hobel*. — 11596. Mokhtárát lil-fetáwi, selecta responsorum juridicorum de jurisprudentia. *Alá-ed-dín Ali Ben Ahmed Jemáli* tempore Sultani *Selím Khán* Mufti, [anno 932 (inc. 18. Oct. 1525) mortuus], hic quaestiones congessit, quas e libro *Hidáyet* aliisque elegerat. Hoc compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui

الذی جعل العلم علما لهدایة العالمین الخ وهو مختصر مشتمل علی المهمات ویتضمن کتاب النهایة ببسط مطویاته ویقال له اختیارات وله مختارات الهدایة اولها بحمدک البدایة وبهدایتک النهایة الخ اختار من الهدایة ما صرّح بانّه الاصحّ او علیه الفتوی او به یفتی وجمع ایضاً المولی عمر القونوی المفتی بیودین حال کونه مفتیا بها توفی سنة ٩٨٥ ١١٥٩٧ مختارات مجموع النوازل لصاحب الهدایة کما سبق ١١٥٩٨ المختارة فی الحدیث للحافظ ضیاء الدین محمد بن عبد الواحد المقدسی [الحنبلی] المتوفی سنة ٦٤٣ والتزم فیه الصحّة فصحّح فیه احادیث لم یسبق الی تصحیحها قال ابن کثیر وهذا الکتاب لم یتمّ وکان بعض الحفّاظ من مشایخنا یرجّحه علی مستدرک الحاکم کذا فی الشذا الفیاح ١١٥٩٩ مخترع فی القوافی لابی القاسم عبد الرحمن بن اسحق الزجاجی المتوفی سنة ٣٣٩ ١١٦٠٠ مختصر الابرزی فی الطبّ تألیف علی بن محمد بن عبد الله الطبیب الجامع علمی البدن والدین المتوفی سنة ٨١٥

---

scientiam signum esse voluit ad homines bene dirigendos etc., quaestiones graviores continet, et librum *Necáyet* ita complectitur, ut implicita ejus explicet. Titulus ejus *Ikhtiyárát* est. Idem selecta e libro *Hidáyet* edidit, quae ita incipiunt: A laude Tua fit initium et Tuo ductu ad finem pervenitur etc. Elegit autem ea ex *Hidáyet*, quae certissima esse diserte dicuntur, aut de quibus decretum juridicum exstat, aut ad quae in dandis responsis juridicis provocatur. Collegit praeterea Molla *Omar Cunewi* Mufti urbis Yudín (?), anno 985 (inc. 21. Mart. 1577) mortuus, cum munere Muftii in illa urbe fungeretur. — 11597. **Mokhtárát**, selecta. Sylloge quaestionum juris singularium. Congessit eas auctor libri *Hidáyet*, ut supra dictum est. — 11598. **El-Mokhtáret fi el-hadíth**, sylloge de traditionibus, auctore Háfitz *Dhiyá-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-wáhid Mocaddesi* [Hanbalita], anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuo. Legem sibi injunxit veritatem solam sequi. Studuit igitur veritati certissimae in traditionibus afferendis, nec ullus alius liber aequale veritatis studium prodit. Teste *Ibn Kethír* hic liber imperfectus mansit, et nonnulli Sheikhorum nostrorum traditionum gnarissimorum eum libro *Mustedrek* ab *Hákim* edito praeferunt, ut in *El-Shedzá El-Fayyáh* dicitur. — 11599. **Mokhtera' fi el-cawáfi**, nova praecepta de homoeoteleutis, auctore *Abu'lcásim Abd-el-rahman Ben Is'hác Zejjáji*, anno 339 (inc. 20. Jun. 950) mortuo. — 11600. **El-Mokhtasar El-Ibrizi**, compendium purissimum de medicina, in quo *Ali Ben Mohammed Ben Abdállah* Medicus, anno 815 (inc. 13. Apr. 1412) mortuus, duas doctrinas corporis et religionis

اوله الحمد لله الذى الهم الانسان علم الطبّ الخ رتّبه على قسمين الاول فى كلّيّاته والثانى فى جزئيّاته وقال هذا مختصر لا بدّ من استحضاره الخ ١١٦٠١ مختصر ابن الحاجب وهو مختصر منتهى السؤال والامل فى علمى الاصول والجدل يأتى قريبا وله مختصر فى فروع المالكيّة شرحه محمد بن حسن المالقى المتوفى سنة ٧٧١ ١١٦٠٢ مختصر ابى شجاع فى الفروع شرحه شهاب الدين ابو الخير احمد بن محمد ابن عبد السلام الشافعى المتوفى سنة ٩٣١ شرحًا كبيرا وسمّاه الاقناع ثم اختصر منه شرحا ممزوجا وسمّاه تشنيف الاسماع بحلّ الفاظ مختصر ابى شجاع وشرحه ايضا تقى الدين ابو بكر بن محمد الحصنى الدمشقى المتوفى سنة ٨٢٩ ١١٦٠٣ مختصر البرهانى تركى للشيخ برهان الدين محمد بن محمد الزينى الحسينى من اولاد الشيخ محمد بن على الترمذى صاحب نوادر الاصول اوله الحمد لله الذى انعم علينا بنعم الايمان والاسلام الخ وهو على مقدمة وخمسة كتب المقدمة فى الايمان

---

conjunxit. Incipit ita: Laus Deo, qui homini doctrinam medicam inspiravit etc., et in duas partes divisum est, quarum prior quaestiones generales medicas continet, posterior particulares. Auctor hoc compendium dicit necessario semper secum esse portandum etc. — 11601. Mokhtasar Ibn-el hájib, epitome *Ibn-elhájibi* ex libro *Munlehá el-sowál we el-aml* de doctrinis principiorum et topicae excerpta, de quo mox dicetur. Idem compendium de partibus juris *Málik*itici derivatis edidit, in quod *Mohammed Ben Hasan Málacki*, anno 771 (inc. 5. Aug. 1369) mortuus, commentarium scripsit. — 11602. Mokhtasar Abi Shojá', compendium *Abu Shojá*'i de partibus juris derivatis, in quod *Shehâb-ed-dín Abu'lkheir Ahmed Ben Mohammed Ibn Abd-el-selám* Shafiita, anno 931 (inc. 29. Oct. 1524) mortuus, commentarium magnum composuit *El-Icná'* inscriptum. Postea ex hoc commentarium, qui textum admixtum habet et *Teshníf el-asmá' bi hall alfáts Mokhtasar Abi Shojá'* inscriptus est, excerpsit. Praeterea in Compendium *Abu Shojá*'i *Tacki-ed-dín Abu Bekr Ben Mohammed El-Hisni El-Dimeshcki*, anno 829 (inc. 13. Nov. 1425) mortuus, commentarium edidit. — 11603. El-Mokhtasar El-Borháni, compendium *Borhán-ed-dín*icum. Scripsit turcice Sheikh *Borhán-ed-dín Mohammed Ben Mohammed El-Zeini El-Hoseini*, filius Sheikhi *Mohammed Ben Ali El-Tirmidzi* auctoris libri *Newádir el-osúl*. Compendium ita incipit: Laus Deo, qui in nos beneficium fidei externae et internae contulit etc., et in praefationem et quinque libros divisum est. Praefatio

والعلم ١ كتاب فى الطهارة ٢ فى الصلوة ٣ فى الزكوة ٤ فى الصوم ٥ فى الحجّ ١١٦٠٤ مختصر فى محدثى العصر لابى عبد الله محمد بن احمد الذهبى المتوفى سنة ٧٤٨ ١١٦٠٥ مختصر البويطى ١١٦٠٦ مختصر التبريزى فى فروع الشافعيّة لامين الدين مظفر بن احمد التبريزى المتوفى سنة ٦٢١ لخّصه من الوجيز وشرحه الشيخ مجد الدين ابو بكر بن اسمعيل السنكلومى الشافعى المتوفى سنة ٧٤٠ وشرحه نجم الدين سليمان بن عبد القوى الطوفى [الحنبلى] المتوفى سنة ٧١٠ وتقى الدين على بن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦ سمّاه الرقم الابريزى فى شرح مختصر التبريزى وصدر الدين السقطى من شيوخ ابن حجر توفى سنة ٧٨٠ بمكة وممّن شرح السراج عمر بن على ابن الملقّن الشافعى المتوفى سنة ٨٠٤ والجلال محمد بن عبد الرحمن البكرى الشافعى المتوفى سنة ٨٩١ ١١٦٠٧ مختصر الجوينى فى فروع الشافعية لابى محمد عبد الله بن يوسف الجوينى الشافعى المتوفى سنة ٤٣٨ وشرحه ابو الفتح البستى توفى سنة وابو خلف

---

agit de fide externa et scientia, liber primus de munditie, secundus de precatione, tertius de eleemosyna, quartus de jejunio, quintus de peregrinatione sacra. — 11604. El-Mokhtasar fi mohaddithei el-asr, compendium traditionarios aequales continens, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Dzehebi*, anno 748 (inc. 13. Apr. 1347) mortuo. — 11605. Mokhtasar El-Boweiti, compendium *Boweiti*. — 11606. Mokhtasar El-Tebrízi, compendium de partibus juris Shafiitici derivatis, quod *Emín-ed-dín Motzaffer Ben Ahmed*, vulgo *El-Tebrízi* dictus et anno 621 (inc. 24. Jan. 1224) mortuus, meliorem partem e libro *El-Wejíz* excerpsit. Commentarios in illud scripserunt *Majd-ed-dín Abu Bekr Ben Ismaíl Senkelúmi* Shafiita, anno 740 (inc. 9. Jul. 1339) mortuus — *Nejm-ed-dín Soleimán Ben Abd-el-cawi El-Taufi* [Hanbalita], anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuus — *Tacki-ed-dín Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuus, cujus commentarius *El-Racm El-Ibrízi fi sharh Mokhtasar El-Tebrízi* inscriptus est — *Sadr-ed-dín El-Sacati*, qui Sheikhus *Ibn Hajri* fuit et anno 780 (inc. 30. Apr. 1378) mortuus est — porro *Siráj-ed-dín Omar Ben Ali Ibn-elmolacckin* Shafiita, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus — et *Jelál-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-rahman Bekri* Shafiita, anno 891 (inc. 7. Jan. 1486) mortuus. — 11607. Mokhtasar El-Joweini, compendium de partibus juris Shafiitici derivatis ab *Abu Mohammed Abdallah Ben Yusuf* Shafiita, vulgo *Joweini* dicto et anno 438 (inc. 8. Jul. 1046) mortuo, compositum. Commentarios in illud ediderunt *Abu'lfat'h Besti*, anno . . . mortuus, et *Abu Khalaf Iwedh Ben*

عوض بن احمد الشروانى سمّاه المعتبر فى تعليل المختصر اورد فيه اعتراضات وكلام عليه توفى بعد سنة ٥٠٠ ١١٦٠٨ مختصر الحوفى فى الفرآئض لابى عبد الله محمد بن محمد بن عرفة الورغمى التونسى [المتوفى سنة ٨٠٣] ١١٦٠٩ مختصر الخرقى فى فروع الحنابلة هو للشيخ ابى القاسم عمر بن الحسين الحنبلى المتوفى سنة ٣٣٤ شرحه موفق الدين عبد الله بن احمد ابن محمد بن قدامة [المقدسى الحنبلى المتوفى سنة ٦٢٠] وسماه المغنى ١١٦١٠ مختصر الدول فى التأريخ فى مجلّد لابى الفرج بار كيبريغوريوس بن هرون المتطبّب الملاطى النصرانى رتّب على عشر دول ١ الانبيآء ٢ قضاة بنى اسرائل ٣ ملوك بنى اسرائل ٤ ملوك كلدانيين المجوس ٥ ملوك المجوس ٦ ملوك يونان ٧ ملوك الافرنج ٨ ملوك اليونان المتنصّرين ٩ ملوك العرب المسلمين ١٠ ملوك المغول ١١٦١١ مختصر الراشف من زلال الكاشف من التفاسير للشيخ الامام بدر الدين محمد بن ايوب بن عبد القاهر المقرّى الحلبى المعروف بالتادفى [المتوفى سنة ٧٠٥]

---

*Ahmed Sherwáni*, post annum 500 (inc. 2. Sept. 1106) mortuus, cujus commentarius *El-Mo'tabar fi ta'lil El-Mokhtasar* inscriptus est. Affert in eo, quae auctori objecta et de libro disputata sunt. — 11608. Mokhtasar El-Haufi, compendium de jure hereditario, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Mohammed Ben Arafa El-Werghami El-Taunesi*, vulgo *El-Haufi* dicto [et anno 803 (inc. 22. Aug. 1400) mortuo]. — 11609. Mokhtasar El-Khiracki, compendium de partibus juris Hanbalitici derivatis compositum a Sheikh *Abu'lcásim Omar Ben-elhosein* Hanbalita, vulgo *El-Khiracki* dicto et anno 334 (inc. 13. Aug. 945) mortuo. In illud *Mowaffic-ed-dín Abdallah Ben Ahmed Ben Mohammed Ben Codáma* [*Mocaddesi* Hanbalita, anno 620 (inc. 4. Febr. 1223) mortuus], commentarium edidit *El-Moghni* inscriptum. — 11610. Mokhtasar el-dowel, compendium dynastiarum historicum, auctore *Abu'lfaraj Bar Grighuriyús Ben Harún El-Meláti* Medico Christiano. Volumen in decem dynastias dispositum, quarum prima de prophetis agit, secunda de judicibus Israelitarum, tertia de regibus Israelitarum, quarta de regibus Chaldaeorum Magorum, quinta de regibus Magorum, sexta de regibus Graecorum, septima de regibus Francorum, octava de regibus Graecorum Christianorum, nona de regibus Arabum Mohammedanorum, decima de regibus Moghulorum. — 11611. Mokhtasar El-Ráshif, compendium sugentis ex aqua limpida interpretantis. Commentarius in Coranum, quem Sheikh et Imám *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Eyyúb Ben Abd-el-cáhir El-Macarri El-Halebi*, vulgo *El-Tádzafi* dictus [et anno 705 (inc. 24. Jul. 1305) mortuus], ex *Keshsháf* excerpsit simul cum

اختصره من الكشاف مع المحاكمات من فوآئد ابى العباس احمد المهدوى ومن كتاب ابى الليث السمرقندى ومن الكشف والبيان للثعلبى اوله الحمد لله المتكلّم بالقرآن المبين الخ

١١٦١٢ مختصر الصلاحى فى الحساب وشرحه المشهور بالعمادية اوله احمد الله على نعمائه الخ الّفه لعماد الدين الوزير كذا فى الموضوعات ١١٦١٣ مختصر الطحاوى فى فروع الحنفيّة للامام ابى جعفر احمد بن محمد الطحاوى الحنفى الّفه كبيرا وصغيرا ورتّبه كترتيب مختصر المزنى توفى سنة ٣٢١ اوله الحمد لله ابتدى واياه استهدى الخ قال جمعت فى كتابى هذا اصناف الفقه التى لا يسع جهلها وبيّنت الجوابات عنها من قول ابى حنيفة وابى يوسف ومحمد اولع الناس فى شرحه فشرحه شيخ الاسلام بهآء الدين على بن محمد السمرقندى الاسبيجابى المتوفى سنة ٥٣٥ قال الاسبيجابى فى آخر شرحه وكان الامام ابو الحسن على بن ابى بكر ينشر هذه المسآئل الّا انّه لم يجعلها فى تصنيف ولم يجمعها فى مؤلف وبعده الشيخ الحافظ ابو نصر احمد بن منصور الطبرى السمرقندى جمعها على غاية من التطويل فهذبت

---

animadversionibus dijudicantibus ex *Fewáid Abu'labbási Ahmed El-Mehdewi*, ex libro *Abu'lleithi Samarcandi*, ex libro *El-Kashf we El-Beyán* a *Tha'lebi* edito. Compendium ita incipit: Laus Deo, Coranum perspicuum enuncianti etc. — 11612. Mokhtasar El-Saláhi, compendium *Saláh-ed-dín*i de arithmetica, et commentarius ejus, qui titulo *El-Imádíyet* inclaruit. Auctor compendium, quod ita incipit: Laudo Deum pro ejus beneficiis etc., Weziro *Imád-ed-dín* composuit, ut in *El-Maudhúát* legitur. — 11613. Mokhtasar El-Taháwi, compendium de partibus juris Hanefitici derivatis, quod Imám *Abu Ja'far Ahmed Ben Mohammed* Hanefita, vulgo *Taháwi* dictus et anno 321 (inc. 1. Jan. 933) mortuus, recensione majori et minori composuit et ad dispositionem in compendio *Mozeni*i observatam digessit. In hoc libro meo, qui ita incipit: „Laus Deo“ primum dico eumque ut me bene dirigat rogo etc., varias, inquit, juris quaestiones collegi, quas necessario cognoscere debemus, et responsa ad illas e dictis *Abu Hanífae*, *Abu Yusuf*i et *Mohammed*is explicui. Homines compendii explicationem vehementer in votis habuerunt. Itaque commentarium in illud composuit Sheikh-elislám *Behá-ed-dín Ali Ben Mohammed El-Samarcandi El-Isbíjábi*, anno 535 (inc. 17. Aug. 1140) mortuus, qui ad finem ejus haec habet: Imám *Abu'lhasan Ali Ben Abi Bekr* divulgabat quidem has quaestiones, attamen eas neque componendas curavit, neque in opere congessit. Hunc secutus est Sheikh Háfitz *Abu Nasr Ahmed Ben Mansúr Taberi Samarcandi*, qui eas ratione maxime copiosa et verbosa congessit. Itaque hunc commentarium ex illis

هذا منه متوسّطا وكنت فيما هذبته على غاية من الايجاز فى العبادات خصوصًا فى البيوع فوقع السهو منى فرأيت ان ازيد فضممت الى العبادات مسآئل الفتاوى والعيون وحذفت منها ما لا يشاكلها وجعلتها على انواع ورتبتها على مصنف الطحاوى فذكرت لفظة روايته اولا والجمع ثانيا انتهى وابو نصر احمد بن محمد المعروف بالاقطع توفى سنة ۴۷۴ وابو نصر احمد ابن منصور المطهرى الاسبيجابى المتوفى سنة ۴۸۰ وقال ان شارح المختصر هو الامام الكبير محمد بن احمد الخجندى الاسبيجابى ذكره نفيس الدين وقال اجاد فيه وكرّر فى اوله اختيار المفتى وما ينبغى ان يقدم عليه من اقوال علمآئنا قال وهو من مسموعاتى وابو نصر احمد بن محمد بن مسعود الوبرى الحنفى المتوفى سنة وهو شرح ممزوج متوسّط فى مجلّدين والامام ابو بكر احمد بن على المعروف بالجصّاص الحنفى المتوفى سنة ۳۷۰ وابو عبد الله حسين بن على الصيمرى المتوفى سنة ۴۳۶ فى عدّة مجلّدات وابو بكر احمد بن على الوراق الرازى الحنفى المتوفى سنة

---

correcte concinnavi mediam expositionis viam ingressus, et in iis quae correxi summae brevitati studui in capite de exercitiis sacris, praecipue in capite de emtionibus et venditionibus. Jam vero negligentiam omnem evitare studui et nova addere constitui. Hinc capiti de exercitiis sacris quaestiones e libris *Fetâwi* et *Oyún* adjeci et ex illis ea resecui, quae argumento capitis istius non convenirent. Digessi quaestiones in certas species et ad ordinem libri *Tahâwi*ani disposui. Primum ad verbum ea attuli quae tradidit et his secundo loco quae collegeram subjeci. — Haec ille. — Deinde commentarios scripserunt *Abu Nasr Ahmed Ben Mohammed*, vulgo *El-Acta'* dictus et anno 474 (inc. 11. Jun. 1081) mortuus — *Abu Nasr Ahmed Ben Mansúr El-Motahheri El-Isbîjâbi*, anno 480 (inc. 8. Apr. 1087) mortuus. Alii vero Imámum magnum *Mohammed Ben Ahmed El-Khojendi El-Isbîjâbi* commentarium in *El-Mokhtasar* scripsisse dicunt. *Nefís-ed-dín* hoc narrat adjectis verbis: Egregie versatus est in compendio hoc commentando, et ab initio ejus illa repetit, quae Mufti ille ceteris sententiis posthabitis statuerat, nec convenit, ut iis dicta ulla virorum doctorum nostri temporis praeferantur. Haec sunt, inquit, quqe ex aliis audivi — *Abu Nasr Ahmed Ben Mohammed Ben Mes'úd El-Weberi* Hanefita, anno . . . mortuus, cujus commentarius textum admixtum habet, medii ambitus est et duobus voluminibus continetur — Imám *Abu Bekr Ahmed Ben Ali* Hanefita, vulgo *El-Jessás* dictus et anno 370 (inc. 17. Jul. 980) mortuus — *Abu Abdallah Hosein Ben Ali Seimeri*, anno 436 (inc. 29. Jul. 1044) mortuus, cujus commentarius plura volumina complectitur — *Abu Bekr Ahmed Ben Ali El-Werrác El-Râzi* Hanefita, anno . . . mortuus, cujus

وهو شرح بسيط في اربع مجلدات ودأبه انه ذكر مسائل المتن اولا ثم شرح بان يقول قال احمد اوله الحمد لله رب العالمين الخ قال سئلني بعض اخواني عمل شرح مختصر الطحاوى فاجبته قربة لله اذ كان هذا الكتاب يشتمل على عامة مسائل الخلاف وكثيرا من الفروع وشرحه ايضا محمد بن احمد الخجندى الاسبيجابي كذا في هوامش جواهر المضيئة [وشرحه الامام شمس الائمة محمد بن احمد بن ابي سهل السرخسي المتوفى سنة ٤٨٣ في خمسة اجزاء]

١١٦١٤ مختصر شرح تلخيص المفتاح مر في التاء ١١٦١٥ مختصر الشيخ خليل في فروع المالكية وهو خليل بن اسحق الجندى المالكي المتوفى سنة ٧٦٧ شرحه كمال الدين محمد المعروف بابن الناسخ الطرابلوسي سماه الدرر في توضيح المختصر توفي سنة وبهرام بن عبد الله المالكي الدميري المتوفى سنة ٨٠٥ ومحمد بن احمد البساطي [المالكي] سماه شفاء العليل في شرح مختصر الشيخ خليل توفي سنة ٨٤٢ ولم يكمله فبقي منه اليسير جدا فكمله

---

commentarius latus est et quatuor voluminibus comprehenditur. Pro sua consuetudine auctor primum quaestiones textus affert, tum explicationes his verbis indicat: Dicit *Ahmed*. Commentarius ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. Amicorum meorum quidam, ait, a me petiit, ut commentarium in compendium *Tahâwî* componerem. Votis ejus satisfeci, ut propius ad Deum accederem, cum liber hic quaestiones communes controversas et articulos derivatos multos comprehendat. Praeterea, ut in notis marginalibus ad *El-Jewâhir El-Modhiyet* notatum est, *Mohammed Ben Ahmed El-Khojendi El-Isbijâbi* commentarium scripsit, [itemque Imâm *Shems-elaïmmet Mohammed Ben Ahmed Ben Abi Sahl Serakhsi*, anno 483 (inc. 6. Mart. 1090) mortuus, cujus commentarius quinque fasciculis continetur]. — 11614. **Mokhtasar sharh Telkhîs El-Miftâh**, commentarius brevior in *Telkhîs El-Miftâh*, de quo in litera *Tá* dictum est. — 11615. **Mokhtasar El-Sheikh Khalîl**, compendium Sheikhi *Khalîl* de partibus juris Malikitici derivatis, auctore *Khalîl Ben Is'hac El-Jondi* Malikita, anno 767 (inc. 18. Sept. 1365) mortuo. In illud commentarios composuerunt *Kemâl-ed-dîn Mohammed El-Tarâbolusi*, vulgo *Ibn-elnâsikh* dictus et anno . . . mortuus, cujus commentarius *El-Dorer fi taudhîh El-Mokhtasar* inscriptus est — *Behrâm Ben Abdallah Demîri* Malikita, anno 805 (inc. 1. Aug. 1402) mortuus — *Mohammed Ben Ahmed Bisâti* [Malikita], anno 842 (inc. 24. Jun. 1438) mortuus, cujus commentarius *Shefâ el-alîl fi sharh Mokhtasar El-Sheikh Khalîl* inscriptus est. Eum tamen non perfecit, ut minima tantum ejus pars restaret. Eum igitur ad finem

ابو القاسم النووى والشيخ الامام ناصر الدين اللقانى المالكى وشرحه الشيخ بدر الدين القرافى
المالكى [والعلّامة شمس الدين محمد بن ابراهيم التتّآئى المتوفى سنة ٩٤٢ وسماه فتح الجليل
فى شرح مختصر الخليل والعلامة ابو عبد الله محمد بن يوسف الغرناطى الشهير بالمواق
المتوفى سنة شرحا كبيرا ثم اختصره والحافظ ابو الفضل محمد بن احمد بن محمد بن مرزوق
التلمسانى المتوفى سنة ٨٤٢ وسمّاه المنزه النبيل وشرحه ايضا العارف بالله محمد بن محمد
الحطاب الرعينى المالكى المتوفى سنة والعلامة المحقق سالم بن محمد السنهورى المتوفى سنة ١٠١٥
والشيخ عبد الباقى الزرقانى المتوفى سنة ١٠٩٩ وشرحه ايضا شيخ المالكيّة ابو عبد الله محمد
ابن عبد الله الخرشى المتوفى سنة ١١٠٢ وقد رأيته فى اربع مجلّدات كبار وشيخ الاسلام العلامة
ابو الارشاد على بن محمد الاجهورى المتوفى سنة ١٠٦٦ والف شرحا ثلثة كبير ووسيط
فى خمسة مجلّد وصغير فى مجلّدين] وعلى مختصر الشيخ خليل حاشية للمكناسى ١١٦١٦

المختصر فى اخبار البشر فى مجلّدين للملك المؤيّد اسمعيل بن على الايوبى المعروف بصاحب حماه

---

perduxit *Abu'lcásim El-Newewi* et Sheikh et Imám *Násir-ed-dín El-Locáni* Malikita — Sheikh *Bedr-ed-dín El-Caráfi* Malikita — [vir doctissimus *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ibráhím Tenáyi*, anno 942 (inc. 2. Jul. 1535) mortuus, cujus commentarius *El-Fat'h El-Jelíl fi sharh Mokhtasar El-Khalíl* inscriptus est — vir doctissimus *Abu Abdallah Mohammed Ben Yusuf El-Gharnáti*, vulgo *El-Mewwác* dictus et anno . . . mortuus, qui commentarium magnum scripsit, quem serius in breve coegit — Háfitz *Abu'lfadhl Mohammed Ben Ahmed Ben Mohammed Ben Merzúc El-Tilimsáni*, anno 842 (inc. 24. Jun. 1438) mortuus, cujus commentarius *El-Monazzah El-Nebíl* inscriptus est — porro *El-Arifbillah Mohammed Ben Mohammed El-Khattáb El-Roeini* Malikita, anno . . . mortuus — vir doctissimus et scrutator subtilissimus *Sálim Ben Mohammed El-Senhúri*, anno 1015 (inc. 29. Apr. 1606) mortuus — Sheikh *Abd-el-bácki El-Zercáni*, anno 1099 (inc. 28. Oct. 1687) mortuus — Sheikh Malikitarum *Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah El-Kharashi*, anno 1102 (inc. 25. Sept. 1690) mortuus, cujus commentarium quatuor voluminibus majoribus comprehensum vidi — Sheikh-elislám doctissimus *Abu'lirshád Ali Ben Mohammed El-Ojhúri*, anno 1066 (inc. 21. Oct. 1655) mortuus, qui tres commentarios edidit, majorem, medium quinque voluminum et minorem duorum voluminum]. — Denique ad compendium Sheikhi *Khalíl* glossas edidit *El-Meknási*. — 11616. **El-Mokhtasar fi akhbár el-bashar**, compendium historiae generis humani, auctore *El-Melik El-Mowayyed Ismaíl Ben Ali El-Eyyúbi*, vulgo *Sáhib Hamát* i. e. Princeps Hamatensis dicto et

توفى سنة ٧٣٢ اوله الحمد لله الذى حكم على الاعمار بالآجال الخ اورد فيه شيأ من التواريخ القديمة والاسلاميّة ليكون تذكرة تغنيه عن مراجعة الكتب المطوّلة واختصر من الكامل وغيره من نحو عشرين مجلّدا ورتّب التواريخ القديمة على مقدّمة وخمسة فصول والتواريخ الاسلاميّة على السنين حسب تأليف الكامل المقدمة تتضمّن ثلثة امور الاول فى كثرة الاختلاف بين المؤرّخين الثانى فى معرفة نسخ التوراة الثالث فى معرفة جدول اقترحه يتضمّن ما بين التواريخ من المدد الفصل الاول فى ذكر الانبياء وحكّام بنى اسرائيل والثانى فى ذكر ملوك الفرس والثالث فى ذكر الفراعنة وغيرهم والرابع فى ملوك العرب والخامس فى ذكر امم العالم وانتهى فيه الى سنة ٧٢١ واختصر الشيخ الامام زين الدين عمر بن المظفّر المعروف بابن الوردى الشافعى المتوفى سنة ٧٥٠ قال رأيت المختصر من الكتب التى لا يقع مثلها ولا يسع جهلها فانه اختاره من التواريخ التى لا تجتمع الا للملوك فاختصرته فى نحو ثلثيه اختصارًا زاده حسْنا لحقته اعيانا

---

anno 732 (inc. 4. Oct. 1331) mortuo. Duo volumina, quae ita incipiunt: Laus Deo, qui vitis terminos posuit etc. Attulit auctor ibi nonnulla ex historiis antiquis et islamicis, ut liber memorialis esset, cujus auxilio ei ad lectionem librorum ampliorum non recurrendum esset. Eum ex *Kámil* et aliis libris, quorum numerus viginti circiter volumina explet, in breve coegit; historiam antiquam in praefationem et quinque sectiones, et islamicam convenienter dispositioni libri *Kámil* ad ordinem annorum disposuit. Praefatio autem tres continet dissertationes, quarum prima magnam dissensionem de illorum temporum ratione inter historicos tractat, secunda de cognitione recensionum Pentateuchi agit, tertia de tabula chronologica ab auctore excogitata, quae intervalla inter diversas epochas continet. Prima sectio prophetas recenset et judices Israelitarum, secunda historiam tractat regum persicorum, tertia historiam Pharaonum et aliorum, quarta historiam regum Arabum ante Islamum, quinta historiam gentium terrae, et ibi ad annum 721 (inc. 31. Jan. 1321) progressus est. Hoc compendium Sheikh et Imám *Zein-ed-dín Omar Ben-elmotzaffer* Shafiita, vulgo *Ibn-elwerdi* dictus et anno 750 (inc. 22. Mart. 1349) mortuus, in breve coegit. Cognovi, inquit, illud compendium e libris conflatum, qui pares non habent et quorum cognitione carere non possumus. Auctor illud praecipue e libris historicis congessit, qui tantum in commodum principum colligebantur. Itaque contraxi in duas tertias ejus partes ratione tali, ut praestantia augeretur; adjeci enim res eximias et inde resecui, quae

وحذفت منه ما حَذْفُه أَسْلَمُ وقلت فى اول ما زدته قلت وفى آخره والله تعالى اعلم انتهى وسمّاه
تتمة المختصر وذيّله من حيث وقف المصنّف الى سنة ٧٤٩ واختصر ايضا القاضى ابو الوليد
محمد بن محمد بن الشحنة الحلبى [الحنفى المتوفى سنة ٨١٥] وذيّله الى زمانه ١١٦١٧ مختصر
فى اخبار مصر للشيخ تقى الدين الكرمانى المتوفى سنة ١١٦١٨ مختصر فى اصول الفقه على
المذاهب الاربعة لمحمد حكيمى الحسينى الكيلانى جمع فيه بين التقويم والميزان وضمّ فوآئد من
المنحول والجامع واهداه الى حسن اغا اوله الحمد لله الذى مهّد قواعد الدين بكتابه المحكم
الخ ١١٦١٩ مختصر فى علم الحديث للشيخ عبد القادر بن ابى الوفاء القرشى المتوفى سنة
وللشيخ الامام بدر الدين بن جماعة القاضى المتوفى سنة اوله الحمد لله الذى اوضح لعالم
السنة سبيلا الخ جمع فيه خلاصة محصول علوم الحديث لابن الصلاح وزاد عليه ورتّب على
مقدمة واربعة اطراف والمقدمة فى الحدّ الطرف الاول فى المتن ٢ فى المسند ٣ فى كيفية التحمل

---

tutissime resecanda essent. Initio eorum quae addidi vocem „dico" posui et ad finem „salva meliore Dei scientia". — Haec ille. — Epitomae titulum *Tatammet El-Mokhtasar* dedit, illamque ab eo loco inde quo *Ismail* substiterat usque ad annum 749 (inc. 1. Apr. 1348) continuavit. Praeterea compendium Cádhi *Abu'lwelíd Mohammed Ben Mohammed Ben-elshehne Halebi* [Hanefita, anno 815 (inc. 13. Apr. 1412) mortuus], in epitomen coegit et ad suum tempus continuavit. — 11617. El-Mokhtasar fi akhbár Misr, compendium historiae Aegyptiae, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Kermáni*, anno . . . mortuo. — 11618. Mokhtasar fi osúl el-fic'h, compendium de principiis juris ad doctrinam sectarum quatuor orthodoxarum, auctore *Mohammed Hakími Hoseini Kiláni.* Conjunxit in illo libros *Tecwím* et *Mízán*, et animadversiones utiles e *Menhúl* et *Jámi'* addidit. Obtulit compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui praecepta religionis primaria libro suo perspicuo concinne explanavit etc., *Hasano Agha.* — 11619. Mokhtasar fi ilm el-hadíth, compendium de doctrina traditionaria, auctoribus Sheikh *Abd-el-cádir Ben Abi'lwefá Coreshi*, anno . . . mortuo, et Sheikh et Imám Cádhi *Bedr-ed-dín Ben Jemáa*, anno . . . mortuo, cujus compendium ita incipit: Laus Deo, qui Sunnae perito viam clare exposuit etc. Collegit in eo meliora ex summa libri *Olúm el-hadíth* ab *Ibn-elsaláh* editi, nova adjecit, et compendium in praefationem et quatuor species disposuit. Praefatio definitionem tractat, prima species textum, secunda auctoritatem traditionum primi auctoris testimonio stabiliendam, tertia rationem, qua propria auctoritas in traditione probanda

٤ في اسماء الرجال فرغ في شعبان سنة ٦٨٧ بدمشق ١١٦٢٠ مختصر في فروع الحنفيّة لنجم الدين [ابي شجاع] بكبرس التركي المتوفى سنة ٦٥٢ [قال التميمي في طبقاته هو نحو من القدوري اسمه الحاوي] شرحه اسعد بن محمد الكرابيسي النيسابوري وسمّاه الموجز توفي سنة ولابي موسى الضرير الرازي ١١٦٢١ مختصر في فروع الشافعية لابي حفص حرملة بن يحيى المتوفى سنة ٢٤٣ وابي الفتح سليم بن ايوب الرازي [الغريق في بحر القلزم سنة ٤٤٧] شرحه الشيخ نصر بن ابراهيم المقدّسي وسمّاه الاشارة توفي سنة ٤٩٠ ١١٦٢٢ مختصر في القوافي لسعيد بن مبارك ابن الدهّان النحوي المتوفى سنة ٥٦٩ ١١٦٢٣ مختصر في الكلام للقاضي مجد الدين اسمعيل بن يحيى الرازي العالي المتوفى سنة ٧٥٠ وشمس الدين محمد بن اصفهاني المتوفى سنة ٧٩٩ ثمّ شرحه ١١٦٢٤ مختصر في النحو لابي موسى سليمان بن محمد الحامض النحوي المتوفى سنة ٣٠٥ ولابن النجار محمد بن جعفر الكوفي المتوفى سنة ٤٠٢ وابي عمر

---

interponi possit, quarta nomina virorum, qui primi auctores traditionum exstiterunt. Absolvit Damasci mense Sha'bán anni 687 (inc. 6. Febr. 1288). — 11620. Mokhtasar fi forú' El-Hanefíyet, compendium de partibus juris Hanefitici derivatis, auctore *Nejm-ed-dín* [*Abu Shojá'*] *Bekburs* Turca, anno 652 (inc. 21. Febr. 1254) mortuo. [Ut *Temími* in suis *Tabacát* testatur, hoc compendium *El-Háwi* inscriptum *Codúri* compendium volumine aequat]. In illud commentarios scripserunt *As'ad Ben Mohammed Kerábísi Nisábúri*, anno . . . mortuus, cujus commentarius *El-Mujez* inscriptus est, et *Abu Musa El-Dharír El-Rázi*. — 11621. Mokhtasar fi forú' El-Sháfiíyet, compendium de partibus juris Shafiitici derivatis. Scripserunt *Abu Hafs Harmela Ben Yahya*, anno 243 (inc. 30. Apr. 857) mortuus, et *Abu'lfat'h Selím Ben Eyyúb El-Rázi*, [qui anno 447 (inc. 2. Apr. 1055) in mari rubro submersus est]. In hujus librum Sheikh *Nasr Ben Ibráhím El-Mocaddesi*, anno 490 (inc. 19. Dec. 1096) mortuus, commentarium edidit *El-Isháret* inscriptum. — 11622. Mokhtasar fi el-cawáfi, compendium de homoeoteleutis, auctore *Saíd Ben Mobárek Ibn-eldehhán* Grammatico, anno 569 (inc. 12. Aug. 1173) mortuo. — 11623. Mokhtasar fi el-kelám, compendium de theologia scholastica. Scripserunt Cádhi *Majd-ed-dín Ismaíl Ben Yahya El-Rázi El-Ali*, anno 750 (inc. 22. Mart. 1349) mortuus, et *Shems-ed-dín Mohammed Ben Isfaháni*, anno 799 (inc. 5. Oct. 1396) mortuus, qui in suum librum serius commentarium edidit. — 11624. Mokhtasar fi el-nahw, compendium de grammatica, auctoribus *Abu Musa Soleimán Ben Mohammed El-Hámidh* Grammatico, anno 305 (inc. 24. Jun. 917) mortuo — *Mohammed Ben Ja'far El-Kufi*, vulgo *Ibn-elnejjár* dicto et anno 402 (inc. 4. Aug. 1011) mortuo — *Abu Omar Sálih*

صالح بن اسحق النحوى الجرمى البصرى المتوفى سنة ٢٢٥ وابى اسحق ابراهيم بن محمد الزجاج المتوفى سنة ٣١٠ وابى شقير احمد بن الحسن المتوفى سنة ٣١٧ وابى محمد حسن بن اسحق اليمنى [المعروف بابن ابى عباد] توفى قريبا سنة ٥٩٠ الّفه فى الحرم المكى تجاه الكعبة وكان كلّما فرغ بابا منه طاف اسبوعا ودعا لقارئه وهو يدلّ على فضله وابى على حسن بن عبد الله [المعروف بلكذه] الاصفهانى المتوفى سنة وابن سراج [ابى] طالب بن محمد النحوى المتوفى سنة وحسن بن [ابى] عبادة المتوفى سنة نظمه سراج الدين عبد اللطيف بن ابى بكر [الشرحى الحنفى] المتوفى سنة ٨٠٢ ومحمد بن عباس اليزيدى المتوفى سنة ٣١٣ ١١٦٢٥ مختصر القدورى فى فروع الحنفيّة للامام ابى الحسين احمد بن محمد القدورى البغدادى الحنفى المتوفى سنة ٤٢٨ اوله الحمد لله ربّ العالمين والعاقبة للمتّقين والصلوة على رسوله محمد وآله اجمعين الخ وهو الذى اطلق عليه لفظ الكتاب فى المذهب وهو متن متين معتبر متداول بين ائمّة الاعيان وشهرته تغنى عن البيان قال صاحب مصباح انوار الادعية ان الحنفيّة يتبرّكون بقراءته

---

***Ben Is'hac El-Jermi El-Basri*** **Grammatico, anno 225 (inc. 12. Nov. 893) mortuo — *Abu Is'hac Ibrâhîm Ben Mohammed El-Zejjâj*, anno 310 (inc. 1. Mai. 922) mortuo — *Abu Shockeir Ahmed Ben-elhasan*, anno 317 (inc. 14. Febr. 929) mortuo — *Abu Mohammed Hasan Ben Is'hac Yemeni*, [vulgo *Ibn Abi Abbâd* dicto et] circiter anno 590 (inc. 27. Dec. 1193) mortuo. — Composuit hic compendium in sacro septo Mekkano e regione Ka'bae, et quotiescunque caput absolverat, septies Ka'bam circumiit et pro ejus lectore vota fecit. Hoc vero ejus praestantiam demonstrat — *Abu Ali Hasan Ben Abdallah Isfahâni*, [vulgo *Lokdza* dicto et] anno . . . mortuo — [*Abu*] *Tâlib Ben Mohammed* Grammatico, vulgo *Ibn Serrâj* dicto et anno . . . mortuo — *Hasan Ben* [*Abi*] *Obâda*, anno . . . mortuo, cujus compendium *Sirâj-ed-dîn Abd-el-latîf Ben Abi Bekr* [*Sherhi* Hanefita], anno 802 (inc. 3. Sept. 1399) mortuus, versibus reddidit — et *Mohammed Ben Abbâs Yezîdi*, anno 313 (inc. 29. Mart. 925) mortuo. —**

**11625. Mokhtasar El-Codûri, compendium de partibus juris Hanefitici derivatis, auctore Imâm *Abu'lhosein Ahmed Ben Mohammed Codûri Baghdâdi* Hanefita, anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. Compendium ita incipit: Laus Deo, mundorum domino, remuneratio Deum timentibus et precatio super ejus legato *Mohammed* hujusque familia universa etc., et ab asseclis sectae Hanefiticae in universum liber appellatur. Textus est solide compositus, magnae auctoritatis, inter Imamos spectatissimos valde tritus, et tam clarus, ut ampliori ejus descriptioni supersedere possimus. Auctor libri *Misbâh anwâr el-ad'îyet:* Hanefitae, inquit, benedictionem ex ejus lectione tempore pestilentiae**

فى ايام الوبآء وهو كتاب مبارك من حفظه يكون امينا من الفقر حتى قيل ان من قرأه على استاذ صالح ودعا له عند ختم الكتاب بالبركة فانّه يكون مالكا لدراهم على عدد مسآئله وفى بعض شروح المجمع انّه مشتمل على اثنى عشر الف مسئلة انتهى وشروحه كثيرة جدا منها شرح الامام احمد بن محمد المعروف بابى نصر الاقطع فى مجلّدين المتوفى سنة ٤٧٤ قال الاقطع رأيت ان اشرح شرحا لاحدا عن حدّ الاختصار وانكم رايتم ما كنت ابتدأت به من شرحه الشريف ضيآء الشرف ابى الحسين عبيد الله بن مطهر بن حسين بن داود الناصر لدين الله فوجده فى غاية الاختصار وسألتم ان ابسط القول منه بعض البسط واذكر فى كلّ مسئلة من مسآئل الكتاب ما يُعْتَمَد عليه ويُسْتَخْرَج الجواب عن اخواتها من المسآئل وشرح الامام نجم الدين مختار ابن محمود الزاهدى الحنفى المتوفى سنة ٦٥٨ وهو شرح نفيس فى ثلث مجلّدات وشرح الامام ابى بكر بن على المعروف بالحدادى العبادى المتوفى فى حدود سنة ٨٠٠ فى ثلث مجلّدات سمّاه سراج الوهاج الموضح لكلّ طالب محتاج عدّه المولى المعروف ببركلى من جملة المتداولة الضعيفة

---

captant, et liber sane benedictus est. Qui eum memoria tenet, contra paupertatem munitus est, ut dicatur: Qui eum coram magistro pio legit, eique in fine lectionis libri felicitatem precatur, certe ille tot dirhemos obtinet, quot liber quaestiones continet. In commentario quodam libri *Mejma'* librum illum duodecim milia quaestionum comprehendere legitur. — Haec hactenus. — Permulti viri docti in compendium commentarios composuerunt, ut Imám *Ahmed Ben Mohammed El-Acta'*, vulgo *Abu Nasr* dictus et anno 474 (inc. 11. Jun. 1081) mortuus, cujus commentarius duo volumina continet. *El-Acta':* Constitui apud me, inquit, commentarium componere, qui fines compendii excedat, et vos certe vidistis, quem commentarium in compendium, antequam excitatus eram, *Sherifo Dhiyá el-sheref Abu'lhosein Obeidallah Ben Motahher Ben Hosein Ben Dawud El-Násir-lidín-allah* obtulerim, qui eum plane brevissimum esse invenit. Et vos rogavistis, ut verba ejus quodam modo amplificem, et in singulis libri quaestionibus ejusmodi res proferam, quibus fides haberi possit et ex quibus responsa ad similes quaestiones promi queant — Imám *Nejm-ed-dín Mokhtár Ben Mahmúd El-Záhidi* Hanefita, anno 658 (inc. 18. Dec. 1259) mortuus, cujus commentarius pretiosus est et tribus voluminibus constat — Imám *Abu Bekr Ben Ali Ibádi*, vulgo *Haddádi* dictus et circa annum 800 (inc. 24. Sept. 1397) mortuus, cujus commentarius tribus voluminibus continetur et *El-Siráj El-Wehháj El-Mudhih li koll tálib mohtáj* inscriptus est. Hunc Molla, vulgo *Birgili* dictus, in illis commentariis numerat, qui quidem tritissimi, at parum idonei nec magnae auctoritatis sunt. Postea

غير المعتبرة ثم اختصر هذا الشرح وسمّاه بالجوهرة النيرة وجرّد السراج الوهاج الشيخ الفقيه احمد بن محمد بن اقبال وسمّاه البحر الزاخر وشرحه محمد بن ابراهيم الرازى المسمّى بالنورى فى شرح مختصر القدورى توفى سنة ٦١٥ وشرح ابى المعالى عبد الربّ بن منصور الغزنوى فى مجلّدين المسمّى بملتمس الاخوان توفى فى حدود سنة خمسمائة وابراهيم بن عبد الرزاق بن خلف [الرسعنى] المعروف بابن المحدّث ليس بتمام توفى سنة ٦٩٥ وشمس الائمّة اسمعيل بن الحسين البيهقى المسمّى بالكفاية توفى سنة ومحمد بن رسول الموقانى المسمّى بالبيان توفى سنة ومحمود بن احمد القونوى فى اربع مجلّدات توفى سنة ٧٧٠ [سمّاه التفريد] وجلال الدين ابو سعيد مطهر بن الحسن اليزدى فى مجلّدين المسمّى باللباب توفى سنة وشيخ الاسلام محمد بن احمد الاسبيجابى ابو المعالى بهآء الدين سمّاه بزاد الفقهآء وبدر الدين محمد بن عبد الله الشبلى [الدمشقى الطرابلسى] المسمّى بالينابيع فى معرفة الاصول والتفاريع توفى سنة ٧٦٩ وابو اسحق ابراهيم بن عبد الكريم الموصلى المتوفى سنة ٦٢٨ ليس

---

eum in brevius coegit, et epitomen titulo *El-Jauheret El-Neyyiret* insignivit. Sheikh Jurisconsultus *Ahmed Ben Mohammed Ben Icbál* commentarium *El-Siráj El-Wehháj* locis probantibus exuit, et librum inde enatum *El-Bahr El-Zákhir* nominavit — *Mohammed Ben Ibráhím El-Rázi*, anno 615 (inc. 30. Mart. 1218) mortuus, cujus commentarius *El-Nuri fi sharh Mokhtasar El-Codúri* inscriptus est — *Abu'lmeáli Abd-el-rabb Ben Mansúr Ghaznewi*, circa annum 500 (inc. 2. Sept. 1106) mortuus, cujus commentarius duobus voluminibus continetur et *Moltemes el-akhwán* inscriptus est — *Ibráhím Ben Abd-el-rezzác Ben Khalaf* [*El-Ras'ani*], vulgo *Ibn-elmohaddith* dictus et anno 695 (inc. 10. Nov. 1295) mortuus, qui commentarium imperfectum reliquit — *Shems-elaïmmet Ismaïl Ben-elhosein Beihacki*, anno . . . mortuus, cujus commentarius *Kifáyet* inscriptus est — *Mohammed Ben Resúl El-Mucáni*, anno . . . mortuus, cujus commentarius *El-Beyán* inscriptus est — *Mahmúd Ben Ahmed Cunewi*, anno 770 (inc. 16. Aug. 1368) mortuus, cujus commentarius quatuor volumina continet [et *El-Tefríd* inscriptus est] — *Jelál-ed-dín Abu Saïd Motahher Ben-elhasan El-Yezdi*, anno . . . mortuus, cujus commentarius duobus voluminibus comprehensus titulum *El-Lobáb* prae se fert — Sheikh el-islám *Abu'lmeáli Behá-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Isbíjábi*, cujus commentarius *Zád el-focahá* inscriptus est — *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Abdallah El-Shibli* [*El-Dimeshcki El-Tarabolosi*], anno 769 (inc. 28. Aug. 1367) mortuus, qui commentario titulum *El-Yenábi' fi ma'rifet el-osúl we el-tefárí'* dedit — *Abu Is'hac Ibráhím Ben Abd-el-kerím Mausili*, anno 628 (inc. 9. Nov. 1230)

بتمام ومحمد شاه بن محمد المعروف بابن الحاج حسن المتوفى سنة ٩٣٩ وشرح حسام الدين على بن احمد المكى الرازى سمّاه خلاصة الدلائل فى تنقيح المسائل توفى سنة ٥٩٨ وهو شرح مفيد مختصر نافع وعليه ثلاثة تعاليق لابن صُبَيح احمد بن عثمان التركمانى الاول فى حلّ مشكلاته والثانى فيما اهمله من المسائل والثالث فى احاديثه [والكلام عليها] توفى سنة ٧٤٤ [وخرج الشيخ عبد القادر بن ابى الوفاء محمد القرشى المتوفى سنة ٧٧٥] وسمّاه الطرق والوسائل الى معرفة احاديث خلاصة الدلائل فرغ من تبييضه سنة ٧٣٠ وفى حلّ مشكلات القدورى كتاب لاحمد بن مظفر الرازى شمس الائمة الكردرى المتوفى سنة ومن شروحه المجتبى واختصره عبد الرحيم بن محمد تاج الدين الموصلى الشافعى وكان آية فى القدرة على الاختصار توفى سنة ٧٧١ [ونظم جماعة منهم ابو المظفر محمد بن اسعد المعروف بابن الحكيم المتوفى سنة ٥٦٧] وابو بكر بن على سراج الدين العاملى الحنفى المتوفى سنة ٧٦٩ ومن شروحه

---

mortuus, qui commentarium imperfectum reliquit — *Mohammed Shâh Ben Mohammed*, vulgo *Ibn-elhâjj Hasan* dictus et anno 939 (inc. 3. Aug. 1532) mortuus — *Hosâm-ed-dîn Ali Ben Ahmed El-Mekki El-Râzi*, anno 598 (inc. 1. Oct. 1201) mortuus, cujus commentarius, *Khilâset el-delâil fi tenckîh el-mesâil* inscriptus, adnotationes utiles continet et brevis commodusque est. Ad eum *Ahmed Ben Othmân Turkemâni*, vulgo *Ibn Sobeih* dictus et anno 744 (inc. 26. Mai. 1343) mortuus, scholia triplicia edidit, quorum prima difficultates ejus explicant, secunda quaestiones tractant, quas ille omiserat, et tertia de ejus traditionibus [disserunt. Praeterea Sheikh *Abd-el-câdir Ben Abi'lwefâ Mohammed El-Coreshi*, anno 775 (inc. 23. Jun. 1373) mortuus, traditiones commentarii elicuit], et hanc epitomen, cujus nitidam descriptionem anno 730 (inc. 25. Oct. 1329) absolvit, *El-Toroc we El-Wesâil ila ma'rifet ahâdîth Khilâset el-delâil* nominavit. Deinde *Shems el-aïmmet Ahmed Ben Motzaffer El-Râzi El-Kerderi*, anno . . . mortuus, librum de explicatione difficultatum in *Codûri* compendio edidit, et in commentariis liber *Mujtebâ* quoque numeratur. Compendium in epitomen coëgit *Abd-el-rehîm Ben Mohammed Tâj-ed-dîn Mausili* Shafiita, anno 771 (inc. 5. Aug. 1369) mortuus, qui facultate excerpendi et contrahendi mire excelluit, [illudque versibus reddiderunt plures, ut *Abu'lmotzaffer Mohammed Ben As'ad*, vulgo *Ibn-elhakîm* dictus et anno 567 (inc. 4. Sept. 1171) mortuus], et *Sirâj-ed-dîn Abu Bekr Ben Ali El-Amili* Hanefita, anno 769 (inc. 28. Aug. 1367) mortuus. — Alius

جامع المضمرات والمشكلات مجلّد ليوسف بن عمر بن يوسف الصوفى الكادورى المعروف بنبيره شيخ عمر بزاز المتوفى سنة اوله الحمد لله الذى جعل علم الهدى اهدى علم الاسلام الخ اشار فيه بالميم الى المنقول من الينابيع والمنافع وبالالف الى الانفع وبالهآء الى الهداية والبآء الى المغرب وسمّى غيرها باسمآئها وقدّم فيه بيان العلامات المعلّمة على الافتآء وفصلا فى فضل الفقه وذكر الفقهآء وفى بيان السنّة والجماعة وفيمن يحلّ له الفتوى ومن لا يحلّ وفى آداب المفتى والمستفتى وهل يحلّ للمجتهد تقليد غيره فى الشرعيّات وشرحه حافظ الدين محمد بن محمد الكردرى المعروف بابن البزازى المتوفى سنة ٨٢٧ كذا فى بعض حواشى التلويح وجمع حسام الدين الرازى صاحب الخلاصة ما شذّ من مختصر القدورى من المسآئل المنثورة فى المختصرات كالجامع الصغير ومختصر الطحاوى والارشاد وموجز الفرغانى فى مجلّد سمّاه تكملة القدورى ورتّب على ترتيب كتابه وابوابه من غير تكرار مسئلة الّا ما صعب ذكره

---

commentarius *Jámi' el-modhmerát we el-moshkilát* inscriptus et volumine comprehensus auctorem habet *Yusuf Ben Omar Ben Yusuf El-Sufi El-Kádúzi*, qui vulgo *Nebíreh* i. e. nepos Sheikhi *Omar Bezzáz* dictus et anno ... mortuus est. Incipit ille ita: Laus Deo, qui doctrinam rectae viae eam esse doctrinam Islami voluit, quae optime ducit etc. Litera *Mím* auctor ibi ea significat, quae ex libro *Yenábí' we El-Menáfi'* depromserat, litera *Elif* librum *Anfa' el-wesáil*, litera *Há* librum *Hidáyet*, litera *Bá* librum *Moghrib*, et ceteros libros suis nominibus notat. Praemisit explicationem signorum, quae responsis juridicis apponenda essent, et sectionem de praestantia jurisprudentiae et jurisconsultis, de descriptione Sunnae et communis doctorum orthodoxorum consensus, de iis, quibus jurisconsulta reddere licitum et quibus non licitum est, de praeceptis jurisconsulta danti et roganti observandis, et num jurisconsulto summi studii et sui judicii licitum sit in rebus legalibus sententiae aliorum insistere. Tum, ut in glossis quibusdam ad *El-Telwíh* legitur, *Háfitz-ed-dín Mohammed Ben Mohammed El-Kerderi*, vulgo *Ibn-elbezzázi* dictus et anno 827 (inc. 5. Dec. 1423) mortuus, commentarium in compendium composuit, et *Hosám-ed-dín El-Rázi* auctor libri *Khiláset* quaestiones collegit in compendiis, ut in *El-Jámi' El-Saghír*, *Mokhtasar El-Taháwi*, *El-Irshád*, *Mujez El-Ferghání*, dispersas et a compendio *Codúrii* abhorrentes, unoque volumine *Tekmilet El-Codúri* inscripto comprehendit. Hoc ad ordinem libri *Khiláset* ejusque capita disposuit nullam quaestionem repetitam admittens, nisi ibi, ubi mentio ejus sine repetitione eorum quae jam attulerat difficilis esset.

بدون اعادة ما ذكره قال ومن فهمه بعد ما علمه كان كمن قرأ المختصرات الخمس انتهى اوله الحمد لله الذى خلقنا الخ ثم شرح هذه التكملة كالقدورى اول الشرح اما بعد حمد الله على نعمآئه الخ قال لما كتبت كتاب التكملة عرضته على بعض المتفقهة استحسنه وارتضاه فالتمس منى ان اضمّ الى المسآئل شيئًا من الدلآئل المستخرجة من كلام المشايخ الكبار على سبيل الايجاز والاختصار فاجبته قال القدورى هذا كتاب مجمع من فروع الفقه ما لم يجمعه غيره وقد كان ابو على الشاشى يقول من حفظ هذا الكتاب فهو احفظ اصحابنا ومن فهمه فهو افهم اصحابنا وهو كتاب مختلف الترتيب لانّه ابتدأه على ان يكون كتابا صغيرا ثم زاد فيه بعد معنى العبادات فلما تجاوز الرهن بسط بسطا مستوفيا وقد عملت على املاء كتاب جامع فى شرحه اعتمد فيه بيان الفروع والروايات واورد من مسآئل الخلاف ما يستقلّ به مزيد بسط لانّى استوفيت ذلك فى كتاب التجريد والحق بفروعه ما يليق بها ليعتدل اول الكتاب وآخره فى الاستيفآء ثم الحق به ما اغفله من الكتب واستوفى شرح جميعه

---

Qui, inquit, hoc complementum, postquam cognovit, intelligit, idem assecutus est, ac si compendia illa quinque legisset. — Haec ille. — Serius in hoc complementum, quod ita incipit: Laus Deo, qui nos creavit' etc., commentarium, ac si in *Codúri* compendium scriptus esset, composuit, qui ita incipit: Praemissa laude Dei pro ejus beneficiis etc. Cum, inquit, librum *Tekmilet* scripsissem, cuidam viro juris studioso obtuli, qui eum approbavit et commode excepit. Petiit tamen a me, ut quaestionibus nonnulla argumenta ex disputationibus Sheikhorum maximorum ratione brevi et compendiosa elicita adderem; ejus votis igitur satisfeci. *Codúri*: Hic liber, inquit, tot juris articulos derivatos, quot alius liber vix comprehendit. Et *Abu Ali El-Shúshi* dicere solebat: Qui hunc librum memoria tenet, hic memoria prae asseclis sectae nostrae maxime excellit, et qui eum intelligit, eorum intelligentissimus est. Libri recensiones diversam dispositionem sequuntur, quandoquidem illum eo consilio incepit, ut compendium parvum esset. Tum nova addidit, postquam materiam exercitiorum sacrorum ad finem adduxerat. Et cum caput de pigneratione absolvisset, licentiam omnem sibi sumsit libere exspatiandi. Jam operam dedi dictando libro copioso 'ad illum commentandum, in quo articulos juris derivatos et relationes exponere suscepi et eas quaestiones controversas attuli, quibus volumen incremento haud magni faciendo augeretur; hoc enim argumentum in libro *Tejríd* plene et perfecte tractavi et ejus articulis juris derivatis adjunxi, quae illis congruerent, ut in absoluta argumenti tractatione prior pars libri posteriori aequalis evaderet. His ea inserui ex libris, quae

واقدم على ذلك مسئلة فى تقديم قول ابى حنيفة فى الجملة على سآئر فقهآء الامصار الخ وشرح التكملة للشيخ رشيد الدين محمد النيسابورى المتوفى سنة ومن شروحه شرح الامام شهاب الدين احمد السمرقندى المتوفى سنة اوله الحمد لله الذى جعل الفقه فى الدين حبلا متينا بين عباده الخ ومن شروحه شرح ركن الائمة الصباغى ذكره فى القنية [وهو عبد الكريم ابن محمد بن احمد بن على الصباغى ابو المكارم المدينى الامام تفقه على ابى اليسر محمد ابن محمد البزدوى قال الزاهدى فى المجتبى قد اورد فى شرحه فوآئد عظيمة لا توجد فى غيره كتبه ولى الدين جار الله فى هوامش المسودة] وشرح الامام ابو العبّاس محمد بن احمد المحبوبى المتوفى سنة وشرح غريب الاحاديث فى شرح الاقطع قاسم بن قطلوبغا الحنفى المتوفى سنة ٨٧٩ وله الترجيح والتصحيح على القدورى ومن شروحه شرح عبد الرحيم الامدى سمّاه المهمّ الضرورى وشرح القدورى لابى العباس احمد بن الحسن بن ابى عوف الامام الفقيه المعروف بالقاضى [من

---

omiserat, et totum librum commentario absoluto instruxi. Omnibus istis quaestionem praemisi de opinione *Abu Hanífa*e in universum omnibus ceteris magnarum urbium jurisconsultis praeferenda, et quae sunt cetera. Praeterea Sheikh *Reshíd-ed-dín Mohammed Nisábúri*, anno . . . mortuus, commentarium in *El-Tekmilet* edidit. — In compendium *Codúri*i porro commentarios scripserunt Imám *Shehâb-ed-dín Ahmed Samarcandi*, anno . . . mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, qui jurisprudentiam in religione vinculum esse voluit firmum inter cultores suos etc. — [Imám *Abu'lmekárim Abd-el-kerím Ben Mohammed Ben Ahmed Ben Ali El-Medíni*, vulgo] *Rokn el-aïmmet El-Sabbághi* [dictus], qui commentarium in libro *El-Cunyet* commemorat, [et praeside *Abu'lyesr Mohammed Ben Mohammed El-Pezdewi* juris studiosus fuit. *Záhidi* in *El-Mujtebá:* In suo commentario, inquit, animadversiones utiles magni momenti attulit, quae in aliis libris non inveniuntur. Ita scripsit *Welí-ed-dín Járallah* in glossis marginalibus exempli primis lineis conscripti] — et Imám *Abu'labbás Mohammed Ben Ahmed Mahbúbi*, anno . . . mortuus. — Voces inusitatas in traditionibus ab *Acta'* in commentario allatis *Cásim Ben Cotluboghá* Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus, commentatus est. Idem librum *El-Tarjíh we El-Tas'hih* in *Codúri* edidit. — Deinde commentarios in compendium *Codúri*anum composuerunt *Abd-el-rehím El-Amidi*, cujus commentarius *El-Mohimm El-Dhorúri* inscriptus est — Imám Jurisconsultus *Abu'labbás Ahmed Ben-elhasan Ben Abi Auf* [vir

علماء اليمن] ذكره على القارىّ فى طبقاته وقال هو الشرح المعروف عند الحنفيّة بالقاضى ومشكلات القدورى للشيخ الامام ابى الليث نصر بن محمد بن ابراهيم السمرقندى كذا قيل وفيه نظر الينابيع فى معرفة الاصول والتفاريع فى شرح القدورى للشيخ ابى عبد الله محمد بن رمضان [الرومى] اوله الحمد لله الذى اوضح السبيل للسالكين الخ وهو شرح للمبتدى بالقول ومن شروحه شرح ناصر بن الحسين بن مهما العلوى البستى ومن الشراح نصر بن محمد الحنبلى الفقيه [وهو مجلّدان ابدع فيه كان فى حدود الستمائة] ومن شروحه حدق العيون وهو شرح مختصر ممزوج كالخلاصة اوله الحمد لله على عواطف كرمه الخ لعبد الله بن حسين [بن حسن] بن حامد الّفه للسلطان محمد ابى الفتح وتلخيص القدورى للامام ظهير الدين محمد ابن عمر النوجابادى البخارى الحنفى بمستنصريّة بغداد توفى سنة ٦٦٨ واختصر الشيخ الامام ابو نصر عبد الرحيم بن محمد بن يونس الموصلى المتوفى سنة ٦٧٠ باشارة عطا ملك

---

doctus Yemenensis], vulgo *El-Cádhi* dictus, quem *Ali* Corani Lector in suis *Tabacát* commemorat. Hic commentarius, inquit, apud Hanefitas nomine *El-Cádhi* inclaruit — Sheikh et Imám *Abu'lleith Nasr Ben Mohammed Ben Ibráhím Samarcandi*, ut dicitur, cujus commentarius titulum *Moshkilát El-Codúri* prae se fert — Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Ben Ramadhán* [*El-Rumi*], cujus commentarius, *Natzr el-yenábí' fi ma'rifet el-osúl we el-tefárí' fi sharh El-Codúri* inscriptus, ita incipit: Laus Deo, qui viam incedentibus illustravit etc. Compositus est in commodum tironum additis textus verbis, quae explicantur — *Násir Ben-elhosein Ben Mehmá El-Alewi El-Bosti* — *Nasr Ben Mohammed* Jurisconsultus Hanbalita, [qui in commentario duo volumina continente novam viam ingressus est et circa annum 600 (inc. 10. Sept. 1203) vixit] — *Abdallah Ben Hosein* [*Ben Hasan*] *Ben Hámid*, cujus commentarius, *Hadac el-oyún* inscriptus, brevis est, textum admixtum habet ut *El-Khiláset*, et ita incipit: Laus Deo pro inclinationibus generositatis ejus etc. Scripsit eum in favorem Sultani *Abu'lfat'h Mohammed.* Meliora compendii *Codúr*iani Imám *Tzahír-ed-dín Mohammed Ben Omar El-Naujábádi El-Bokhári* Hanefita, anno 668 (inc. 31. Aug. 1269) mortuus, qui in collegio *Mostansiríye* Baghdadensi lectiones habuit, in epitome edidit. Deniqne epitomen compendii, *Jewámi' el-kelim el-sherífet ala madzhab El-Imám Abi Haníifa* inscriptam, Sheikh et Imám *Abu Nasr Abd-el-rehím Ben Mohammed Ben Yunos Mausili*, anno 670 (inc. 9. Aug. 1271) mortuus, mandante

الجوينى وسمّاه جوامع الكلم الشريفة على مذهب الامام ابى حنيفة اوله الحمد لله الازلى الخ

١١٦٢٦ مختصر الكرخى فى فروع الحنفية ايضا للامام ابى الحسن عبيد الله بن الحسين [بن دلّال بن دلهم] الكرخى المتوفى سنة ٣٤٠ وشرحه الامام ابو الحسين احمد بن محمد القدورى المذكور المتوفى سنة ٤٢٨ اوله الحمد لله ولى الحمد ومستحقّه الخ والامام ابو بكر محمد بن على المعروف بالجصّاص الحنفى المتوفى سنة ٣٧٠ [وشرحه ابو الفضل الكرمانى ركن الدين المتوفى سنة ٥٤٣ واختصره من شرح القدورى وسمّاه الايضاح ثم جرّد من ذلك مسائله وسمّاه بالتجريد وكلاهما مستعملان فى بلاد الروم هكذا ذكره جار الله ولى الدين] ١١٦٢٧ مختصر المحيط المسمّى بالوسيط للقاضى العلّامة بدر الدين محمود بن احمد العينى المتوفى سنة ٨٥٥ ١١٦٢٨ مختصر المزنى فى فروع الشافعية وهو احد الكتب الخمسة المشهورة بين الشافعية التى يتداولونها اكثر تداول وهى سائرة فى كلّ الامصار كما ذكره النووى فى التهذيب للشيخ الامام اسمعيل بن يحيى المزنى الشافعى المتوفى سنة ٢٦٤ وهو اول من صنف فى مذهب الشافعى قال

---

***Atá Melik El-Joweini*** **composuit. Epitome ita incipit: Laus Deo aeterno etc. — 11626. M o k h t a s a r E l - K a r k h i, compendium de ejusdem juris Hanefitici articulis derivatis, auctore Imám *Abu'lhasan Obeidallah Ben-elhosein* [*Ben Dellál Ben Dilhem*], vulgo *El-Karkhi* dicto et anno 340 (inc. 9. Jun. 951) mortuo. Commentarios in illud ediderunt Imám *Abu'lhosein Ahmed Ben Mohammed El-Codúri* modo laudatus et anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, laudis amico eaque dignissimo etc. — Imám *Abu Bekr Mohammed Ben Ali* Hanefita, vulgo *El-Jessás* dictus et anno 370 (inc. 17. Jul. 980) mortuus — [*Rokn-ed-dín Abu'lfadhl Kermáni*, anno 543 (inc. 22. Mai. 1148) mortuus, qui eum ex commentario *Codúri*i excerpsit et titulo *El-Idháh* insignivit. Tum inde quaestiones extraxit, et hunc libellum reliquis nudatum *El-Tejríd* inscripsit. Uterque tractatus in Rumelia in usu est, ut *Járallah Weli-ed-dín* commemorat]. — 11627. M o k h t a s a r E l - M o h í t, epitome libri *Mohít El-Wesít* inscripta, auctore Cádhi doctissimo *Bedr-ed-dín Mahmúd Ben Ahmed El-Aini*, anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) mortuo. — 11628. M o k h t a s a r E l - M o z e n i, compendium *Mozeni*i de partibus juris Shafiitici derivatis. Hic unus quinque librorum clarorum inter Shafiitas est, qui praeter ceteros tritissimi et in omnibus magnis urbibus divulgati sunt, ut *El-Newewi* in *El-Tehdzíb* commemorat. Composuit illud Sheikh et Imám *Ismaíl Ben Yahya El-Mozeni* Shafiita, anno 264 (inc. 13. Sept. 877) mortuus, qui primus est, qui de doctrina Shafiitica scripsit.**

ابن شريح يخرج مختصر المزنى من الدنيا عذراء على منواله رتبوا ولكلامه فسّروا وشرحوا والشافعية عاكفون عليه كما قال ودارسون له ومطالعون به دهرا ثم كانوا بين شارح مطوّل ومختصر معلّل والجمع منهم معترف انه لم يدرك من حقائقه غير اليسير كابن شريح ومن شروحه شرح ابى الطيّب طاهر بن عبد الله الطبرى المتوفى سنة ٤٥٠ وشرح ابى الفتوح بن عيسى الشافعى المتوفى سنة ٧١٠ وشرح ابى اسحق ابراهيم بن احمد المروزى فى نحو ثمانية اجزآء توفى سنة ٣٤٠ وشرح ابى حامد احمد بن [بشر بن] عامر المروزى وهو كبير توفى سنة ٣٦٢ وابن سراقة محمد بن يحيى الشافعى المتوفى سنة ٤١٠ وابى عبد الله مسعود بن احمد المسعودى توفى سنة وابى عبد الله محمد بن مسعود توفى سنة وشرح ابى على حسين ابن القاسم الطبرى المتوفى سنة ٣٥٠ المسمى بالافصاح والامام ابى بكر محمد بن احمد الشاشى المستحقّ بالشافى توفى سنة ٥٠٧ وشمس الدين محمد بن احمد ليس بتمام توفى سنة ٦٤٩ ومحمد بن عبد الله المروزى [المسعودى] المتوفى سنة ٤٢٦ وابى على حسين بن

---

*Ibn Shoreih:* Compendium *Mozenii*, ait, ex hoc mundo virgo exibit. Sheikhi ceteri ad ejus rationem scripta sua disposuerunt, ejusque verba interpretati et commentati sunt. Shafiitae, ut ille dicit, ejus studio deditissimi sunt, lectiones de eo habent, et illud jam per longum tempus explorant: nihilominus tamen nonnisi vel interpretes longiores, vel epitomatores rebus levioribus lactantes fuerunt; et multi inter eos confessi sunt, paucos tantum, ut *Ibn Shoreih*, ejus quaestiones subtiliores comprehendisse. — Commentarios in hoc compendium composuerunt *Abu'ltayyib Táhir Ben Abdallah Taberi*, anno 450 (inc. 28. Febr. 1058) mortuus — *Abu'lfotúh Ben Isa* Shafiita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuus — *Abu Is'hac Ibráhím Ben Ahmed El-Merwezi*, anno 340 (inc. 9. Jun. 951) mortuus, cujus commentarius octo circiter fasciculis continetur — *Abu Hámid Ahmed Ben* [*Bishr Ben*] *Amir El-Merwezi*, anno 362 (inc. 12. Oct. 972) mortuus, qui commentarium magnum composuit — *Mohammed Ben Yahya* Shafiita, vulgo *Ibn Soráca* dictus et anno 410 (inc. 9. Mai. 1019) mortuus — *Abu Abdallah Mes'úd Ben Abdallah Mes'údi*, anno . . . mortuus — *Abu Abdallah Mohammed Ben Mes'úd*, anno . . . mortuus — *Abu Ali Hosein Ben-elcásim Taberi*, anno 350 (inc. 20. Febr. 961) mortuus, cujus commentarius *El-Ifsáh* inscriptus est — Imám *Abu Bekr Mohammed Ben Ahmed El-Sháshi*, anno 507 (inc. 18. Jun. 1113) mortuus, cujus commentarius titulum Sanantis (*El-Sháfi*) jure meretur — *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed*, anno 649 (inc. 26. Mart. 1251) mortuus, qui commentarium non absolvit — *Mohammed Ben Abdallah El-Merwezi* [*El-Mes'údi*], anno 426 (inc. 16. Nov. 1034) mortuus —

شعيب السنجى المتوفى سنة ٤٣٠ وابن عدلان محمد بن احمد الكتانى المتوفى سنة ٧٤٩ ويحيى بن محمد الحدّادى المناوى المتوفى سنة ٨٧١ وفى تفسير الفاظه كتاب لمحمد بن احمد [ابى منصور] الازهرى اللغوى المتوفى سنة ٣٧٠ وعلّق ابن ابى هريرة حسن بن حسين تعليقة كبيرة توفى سنة ٣٤٥ نقل عنها ابو على الطبرى وعلّق ايضا ابو بكر الصيدلانى المتوفى سنة ولابن ابى هريرة [المذكور آنفا] تعليقة اخرى فى مجلّد كلاهما قليل الوجود وعليه زيادات لابى بكر عبد الله بن محمد النيسابورى المتوفى سنة ٣٢٤ واختصر الشيخ ابو محمد معبّر عنه بالمعتصر توفى سنة ولخّص هذا المختصر الامام ابو حامد محمد بن محمد الغزالى سمّاه عنقود المختصر ونقاوة المعتصر والمعتصر من المختصرات كتاب آخر ايضا لابى الحسن شيث بن ابراهيم العبادى المتوفى سنة ٥٩٩ ونظم ابو الرجا محمد بن احمد الاسوانى المتوفى سنة ٣٣٥ ومن شروحه شرح الشيخ القاضى زكرياء بن محمد الانصارى المتوفى سنة ٩٢٦

---

*Abu Ali Hosein Ben Shoaib El-Sonji*, anno 430 (inc. 3. Oct. 1038) mortuus — *Mohammed Ben Ahmed El-Kettáni*, vulgo *Ibn Adlán* dictus et anno 749 (inc. 1 Apr. 1348) mortuus — *Yahya Ben Mohammed El-Haddádi El-Monáwi*, anno 871 (inc. 13. Aug. 1466) mortuus. — De explicatione verborum singulorum *Mohammed Ben Ahmed* [*Abu Mansúr*] *El-Azheri* Lexicologus, anno 370 (inc. 17. Jul. 980) mortuus, librum edidit, et *Hasan Ben Hosein*, vulgo *Ibn Abi Horeira* dictus et anno 345 (inc. 15. Apr. 956) mortuus, scholia majora conscripsit, ex quibus *Abu Ali Taberi* plura assumsit. Praeterea *Abu Bekr El-Saidaláni*, anno . . . mortuus, scholia edidit, et *Ibn Abi Horeira* [modo laudatus] alia scholia volumine comprehensa composuit, at utraque raro inveniuntur. Ad compendium ipsum *Abu Bekr Abdallah Ben Mohammed Nisábúri*, anno 324 (inc. 30. Nov. 935) mortuus, additamenta edidit. Ex eo Sheikh *Abu Mohammed*, anno . . . mortuus, epitomen titulo *El-Mo'tasar* insignitam excerpsit, et meliora hujus epitomae Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed El-Ghazáli* denuo separatim edidit, et hanc epitomen titulo *Ancúd El-Mokhtasar we Necáwet El-Mo'tasar* ornavit. Praeterea *Abu'lhasan Sheith Ben Ibráhím El-Abbádi*, anno 599 (inc. 20. Sept. 1202) mortuus, aliam epitomen eodem titulo *El-Mo'tasar* inscriptam edidit, et *Abu'lrejá Mohammed Ben Ahmed El-Oswáni*, anno 335 (inc. 2. Aug. 946) mortuus, compendium *Mozeni* versibus reddidit. — In hoc porro Sheikh et Cádhi *Zakariyá Ben Mohammed El-Ansári*, anno 926 (inc. 23. Dec. 1519) mortuus,

وصنّف ابن القاصّ احمد بن ابى احمد الطبرى [المتوفى سنة ٣٣٥] كتابا فى التوسّط بينه
وبين [الشافعى] فيما اعترضه على الشافعى فى مجلد يرجح الاعتراض تارة ويدفعه اخرى
ومن شروحه شرح ابى الحسن الجوزى سمّاه المرشد ذكره السبكى فى ترجمة احمد بن
يحيى وشرح عبد الجبّار البصرى ذكره ايضا ١١٦٢٩ مختصر المهمّات فى الفقه للشيخ ولى
الدين العراقى ١١٦٣٠ مختلف الحديث سبق فى اختلاف الحديث لابن قتيبة المتوفى
سنة ٢٧٦ ١١٦٣١ مختلف الرواية مجلد فى الخلافيّات للشيخ الامام ابى الليث نصر بن
محمد السمرقندى مجلّد اوله الحمد لله المتفرّد بذاته الخ توفى سنة ٣٧٥ ومن شروح
المنظومة ايضا كذا فى الفصولين برمز مخ ١١٦٣٢ مختلف الرواية مجلّد للشيخ الامام
علاء الدين محمد بن عبد الحميد المعروف بالعلاء العالم السمرقندى المتوفى سنة ٥٥٢ قال
قصدت فيه ان اكتب مسائل مختلف الرواية وارسم لخلاف كلّ واحد من الائمّة بابا على الترتيب

---

commentarium composuit, et ***Ahmed Ben Abi Ahmed Taberi***, vulgo ***Ibn-elcháss*** dictus [et anno 335 (inc. 2. Aug. 946) mortuus], librum volumine comprehensum edidit, qui arbiter esset inter ***Mozeni*** [et ***Sháfii***] de iis, quae ille huic objecerat. ***Ibn-elcháss*** objecta modo praefert, modo rejicit. Denique commentarios ediderunt ***Abu'lhasan El-Jauzi***, cujus commentarius ***El-Morshid*** inscriptus, ut ***El-Sobki*** in biographia ***Ahmed***is ***Ben Yahya*** commemorat, et ***Abd-el-jebbár El-Basri***, de cujus commentario ***El-Sobki*** pariter mentionem facit. — 11629. M o k h t a s a r El-M o h i m m á t, epitome libri ***El-Mohimmát*** de jure, auctore Sheikh ***Weli-ed-dín El-Iráchi***. — 11630. M o k h t a l i f el-h a d í t h, varietas traditionum, auctore ***Ibn Coteiba***, anno 276 (inc. 6. Mai. 889) mortuo. Jam supra sub ***Ikhtiláf el-hadíth*** de hoc libro dictum est. — 11631. M o k h t a l i f el-r i w á y e t, varietas relationis de quaestionibus controversis, auctore Sheikh et Imám ***Abu'lleith Nasr Ben Mohammed Samarcandi***, anno 375 (inc. 24. Mai. 985) mortuo. Volumen ita incipit: Laus Deo essentia sua unico etc. — Eundem titulum commentarius in ***Nesefii Mantzúmet*** prae se fert. Ita in libro ***Fosúlein*** siglo ***mokh*** significatur. — 11632. M o k h t a l i f el-r i w á y e t, varietas relationis. Volumen, auctore Sheikh et Imám ***Alá-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-hamid El-Samarcandi***, vulgo ***El-Alá El-Alim*** dicto et anno 552 (inc. 13. Febr. 1157) mortuo. In hoc compendio, inquit, quaestiones de discrepantia relationis describere volui, et controversae singulorum inter Imamos disciplinae caput secundum ordinem

الذى رتبه بعض استادنا الّا انّهم اوردوا الكتب كلّها فى كلّ باب وانا اورد كلّها فى كُلّ كتاب واذكر فى كلّ مسئلة نكتنا شافية وحجّة كاملة اوله الحمد لله المتفرد بذاته الخ

١١٦٣٣

المختلف والمؤتلف فى اسمآء الرجال صنّف فيه الحافظ ابو الحسن على بن عمر الدارقطنى البغدادى المتوفى سنة ٣٨٥ كتابا حافلا قالوا اولى الاشيآء بالضبط اسمآء الناس لانّهم شىء لا يدخله القياس ولا قبله شيئًا يدلّ عليه ولا بعده اخذ منه الحافظ ابو بكر احمد بن على الخطيب البغدادى ومن مشتبه النسبة وزاد عليهما وجعله كتابا سماه المؤتلف تكملة المختلف توفى سنة ٤٦٣ وجآء الامير ابو نصر على بن هبة الله بن ماكولا فزاد عليه وجعله كتابا حافلا سمّاه الاكمال اجاد فيه توفى سنة ٤٨٧ واستدرك عليهم ما فاتهم فى كتاب آخر ثم جآء الحافظ ابو بكر محمد بن عبد الغنى المعروف بابن نقطة الحنبلى وذيل على الاكمال فى مجلّد وجمع كتابا آخر سمّاه التقييد لمعرفة رواة السنن والاسانيد ومن هذا النوع الكمال

---

assignavi, quem magister quidam noster praescripsit. Illi Imami tamen libros omnes in singulis capitibus afferunt, ego vero eos omnes in singulis libris affero, et singulis quaestionibus observationes subtiles commodas et probationem perfectam addo. Liber ita incipit: Laus Deo essentia sua unico etc. — 11633. **El-Mokhtalif we El-Mutalif fi asmá el-rijál**, nomina virorum, qui primi traditiones propagarunt, inter se discrepantia et congruentia. Háfitz *Abu'lhasan Ali Ben Omar El-Dáracotni El-Baghdádi*, anno 385 (inc. 5. Febr. 995) mortuus, de hoc argumento librum uberrimum composuit. Res, ajunt, prae ceteris digna, cujus enunciatio orthographica accurate consignetur, nomina hominum sunt, haec enim minime ex regula et analogia pendent, nec prae se, nec post se indicia habent, quibus earum ratio definiatur. — Quae Háfitz *Abu Bekr Ahmed Ben Ali El-Khatíb El-Baghdádi*, anno 463 (inc. 9. Oct. 1070) mortuus, ex hoc libro et ex *Moshtebih el-nisbet* petiit, iis nova addidit et inde librum *El-Mutalif tekmilet El-Mokhtalif* congessit. Tum Emír *Abu Nasr Ali Ben Hibetallah Ben Mákúlá*, anno 487 (inc. 21. Jan. 1094) mortuus, hunc librum novis additamentis auxit et opus copiosum *El-Ikmál* inscriptum egregia ratione composuit, et in alio libro ea omnia complere studuit, quae praecedentes effugerant. Hunc secutus est Háfitz *Abu Bekr Mohammed Ben Abd-el-ghaní* Hanbalita, vulgo *Ibn Nocta* dictus, qui librum *Ikmál* in volumine continuavit, et librum alium composuit *El-Tecyíd li ma'rifet rowát el-sonen we el-asánid* inscriptum. Huc etiam pertinent libri *El-Kemál* et hujus Correctio *Tehdzíb*

وتهذيبه والمشتبه للذهبي وتبصرة المنتبه لابن حجر والذيل على كتاب ابن نقطة لابى حامد ابن الصابونى [الحافظ محمد بن على الدمشقى المتوفى سنة ٦٨٠] ومنصور بن سليم المتوفى سنة ٦٧٣ والذيل عليهما لعلآء الدين المغلطاى بن قليج المتوفى سنة ٧٦٣ وهو ذيل كبير لكن اكثره اسمآء الشعرآء وانساب العرب ١١٦٣٤ المختلف والمؤتلف فى اسمآء الشعرآء لابى القاسم حسن بن بشر الآمدى المتوفى سنة ٣٧١ ١١٦٣٥ المختلف والمؤتلف فى اسمآء القبآئل لابى جعفر محمد بن حبيب البغدادى النحوى المتوفى سنة ٢٤٥ ١١٦٣٦ المختلف والمؤتلف فى الانساب لابى الفضل محمد بن طاهر بن على المقدسى وهو مختصر على الحروف ايضا ١١٦٣٧ المختلف والمؤتلف فى مشتبه اسمآء الرجال للحافظ عبد الغنى بن سعيد الازدى المقدسى المتوفى سنة ٤٠٩ وله مشتبه النسبة ايضا وابى احمد حسن بن عبد الله العسكرى المتوفى سنة ٣٨٢ وابى المظفر محمد بن احمد الابيوردى المتوفى سنة ٥٠٧ وابى البركات علاء الدين

---

inscripta, et liber *El-Moshtebih* a *Dzehebi* editus et liber *Tebsiret el-montebih*, quem *Ibn Hajr* composuit. Librum ab *Ibn Nocta* editum *Abu Hámid Ben-elsábúni* [El-Háfitz *Mohammed Ben Ali Dimeshcki*, anno 680 (inc. 22. Apr. 1281) mortuus], continuavit, itemque *Mansúr Ben Selim*, annò 673 (inc. 7. Jul. 1274) mortuus. Horum duorum appendices *Alá-ed-dín El-Maghletái Ben Ckilij*, anno 763 (inc. 31. Oct. 1361) mortuus, libro majori continuavit, attamen hic maximam partem nomina poetarum et Arabum genealogias continet. — 11634. **El-Mokhtalif we El-Mutalif fi asmá el-shoará**, nomina poetarum inter se discrepantia et congruentia, auctore *Abu'lcásim Hasan Ben Bishr El-Amidi*, anno 371 (inc. 7. Jul. 981) mortuo. — 11635. **El-Mokhtalif we El-Mutalif fi asmá el-cabáil**, nomina tribuum inter se discrepantia et congruentia, auctore *Abu Ja'far Mohammed Ben Habíb El-Baghdádi* Grammatico, anno 245 (inc. 8. Apr. 859) mortuo. — 11636. **El-Mokhtalif we El-Mutalif fi el-ansáb**, genealogiae inter se discrepantes et congruentes, auctore *Abu'lfadhl Mohammed Ben Táhir Ben Ali El-Mocaddesi*. Hoc quoque compendium alphabetice compositum est. — 11637. **El-Mokhtalif we El-Mutalif fi moshtebih asmá el-rijál**, discrepantia inter se et congruentia de nominibus virorum, qui primi traditiones propagarunt, ambiguis. Scripserunt Háfitz *Abd-el-ghani Ben Saíd El-Azdi El-Mocaddesi*, anno 409 (inc. 20. Mai. 1018) mortuus, qui pariter librum *Moshtebih el-nisbet* edidit — *Abu Ahmed Hasan Ben Abdallah El-Askeri*, anno 382 (inc. 9. Mart. 992) mortuus — *Abu'lmotzaffer Mohammed Ben Ahmed El-Abiwerdi*, anno 507 (inc. 18. Jun. 1113) mortuus — *Abu'lberakát Alá-ed-dín*

على بن عثمان الماردينى المتوفى سنة ٧٥٠ فى انساب العرب ولابى القاسم يحيى بن على الحضرمى ابن الطحان المصرى المؤرّخ المتوفى سنة ٤١٦ ‏١١٦٣٨ مختلفات فى فروع الحنفيّة لابى الليث السمرقندى كذا فى فهرس جامع الفصولين وللقاضى ابى عاصم العامرى والمختلفات القديمة للمشايخ برمز فقف ‏١١٦٣٩ مخدرات القصور فى تاريخ اهل العصور ‏١١٦٤٠ مخدرة الاخوان ممّا يقع من قول او فعل او اعتقاد يلزم منه الكفران للشيخ ابى بكر عبد الله بن على بن عبد الله بن محمد الموصلى الشيبانى اوله الحمد لله الكريم الحليم العلى العظيم الخ ‏١١٦٤١ مخرج فى . . . لابى الطيب طاهر بن عبد الله الطبرى المتوفى سنة ٤٥٠ ‏١١٦٤٢ مخزن الاسرار فارسى منظوم [فى مزاحفات بحر السريع] للشيخ نظامى وهو الشيخ جمال الدين ابو محمد يوسف بن مؤيّد [الكنجوى] المتوفى سنة ٥٩٧ وهو مشتمل على عشرين مقالة اوله

بسم الله الرحمن الرحيم

هست كليد در كنج حكيم

---

*Ali Ben Othmán El-Máridíni*, anno 750 (inc. 22. Mart. 1349) mortuus, cujus liber de genealogiis Arabum agit, et *Abu'lcásim Yahya Ben Ali El-Hadhremi El-Misri* Historiographus, vulgo *Ibn-eltehhán* dictus et anno 416 (inc. 4. Mart. 1025) mortuus. — 11638. El-Mokhtalifát, sententiae controversae de partibus juris Hanefitici derivatis. Scripserunt *Abu'lleith El-Samarcandi*, ut in indice libri *Jámi' el-fosúlein* legitur, et Cádhi *Abu Asim El-Amiri.* Veteres sententiae controversae a Sheikhis propositae siglo *fac* notantur. — 11639. Mokhadderát el-cosúr, virgines pudicae arcium. Historia hominum variis seculis viventium. — 11640. Mokhaddiret el-akhwán, custos fratres defendens contra dictum aut factum aut confessionem prolatam, ex quibus impietatis accusatio necessario adornanda est, auctore Sheikh *Abu Bekr Abdallah Ben Ali Ben Abdallah Ben Mohammed Mausili Sheibáni.* Liber ita incipit: Laus Deo generoso, mansueto, excelso, magnifico etc. — 11641. Makhraj fi . . ., egressus de . . ., auctore *Abu'ltayyib Táhir Ben Abdallah Taberi*, anno 450 (inc. 28. Febr. 1058) mortuo. — 11642. Makhzan el-asrár, promtuarium arcanorum. Poema persicum [metro *Seri'* detruncato] compositum a Sheikh *Jemál-ed-dín Abu Mohammed Yusuf Ben Mowayyed* [*Kenjewi*], vulgo Sheikh *Nitzámi* dicto et anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo. Continetur viginti libris et incipit ita:

Nomine Dei misericordis miserantis,

Haec clavis est thesauri sapientis.

من الخمسة نظمه لبهرام شاه المنجكى والى ارزنجان واتمّه فى اربع وعشرين من ربيع الاول سنة ٥٥٩ وبرا پنج هزار دينار سرخ وپنج استر اهواز بجائزه فرستاده [هكذا ذكر فى تاريخ جهان آرا وفى جوابه وبحره مثنوى لخسرو الدهلوى المتوفى سنة ٧٢٥ [وخواجو الكرمانى المتوفى سنة ٧٤٢] وللشمعى شرحه بالتركى لغضنفر اغا وشرحه بدر البلخى بالفارسى ١١٦٤٣ مخزن الاسرار فى النارنجيات ١١٦٤٤ مخزن الانشآء فارسى لمعين الدين حسين بن على الواعظ الكاشفى المتوفى سنة ٩١٠ ورتّبه على عنوان وثلاث صحآئف وخاتمة اوله حمد خداوند الخ العنوان فى ادب الكتابة آ فى الخطابيات ٢ فى الجوابيّات ٣ فى احوال الضرورى الخاتمة فى الادعية والاثنية الّفه للسلطان حسين [بن بايقرا التيمورى] ومير عليشير الوزير ١١٦٤٥ مخزن البلاغة فى التاريخ لابى الفضل عبيد الله بن ابى النصر احمد بن على بن الميكال ذكره صاحب روضة الصفاء ١١٦٤٦ مخزن الفقه فى الفروع الحنفية للشيخ مصلح الدين موسى بن

---

Carmen ad pentada pertinet, et *Nitzámi* illud in favorem ***Behrám Sháh*i *Menjeki*** praefecti urbis Arzenján condidit et die vicesimo quarto mensis Rebí I anni 559 (inc. 30. Nov. 1163) absolvit. Ille auctori quinque milia denariorum aureorum et quinque mulos *Ahwáz*enses dono misit. [Ita in historia] *Jihán-ará* [narratur]. Ad ei respondendum et eodem metro ***Khosrew Dehlewi***, anno 725 (inc. 18. Dec. 1324) mortuus, [et ***Khoju Kermáni***, anno 742 (inc. 17. Jun. 1341) mortuus], carmina ***Methnewi*** composuerunt. ***Shem'í*** in favorem Aghae ***Ghadhanfar*** commentarium turcicum et ***Bedr El-Balkhi*** commentarium persicum edidit. — 11643. **Makhzan el-asrár**, promtuarium arcanorum de fasciniis. — 11644. **Makhzan el-inshá**, promtuarium stili pedestris elegantioris persice scriptum a ***Moín-ed-dín Hosein Ben Ali Káshifi*** Praedicatore, anno 910 (inc. 14. Jun. 1504) mortuo, et in titulum, tria folia et conclusionem dispositum. Incipit ita: Laus domino etc. Titulus agit de methodo scribendi, folium primum de iis, quae alloquia spectant, secundum de iis, quae responsa spectant, tertium de rebus, quae praeterea necessario commemoranda sunt, et conclusio de precationibus et encomiis. Composuit illud Sultano ***Hosein*** [***Ben Beicara Timúri***] et Emiro ***Alishír*** Weziro. — 11645. **Makhzan el-belághat**, promtuarium eloquentiae. Opus historicum, auctore ***Abu'lfadhl Obeidallah Ben Abi'lnadhr Ahmed Ben Ali Ben-elmikál***. Commemoratur ab auctore libri ***Raudhat el-safá***. — 11646. **Makhzan el-fich**, promtuarium juridicum de partibus juris Hanefitici secundariis, auctore Sheikh ***Moslih-ed-dín Musa Ben Musa Amási***, [vulgo

موسى الاماسى [المعروف بخازن الكتب] المتوفى سنة جمع فيه عشرة من المتون واشار باسم الكتاب الى مأخذه فالميم للجمع والخاء المختار والزاء الكنز والنون النقاية والالف واللام الدرر ولطائف الاشارات والفاء الكافى والقاف الوقاية والهاء الهداية وعدد مسائله تسعة آلاف ومائتين وثمان وستين مسئلة وقال فى ديباجته ان المفتى فى الروم اشار الى جمعه من قبل السلطان بايزيد خان ثم كتب لعباراته شرحا بلغ ثلثين كراسا بخطه الدقيق واختار فى ترتيبه طريقا حسنا ١١٦٤٧ مخزن بلغة الترك لمير صدر الدين ١١٦٤٨ مخزن المعانى قصيدة لاهلى الشيرازى اسمه تاريخه اوله

منت ايزدرا كه صنع او كلى از خار آورد
خاك ما از قطرهٔ آبى بديدار آورد

١١٦٤٩ مخزن اللغة مجلد لبعض العلماء الفه لولده محمد اخذه من كتاب العين وديوان الادب وديباج الاسماء والبلغة رتب على حروف المعجم للصبيان وترجم بالفارسية اوله الحمد لله

---

***Kházin el-kotob*** **dicto et] anno . . . mortuo. Conjunxit in eo decem textus, et titulo libri fontem significavit, unde hausit, ut litera *Mím* librum *Jam'o*, litera *Khá* librum *Mokhtár*, litera *Zá* librum *Kanz*, litera *Nún* librum *Necáyet*, literis *Elif Lám* libros *Dorr* et *Letáif el-ishárát*, litera *Fá* librum *Káfi*, litera *Cáf* librum *Wicáyet*, litera *Há* librum *Hidáyet* indicaret. Continet novem milia ducentas sexaginta octo quaestiones, et in praefatione ornate scripta narrat, Muftium Rumeliae ex optato Sultani *Báyezíd Khán* mandasse, ut hunc librum colligeret. Tum ad dictionem ejus explicandam commentarium composuit, qui minute scriptus triginta plagularum quiniones explet, et rationem pulchram dispositionis praeoptavit. — 11647. Makhzan bi loghat El-Tork, promtuarium lingua turcica scriptum, auctore Emiro *Sadr-ed-dín*. — 11648. Makhzan el-meáni, promtuarium sententiarum. *Casída* ab *Ahli Shírázi* composita, cujus titulus annum compositionis significat. Incipit ita:**

**Laus Deo altissimo, qui per artem suam rosas ex spinis extraxit,**
**Qui ex gutta aquosa terram nostram apparere fecit.**

**11649. Makhzan el-loghat, promtuarium linguae arabicae. Volumen, quod vir quidam doctus filio suo *Mohammed* composuit, et ex libro *Ain*, *Diwán el-edeb*, *Díbáj el-asmá* et *Bulghet* congessit. Disposuit illud in usum puerorum ad ordinem alphabeticum et interpretationem persicam addidit. Liber ita incipit: Laus Deo, qui**

الذى اكرمنا بسنة نبيه وكتابه الخ ١١٦٥٠ مخزن الواعظين مختصر على ابواب جمعها من كتب الاحاديث اوله الحمد لله الذى جعل العلماء ورثة الانبياء الخ ١١٦٥١ مخزون فى تسلية المحزون ذكره السخاوى فى ارتياح الاكباد ١١٦٥٢ المخصّص فى اللغة لابن سيدة ابى الحسن على بن اسمعيل اللغوى المتوفى سنة ٤٥٨ الفه قبل المحكم ذكر فى اوله انه على ترتيبه ١١٦٥٣ مخلص الفرائض مختصر لحاج حسن بن عثمان بن حسام الدين الاقسرائى المتوفى سنة اوله الحمد لله وارث الارض ومن عليها الخ ١١٦٥٤ مخلصيات من اجزاء الحديث من حديث ابى طاهر محمد بن عبد الرحمن لابن العباس بن مخلص الذهبى ١١٦٥٥ مخمسات الادبية لسراج القاضى لغة منظومة فارسية قريبة فى اربعة وعشرين بحرا من بحور العجم ١١٦٥٦ مدار الفحول فى شرح منار الاصول يأتى ١١٦٥٧ مدارج الاخلاص للامام عبد الكريم بن هوازن القشيرى المتوفى سنة ٤٦٥ ١١٦٥٨ مدارج الانس للامام

---

nos Sunna et libro prophetae honoravit etc. — 11650. **Makhzan el-wáitzín**, promtuarium concionatorum sacrorum. Compendium in capita dispositum, quae e libris traditionariis congessit. Incipit illud ita: Laus Deo, qui viros doctos heredes prophetarum esse voluit etc. — 11651. **El-Makhzún fi tesliyet el-mahzún**, thesaurus reconditus de afflicto curis liberando. Commemorat *Sekháwi* hunc librum in *Irtiyáh el-akbád*. — 11652. **El-Mokhassas fi el-loghat**, liber peculiariter compositus de lingua, quem *Abu'lhasan Ali Ben Ismaîl* Lexicologus, vulgo *Ibn Sída* dictus et anno 458 (inc. 3. Dec. 1065) mortuus, ante librum *Mohkam* edidit. Commemorat ejus initio, illum ad hujus ordinem dispositum esse. — 11653. **Mokhallas el-feráidh**, compendium potiorem partem juris hereditarii electam continens, auctore *Hájj Hasan Ben Othmán Ben Hosám-ed-dín Acserâyi*, anno . . . mortuo. Incipit ita: Laus Deo, terrae et eorum qui in illa sunt heredi etc. — 11654. **Mokhallisiát**, traditiones *Mokhallisi*. Pertinet liber ad fasciculos traditionarios et traditiones continet *Abu Táhiri Mohammed Ben Abd-el-rahman*, auctore *Ibn-elabbâs Ben Mokhallis Dzehebi*. — 11655. **El-Mokhammesát El-Edebíyet**, versus argumenti philologici quinque hemistichiorum, (quorum quintum hemistichium saltem idem homoeoteleuton habere debet), auctore *Siráj* El-Cádhi. Carmen persicum linguam tractans, circiter viginti quatuor metris persicis compositum. — 11656. **Medár el-fohúl**, circus equorum admissariorum. Commentarius in librum *Menár el-osúl*, de quo infra dicetur. — 11657. **Medárij el-ikhlás**, tramites sinceritatis, auctore Imám *Abd-el-kerím Ben Hewázin Cosheiri*, anno 465 (inc. 17. Sept. 1072) mortuo. — 11658. **Medárij**

حجة الاسلام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ ١١٦٥٩ مدارج السالكين الى رسوم طريق العارفين للشيخ عبد الوهاب الشعرانى اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ رتّب على خمسة ابواب ا فى ذكر سنده ٢ فى آداب المريد ٣ فى آداب المريد مع شيخه ٤ فى آدابه مع اخوانه ٥ فى مقالات الشيوخ اوله لا اله الّا هو اول كلّ شىء فلا اول له الخ ١١٦٦٠ مدارج السالكين لابى الفرج عبد الرحمن بن على ابن الجوزى المتوفى سنة ٥٩٧ وفى شرح منازل السائرين يأتى ١١٦٦١ مدارج العارج فى الوارد الطارد بشبهة المارد للشيخ علاء الدولة احمد ابن محمد بن احمد السمنانى المتوفى سنة ٧٣٦ كتب فيه واردات ترد عليه فى مدارج المعارج ١١٦٦٢ مدارج الكمال الى معارج الوصال لافضل الدين محمد الكاشى ذكر فيه انّه سئل جماعة من الاخوان وصية جامعة لخير الدارين فكتب ورتب على ثمانية ابواب ١١٦٦٣ المدارج والمعارج للشيخ الامام ابى المكارم ركن الدين علاء الدولة السمنانى ١١٦٦٤ [مدارج

---

el-ons, viae societatis humanae, auctore Imám *Hojjet-elislám Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli,* anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — 11659. Medárij el-sálikín, viae ingredientium ad praescripta disciplinae spiritalium, auctore Sheikh *Abd-el-wehháb Sha'ráni.* Liber ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc., et in quinque capita dispositus est, quorum primum auctoritates affert, quibus auctor usus est — secundum de regulis aspiranti observandis — tertium de regulis, quae aspiranti in consortio cum Sheikho suo observandae sunt — quartum de regulis in consortio cum fratribus observandis — quintum de effatis Sheikhorum agit. Liber ita incipit: Non est Deus nisi is, qui omnium rerum principium est, nec habet, qui ipso prior sit etc. — 11660. Medárij el-sálikín, viae ingredientium, auctore *Abu'l-faraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi,* anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo. Commentarius in librum *Menázil el-sáirín,* de quo infra dicetur, eundem titulum prae se fert. — 11661. Medárij el-árij, viae claudi de sententia inspirata superveniente per dubium rebellis insolentis. Sheikh *Alá-ed-dewlet Ahmed Ben Mohammed Ben Ahmed Simnáni,* anno 736 (inc. 21. Aug. 1335) mortuus, hic lumina supernaturalia descripsit, quae ei in libro *Medárij el-meárij* superveniebant. — 11662. Medárij el-kemál, viae perfectionis ad scalas oblectationis, auctore *Afdhal-ed-dín Mohammed Káshi.* Narrat ibi, plures fratres a se testamentum petiisse, quod bona hujus vitae et futurae contineat. Scripsit igitur et in octo capita distribuit. — 11663. El-Medárij we El-Meárij, viae et scalae, auctore Sheikh et Imám *Abu'lmekárim Rokn-ed-dín Alá-ed-dewlet Simnáni.* — 11664. [Medárij

المنان ] ١١٦٦٥ المداخل والزيادات فى اللغة مختصر لابى عمر محمد بن عبد الواحد [الزاهد غلام ثعلب المتوفى سنة ٣٤٥] ذكر فيه باب الهلج مثلا ثم قال الهلج احلام نائم واحلام نائم ثياب غلاظ والثوب القلب والقلب العقل والعقل الرقم الى غير ذلك احد وثلثون بابا سبعة منها زيادات عليه ١١٦٦٦ مدارك التنزيل وحقائق التأويل فى التفسير للامام حافظ الدين عبد الله بن احمد النسفى المتوفى سنة ٧٠١ [وقيل سنة ٧١٠] اوله الحمد لله المتفرد بذاته عن اشارة الاوهام الخ وهو كتاب وسط فى التأويلات جامع لوجوه الاعراب والقرآءات متضمنا له دقائق علم البديع والاشارات حاليا باقاويل اهل السنة والجماعة خاليا عن اباطيل اهل البدع والضلالة ليس بالطويل الممل ولا بالقصير المخل اختصره الشيخ زين الدين ابو محمد عبد الرحمن بن ابى بكر ابن العينى وزاد فيه توفى سنة ٨٩٣ ورأيت فى ترجمة برهان الدين محمد بن محمد النسفى المتوفى سنة ٦٨٧ انه اختصر المدارك لعله

---

el-mennán, viae benefici]. — 11665. El-Medákhil we El-Ziyádát, vestibula et additamenta. Compendium lexicologicum, auctore *Abu Omar Mohammed Ben Abd-el-wáhid* [asceta, vulgo *Gholám Tha'leb* dicto et anno 345 (inc. 15. Apr. 956) mortuo]. Proponit ibi v. c. caput verbi *holj* i. e. confusarum visionum in somno. Tum dicit: *Holj* (allegorice) somnia sunt dormientis, somnia dormientis sunt vestes crassae, vestis est cor, cor est mens, et mens est intelligentia, et sic cetera. Sunt triginta unum caput, quorum septem additamenta continent. — 11666. Medárik el-tenzíl we Hacáic el-tawíl, perceptiones revelationis et veritates subtiles interpretationis allegoricae, auctore Imám *Háfitz-ed-dín Abdallah Ben Ahmed Nesefi*, anno 701 (inc. 6. Sept. 1301) mortuo [sive, ut alii volunt, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310)]. Commentarius in Coranum, qui ita incipit: Laus Deo, qui essentia sua exemtus est suspicione vel leviter allusa errorum etc. Hic liber egregius est in explicationibus allegoricis, varias flexionum finalium et lectionum formas comprehendit, quaestiones subtiles doctrinae ornate dicendi et alliterationum vel leviter indicatarum continet, effatis asseclarum Sunnae et consensus communis instructus, nugis hominum rerum novarum studiosorum et erroribus obnoxiorum exemtus, et minime longus est usque ad taedium, neque brevis usque ad tenuitatem. Eum Sheikh *Zein-ed-dín Abu Mohammed Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Ibn-elaini*, anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus, additamentis adjectis in epitomen coegit, et in biographia *Borhán ed-dín Mohammed Ben Mohammed Nesefi*, anno 687 (inc. 6. Febr. 1288) mortui, vidi, illum *El-Medárik* in epitomen coegisse,

مدارك العقول على ما يقتضيه التاريخ ۱۱۶۶۷ مدارك العقول لابى المعالى عبد الملك بن عبد الله الجوينى الشافعى المعروف بامام الحرمين لم يتمّه توفى سنة ۴۷۸ ۱۱۶۶۸ مدارك المرام فى مسالك الصيام للقسطلانى ۱۱۶۶۹ مداواة النفوس للشيخ الامام ابى محمد على بن احمد ابن سعيد بن حزم الاندلسى [الظاهرى المذهب المتوفى سنة ۴۵۶] ۱۱۶۷۰ مدبجة برهان الاذهان فى مدى ذكر الملك الناصر على ممرّ الازمان لابى الفضل عبد المنعم بن عمر الجليانى وهى المدبجة القدسية التى انشأها فى غرة سنة ۵۸۹ لما كان الناصر صلاح الدين يوسف وهى اول ديوان المبشرات والقدسيات له ۱۱۶۷۱ مدبرات عالية فى النجوم لصاحب الكنز المطلسم ۱۱۶۷۲ المدّخر للمفتخر لابى الفتح عثمان بن عيسى البلطى المتوفى سنة ۶۰۰ جمع فيه انواع البديع من معارضته للافاضل ۱۱۶۷۳ مدخل الى تقويم اللسان فى تعليم البيان لابى عبد الله محمد بن احمد بن هشام اللخمى النحوى مات فى حدود سنة ۵۷۰ ۱۱۶۷۴ المدخل

---

et fortasse hic liber *Medárik el-ocúl* est, ut tempus compositionis postulare videtur. — 11667. Medárik el-ocúl, perceptiones mentium, auctore *Abu'lmeáli Abd-el-melik Ben Abdallah Joweini* Shafiita, vulgo *Imám el-haramein* dicto et anno 478 (inc. 29. Apr. 1085) mortuo. Librum imperfectum reliquit. — 11668. Medárik el-merám, perceptiones desiderii de viis jejunii, auctore *Castelání*. — 11669. Modáwát el-nofús, curatio animarum, auctore Sheikh et Imám *Abu Mohammed Ali Ben Ahmed Ben Saíd Ben Hazm Andalusi*, [sectae *Tzáhiri*cae addicto et anno 456 (inc. 25. Dec. 1063) mortuo]. — 11670. El-Modabbejet bi rihán el-adzhán, *Casída* pignoribus mentium ornata de spatio praedicationis *Meliki Násir* per decursum temporis, auctore *Abu'lfadhl Abd-el-mon'im Ben Omar Julyáni*. Composuit hanc *Casídam*, *El-Modabbejet El-Codsíyet* inscriptam, initio anni 589 (inc. 5. Jan. 1193), cum *El-Násir Saláh-ed-dín Yusuf* floreret. Illa initio *Diwáni el-mobeshshirát we el-codsíyát* ab eo editi legitur. — 11671. Modabbirát áliyet, angeli superiores de astrologia. Scripsit auctor libri *El-Kanz El-Motalsem*. — 11672. El-Moddakhir lil moftakhir, contemnendus gloriabundo. Collegit hic *Abu'lfat'h Othmán Ben Isa El-Beleti*, anno 600 (inc. 10. Sept. 1203) mortuus, varia ornate dicendi genera ex scriptis, quibus viros eruditissimos oppugnaverat. — 11673. El-Madkhal ila teowím el-lisán, introductio in correctionem linguae de institutione doctrinae expositionis, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Ben Hishám El-Lakhmi* Grammatico, circa annum 570 (inc. 2. Aug. 1174) mortuo. — 11674. El-Madkhal

auctor commentarium edidit volumine comprehensum. — 11771. El-Mortejel, libellus extemporalis. Commentarius in librum *Jomel*, de quo supra dictum est. — 11772. El-Murtedhá, tractatus gratus. Textus de articulis juris Hanefitici derivatis, in quo *Núr-ed-dín Yusuf Carúsoli*, vulgo *Sárikurrez* dictus et anno 934 (inc. 27. Sept. 1527) mortuus, quaestiones selectas collegit. — 11773. Murtedhi' thidí el-shefá, sugens ex mammis sanationis ea dona, quae Deus *Alío Ben Wefá* uni e Sheikhis impertivit. — 11774. Merta' el-tzibá, pratum capreolorum et domicilium vernum juvenili amore incensorum, auctore *Mohammed Ben Ibráhím Halebi*, vulgo *Ibn-elhanbali* dicto et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuo. — 11775. El-Murtecá fi sharh El-Multecá, adscensus. Commentarius in *Multecá el-bihár*, de quo infra dicetur. — 11776. Merj el-bahrein, pratum duorum marium. Responsa in *Cámúso* ad ea reddita, quae *Jauheri* objecerat. Vide supra in litera *Cáf*. — 11777. Merj el-bahrein, pratum duorum marium, auctore [Háfitz *Omar Ben Ali Sebti Tzáhiri*, vulgo] *Ibn Dihya* [dicto et anno 633 (inc. 16. Sept. 1235) mortuo]. — 11778. Merj el-bahrein, pratum duorum marium. Commentarius in librum quendam de jure Shafiitico. Utitur auctor formula „dicit auctor" et „ego dico". — 11779. El-Merj El-Mudhih, pratum patens, auctore *Abu Abdallah Hosein Ben Nasr Ka'bi*, anno 552 (inc. 13. Febr. 1157) mortuo. Liber ad doctrinam sectae *Zeidi Ben Thábit* compositus. — 11780. Merj el-mosalli, pratum precantis. Compendium libro *Munyet* simile. — 11781. El-Merjet El-Gheithíyet, pratum irrigatum a biographia *Leithi*, auctore *Shehâb-ed-dín Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ascaláni*,

ابن على المعروف بابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ ١١٧٨٢ المرد فى كراهية السؤال والردّ لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ذكره فى فهرس مؤلّفاته فى فنّ الحديث ١١٧٨٣ مرزبان نامه ١١٧٨٤ مرشد الجهاد ١١٧٨٥ مرشد الانام فى شرح شرعة الاسلام مرّ ١١٧٨٦ مرشد الزوار ١١٧٨٧ مرشد السالكين للشيخ جمال الدين الخلوتى المتوفى سنة وهو مختصر على بابين آ فى فضيلة الاوراد وترتيبها ب فى كيفيّة احياء الليل وما يتعلّق به اوله نحمد الله على آلائه حمدًا كثيرا الخ ١١٧٨٨ مرشد الطالب فى حساب المعلوم ١١٧٨٩ مرشد الطالبين للامام حجة الاسلام محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ ١١٧٩٠ مرشد فى عشر مجلدات لابى الحسن على بن حسين الجوزى المتوفى سنة شرح فيه مختصر المزنى والموجز ١١٧٩١ مرشد فى فروع الشافعيّة فى مجلّدين متوسّطين لابن ابى عصرون عبد الله بن محمد الموصلى الشافعى المتوفى سنة ٥٨٥ وهو احكام مجرّدة بلفظ وجيز

---

vulgo *Ibn Hajr* dicto et anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. — 11782. **El-Marad fi kerâhiyet el-sewâl we el-radd**, insolentia de improbatione legali rogationis et repulsionis, auctore *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Commemoratur in ejus indice scriptorum traditionariorum. — 11783. **Merzubán-námeh**, liber praefecti. — 11784. **Morshid el-jihád**, moderator belli sacri. — 11785. **Morshid el-anám**, rector hominum. Commentarius in librum *Shir'at el-islám*, de quo supra dictum est. — 11786. **Morshid el-zowwár**, rector visitantium. — 11787. **Morshid el-sálikín**, dux vitam spiritalem degentium, auctore Sheikh *Jemál-ed-dín El-Khalweti*, anno . . . mortuo. Compendium in duo capita distributum, quorum prius de merito recitationis pericoparum coranicarum earumque dispositione agit, posterius de ratione, qua noctes preces faciendo peragantur et de iis, quae huc spectant. Incipit liber ita: Laudamus Deum pro ejus beneficiis magnopere etc.— 11788. **Morshid el-tálib**, dux studiosi de computu numerorum cognitorum. — 11789. **Morshid el-tálibín**, dux studiosorum, auctore Imám *Hojjet-elislám Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — 11790. **El-Morshid**, dux, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Hosein El-Jauzi*, anno . . . mortuo. Decem volumina, quae commentarios continent in Compendium *Mozeni* et in librum *Mujez*. — 11791. **Morshid fi forú' El-Sháfiíyet**, dux de partibus juris Shafiitici derivatis, auctore *Abdallah Ben Mohammed Mausili* Shafiita, vulgo *Ibn Abi Osrún* dicto et anno 585 (inc. 19. Febr. 1189) mortuo. Duo volumina media, quae statuta argumentis orbata verbis brevibus

كانت الفتوى عليه فى مصر قبل وصول الرافعى الكبير اليها    ١١٧٩٢ مرشد فيه ايضا [مجلدين]
لابى حامد محمد بن محمد بن عبد الرحمن اليمنى الشافعى قال السبكى وقفت نسخة
منها فكتبت فى سنة ٤٦٨    ١١٧٩٣ مرشد فى . . . لابى محمد تاج الدين عبد الخالق بن
اسد الحافظ الجوال المتوفى سنة ٥٨٣    ١١٧٩٤ مرشد فى المواعظ والحكم بالفارسيّة للشيخ
الامام الواعظ ابى بكر عبد الله بن محمد القلانسى الحنفى المتوفى فى حدود سنة خمسمائة
١١٧٩٥ مرشد فى النحو لابى الحسن محمد بن على الدقيقى المتوفى سنة    ١١٧٩٦ مرشد
فى الوقف والابتداء للامام الحافظ العمّانى [هو ابو محمد الحسن بن على بن سعيد العمانى]
١١٧٩٧ [مرشد اللبيب الى معاشرة الحبيب]    ١١٧٩٨ مرشد المتأهّل مختصر على ستة
فصول للشيخ محمد بن قطب الدين الازنيقى اوله الحمد لله الذى خلق من المآء بشرا
الخ    ١١٧٩٩ مرشد المحاسبين تركى وهو رسالة على مقدّمة ومقالتين الاولى فى اصول الحساب

---

continent. Iis ducibus jurisconsulta in Aegypto reddebantur, antequam *Rafii* illustris eo venerat. — 11792. El-Morshid, dux. Liber ejusdem argumenti. [Duo volumina], auctore *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ben Abd-el-rahman El-Yemeni* Shafiita. *Sebeki:* Legavi, ait, ejus exemplum anno 468 (inc. 16. Aug. 1075) scriptum. — 11793. El-Morshid fi . . ., dux de . . ., auctore Háfitz *Abu Mohammed Táj-ed-dín Abd-el-khálic Ben Ased El-Jewwál*, anno 583 (inc. 13. Mart. 1187) mortuo. — 11794. Morshid fi el-mewáitz we el-hikem, dux paraenetica et apophthegmata continens, auctore Sheikh et Imám *Abu Bekr Abdallah Ben Mohammed Calánisi* Praedicatore Hanefita, circa annum 500 (inc. 2. Sept. 1106) mortuo. Persice. — 11795. El-Morshid fi el-nahw, dux de grammatica, auctore *Abu'lhasan Mohammed Ben Alí El-Dackícki*, anno . . . mortuo. — 11796. El-Morshid fi el-wacf we el-ibtidá, dux de locis, ubi in Corano recitando pausa facienda aut recitatio incipienda est, auctore Imám et Háfitz [*Abu Mohammed Hasan Ben Alí Ben Saíd*, vulgo] *Omání* [dicto]. — 11797. [El-Morshid el-lebíb, dux cordatus ad consortium familiare cum amato]. — 11798. Morshid el-moteahhil, dux matrimonium contrahentis. Compendium in sex sectiones dispositum, auctore Sheikh *Mohammed Ben Cotb-ed-dín Iznícki*. Incipit ita: Laus Deo, qui ex liquore hominem creavit etc. — 11799. Morshid el-mohásibín, dux computantium. Tractatus turcicus in praefationem et duos libros compositus, quorum prior de principiis arith-

والثانية فى فروعه اوله الحمد لله الاحد الفرد الصمد الخ ١١٨٠٠ مرشد المصلّى للمولى شمس الدين محمد بن حمزة الفنارى المتوفى سنة [٨٣٤] فيه تجويز صلوة الرغائب والقدر بل ترغيب لهما فهجره جماعة ١١٨٠١ مرشد الوجيز فى علوم تتعلّق بالقرآن العزيز لابى شامة ١١٨٠٢ مرشد الوجيز فى القراءة لابى شامة ١١٨٠٣ مرشدة الطالب الى اسنى المطالب فى الحساب لابى العباس شهاب الدين احمد بن محمد بن عماد بن على المعروف بابن الهائم المتوفى سنة ٨١٥ وهى على مقدّمة وابواب وخاتمة اولها الحمد لله على التحقيق الخ [ثم اختصرها وسمّاها النزهة شرح المرشدة] شرحها الشيخ عبد الله بن بهآء الدين محمد بن الشنشورى [المتوفى سنة ٩٩٩] وسماه بغية الراغب فى شرح مرشدة الطالب شرحًا ممزوجًا فى مجلّد اوله الحمد لله حقّ حمده الخ وفرغ فى سبعة عشر من شعبان سنة ٩٩٧ ١١٨٠٤ مرصاد الافهام الى مبادى الاحكام وهو شرح مختصر لابن الحاجب يأتى ١١٨٠٥ مرصاد

---

meticae, posterior de ejus partibus derivatis agit. Incipit ita: Laus Deo unico, soli, sempiterno etc. — 11800. Morshid el-mosalli, dux preces facientis, auctore Molla *Shems-ed-dín Mohammed Ben Hamza Fenárí*, anno [834 (inc. 19. Sept. 1430)] mortuo. In eo precatio, quae fit rerum, quarum cupidi sumus, impetrandarum et fati avertendi caussa, non solum licita declaratur, sed etiam ad utramque libenter faciendam excitatur; quapropter multi librum detestantur. — 11801. El-Morshid El-Wejíz, dux brevis de doctrinis Coranum augustum spectantibus, auctore *Abu Sháme*. — 11802. El-Morshid El-Wejíz, dux brevis de critica coranica, auctore *Abu Sháme*. — 11803. Morshidet el-tálib, dux studiosi ad studia altissima, auctore *Abu'labbás Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ben Imád Ben Ali*, vulgo *Ibn-elháim* dicto et anno 815 (inc. 13. Apr. 1412) mortuo. Liber arithmeticus in praefationem, capita et conclusionem distributus, qui ita incipit: Laus Deo pro cognitione subtili etc. [Serius auctor ejus epitomen edidit *El-Nuzhet sharh* (?) *El-Morshidet* inscriptam], et Sheikh *Abdullah Ben Behá-ed-dín Mohammed Ben-elshenshúri*, [anno 999 (inc. 20. Oct. 1590) mortuus], commentarium *Bughyet el-rághib fi sharh Morshidet el-tálib* inscriptum et volumine comprehensum composuit, qui textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo ea, qua dignus est etc. Eum auctor die septimo decimo mensis Sha'bán anni 997 (inc. 10. Nov. 1588) absolvit. — 11804. Mirsád el-afhám, via ampla intellectuum ad principia statutorum. Commentarius in Compendium *Ibn-elhájibi*, de quo infra dicetur. — 11805. Mirsád

العباد من المبداء الى المعاد فارسى للشيخ نجم الدين ابى بكر عبد الله بن محمد بن شاهادر الاسدى الرازى المعروف بدايه توفى سنة جعله على خمسة ابواب فيها اربعون فصلا كلّها فى السلوك والوصول وتربية النفس اتمّه فى اول رجب سنة ٦٢٠ ببلدة سيواس اوله فى ديباجة الكتاب والثانى فى المبداء والثالث فى المعاش والرابع فى المعاد والخامس فى السلوك وطوائف مختلفة ترجمه قاسم بن محمود القره حصارى فى عصر السلطان مراد بن محمد وسمّاه ارشاد المريدين الى المراد فى ترجمة مرصاد العباد ١١٨٠٦ مرصد الاحرار فى سير مرشد الابرار لابى اسحق الكازرونى فارسى منظوم ١١٨٠٧ مرصّع لابن الاثير ١١٨٠٨ المرض الالهى لبقراط ذكر جالينوس فى شرح تقدمة المعرفة عن هذا الكتاب انّه يردّ فيه على من ظنّ ان الله يكون سبب مرض من الامراض ١١٨٠٩ مرغوب القلوب فارسى ١١٨١٠ مرقى الى المقدس الانقى للشيخ تاج الدين احمد بن محمد بن عطاء الله الاسكندرانى المتوفى سنة ٧٠٩ ١١٨١١

---

**el-obbád min el-mebdá ila el-meád**, via cultorum Dei ex hac vita priori in futuram, auctore Sheikh *Nejm-ed-dín Abu Bekr Abdallah Ben Mohammed Ben Sháháder Asedi Rázi*, vulgo *Dáyeh* dicto et anno . . . mortuo. Liber persicus, quem auctor mense Rejeb I anni 620 (inc. 4. Febr. 1223) in urbe Síwás absolvit et in quinque capita distribuit, quae quadraginta sectiones continent. Eae omnes viam spiritalem, altiorem perfectionis mysticae gradum et animae educationem spectant. Caput primum praefationem libri continet, secundum de hac vita agit, tertium de rebus ad vitam necessariis, quartum de vita futura, quintum de via spiritali et functionibus diversis. *Cásim Ben Mahmúd Carahhisári* tempore Sultani *Murád Ben Mohammed* turcicam ejus translationem edidit *Irshád el-morídín ila el-morád fi tarjemet Mirsád el-obbád* inscriptam. — 11806. **Marsad el-ahrár**, observatorium hominum optimorum de moribus ducis piorum, auctore *Abu Is'hac El-Kázerúni*. Carmen persicum. — 11807. **El-Morassa'**, liber gemmatus, auctore *Ibn-elathír*. — 11808. **El-Maradh El-Iláhi**, Hippocratis liber de morbo divino. Galenus in commentario, quem in Prognostica scripsit, de hoc libro dicit, auctorem in illo eos refutasse, qui Deum caussam morbi cujusquam esse falso autumarent. — 11809. **Marghúb el-colúb**, desiderium cordium expetitum. Persice. — 11810. **Mercá ilá el-macdis el-aneá**, scala ad locum sanctum purissimum, auctore Sheikh *Táj-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ben Atáallah Iskenderáni*, anno 709 (inc. 11. Jun. 1309) mortuo. — 11811. **Mercát**

مرقاة الادب مختصر في اللغة فارسي منظوم من منظومات الاحمدي الكرماني المتوفى سنة ٨١٥ اوله بعد حمد پادشاه لا يزال الخ ومن ابياته

چون لغت آمد كليد علم بس
در پی تحصيل آن بايد هوس

وفي خاتمته ثمان وعشرون قانونا من القوانين في العلوم والمرقاة لغة اخرى مختصر فارسيّة على اثنى عشر بابًا اوله الحمد لله مبدع الاشياء بقدرته الخ ١١٨١٢ مرقاة الارفعيّة في طبقات الشافعية للشيخ مجد الدين محمد بن يعقوب الفيروزابادي الشافعي المتوفى سنة ٨١٧ ١١٨١٣ مرقاة الجهاد في تاريخ ملك دانشمند احمد واولاده وذكر انه حفيد البطال الغازي لعالي شاعر الّفه سنة ٩٩٧ في اربعين يومًا بمرعى چورم وذكر فيه اسم السلطان مراد خان وذكر ان الملك عزّ الدين كيكاوس السلجوقي امر بانشائه فأنشا كاتبه ابن العلاء بما جرى في عصرهم من التركيات ثم لما اندرس اسمه ولم يبق شيء من انشائه امره السلطان

---

el-edeb, scala philologiae. Compendium lexicologicum persicis versibus compositum ab *Ahmedi Kirmáni*, anno 815 (inc. 13. Apr. 1412) mortuo. Incipit ita: Post laudem *Pádisháh*i in aeternum durantis etc. Unus ex ejus versibus ita sonat:

Cum lingua sola clavis scientiae sit,
In sectanda ejus scientia cupidiorem esse oportet.

In conclusione viginti octo canones doctrinas spectantes proponuntur. Aliud praeterea compendium lexicologicum persicum *Mercát* inscriptum exstat, quod in duodecim capita distributum est et ita incipit: Laus Deo res omnipotentia sua primum creanti etc. — 11812. El-Mercát el-arfaíyet, scala altissima de classibus Shafiitarum, auctore Sheikh *Majd-ed-dín Mohammed Ben Ya'cúb Fírúzábádi* Shafiita, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. — 11813. Mercát el-jihád, scala belli sacri. Historia regis *Dánishmend Ahmed* ejusque filiorum, quem auctor nepotem *Sídi El-Battál El-Gházi* (pugnatoris strenui) esse dicit. Scripsit *Ali* Poeta quidam anno 997 (inc. 10. Nov. 1588) quadraginta diebus in urbe *Mer'á tjorum*, et nomen Sultani *Murád Khán*i ibi memorat. Praeterea narrat, regem *Izz-ed-dín Keikáwus Seljucki*dam mandasse, ut haec historia scriberetur. Itaque *Ibn-elalá* ejus scriba eleganter res gestas Turcarum descripsit, quae eorum tempore evenerant. Deinde cum auctoris nomen oblivione deletum, nec ullum vestigium eorum quae scripserat reliquum esset,

مرادخان بن اورخان باستئنافه فاستأنف رجل من المستحفظين في قلعة توقات يقال له عارف على سنة ٧٦٢ فزاد ونقص نظما ونثرا ثم اصلحه في كتابه هذا ١١٨١٤ مرقاة الصعود الى سنن ابى داود مر ١١٨١٥ مرقاة العلية في شرح اسماء النبوية للشيخ جلال الدين عبد الرحمن ابن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١١٨١٦ مرقاة اللبيب الى علم الاعاريب للشيخ برهان الدين ابراهيم بن موسى الكركى الشافعى المتوفى سنة ٨٥٣ ١١٨١٧ مرقاة اللغة اخذ مؤلفه من الجوهرى اربع عشرة الف لغة ومن القاموس ست عشرة الف لغة الفه ثم ترجمه بالتركى ١١٨١٨ مرقاة المبتدئين ونهاية المنتهين في شرح المنظومة المعروف بالجواهر ١١٨١٩ مرقاة الوصول في علم الاصول متن لمولانا محمد بن فرامرز المعروف بخسرو المتوفى سنة ٨٨٥ ثم شرحها وسماها مرآة الاصول وهو شرح لطيف جامع للفوائد المنقولة من المتقدمين مع زوائد ابدعها خاطره الشريف قال المولى رياضى والانسب ان يسمى المتن بمرآة الاصول لكونه

---

Sultán *Murád Khán Ben Urkhán* historiam redintegrari jussit, quapropter miles quidam praesidiarius in castello Tocát, cui nomen *Arif* erat, versus annum 762 (inc. 11. Nov. 1360) ita eam repetiit, ut nova adderet et alia resecaret ligata et soluta oratione scripta. Tum in hoc libro *Ali* recensionem illam recognovit. — 11814. Mercát el-soúd, scala adscensus ad *Abu Dawudi* librum *Sonen*, de quo supra dictum est. — 11815. El-Mercát El-Alíyet, scala excelsa. Explicatio nominum prophetae, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 11816. Mercát el-lebíb, scala cordati ad doctrinam flexionum finalium, auctore Sheikh *Borhán-ed-dín Ibráhím Ben Musa Kereki* Shafiita, anno 853 (inc. 24. Febr. 1449) mortuo. — 11817. Mercát el-loghat, scala lexicologica. Auctor e *Jauherii* lexico quatuordecim milia verborum et e *Cámúso* sedecim milia assumsit. Tum hanc compositionem in linguam turcicam transtulit. — 11818. Mercát el-mobtediyín we Niháyet el-montehín, scala tironum et extrema statio provectorum. Commentarius in carmen, vulgo *El-Jewáhir* dictum. — 11819. Mercát el-wosúl fi ilm el-osúl, scala perveniendi de doctrina principiorum (religionis). Textus, quem Molla noster *Mohammed Ben Ferámerz*, vulgo *Khosrew* dictus et anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuus, composuit. Deinde in eum commentarium edidit *Mir'at el-osúl* inscriptum. Elegans hic commentarius est et adnotationes utiles a veteribus petitas cum additamentis continet, quae mens ejus augusta suppeditaverat. Molla *Riyádhi*: Convenientius est, ait, ut textus *Mir'at el-osúl* nominetur, cum de principiis compositus sit, et commentarius *Mercát*

مؤلّفا فيه والشرح بمرقاة الوصول لايصال الطالب الى معناه اول المتن حامدا لمن سيّد اصول الدين الخ واول الشرح الحمد لله الذى كرّم بنى آدم بالعقل القويم الخ واورد فى الخطبة اربعة عشر اسمًا من اسمآء كتب الاصول واربعة عشر من كتب الفروع [قال المولى جار الله ولى الدين فى حاشية نسخة الاسامى وعليه حاشية كبيرة فى جلدين للمولى حامد افندى القاضى بالعساكر العثمانية المتوفى سنة ١٠٩٨ وحاشية كبيرة فى جلد لبعض شركائى المشتهر بمصطفى البسنوى الموستارى المتوفى بعد سنة ١١١٠ وحاشية صغيرة للمولى محمد الطرسوسى المتوفى سنة ١١١٧ وتعليقة للفاضل سليمان الازميرى المتوفى سنة ١١٠٢ انتهى] ١١٨٢٠ مرقاة الوفية فى طبقات الحنفيّة للشيخ مجد الدين ابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادى الشيرازى المتوفى سنة ٨١٧ ١١٨٢١ مرقص الطرب فى الغزل لابى العباس احمد بن محمد المعروف بابن العطار الدنيسرى المتوفى سنة ٧٩٤ ١١٨٢٢ مرقص ومطرب فى اخبار اهل المغرب فى الادب لابى الحسن على بن موسى ابن سعيد الاندلسى المؤرّخ المتوفى سنة ٦٧٣ اوله اما بعد حمد الله الذى شرف الانسان

---

*el-wosúl*, cum studiosum ad argumentum ejus intelligendum ducat. Textus ita incipit: Laudatorem ejus, qui dominus principiorum religionis est etc., et commentarius ita: Laus Deo, qui filios Adami mente justa honoravit etc. In praefatione quatuordecim titulos librorum de principiis affert et quatuordecim libros de partibus juris derivatis. [Molla *Járallah Weli-ed-dín* in glossis marginalibus ad exemplum, ubi tituli notati erant: Ad hunc librum, ait, Molla *Hámid Efendi* judex exercituum othmanicorum supremus, anno 1098 (inc. 7. Nov. 1686) mortuus, glossas amplas duobus voluminibus comprehensas edidit, itemque glossas magnas volumine comprehensas sodalium meorum unus, nomine *Mustafá Bosnewi Mostári* notus et post annum 1110 (inc. 30. Jun. 1698) mortuus, et glossas minores Molla *Mohammed Tarsúsi*, anno 1117 (inc. 14. Apr. 1705) mortuus, et denique scholia bene meritus *Soleimán Izmíri*, anno 1102 (inc. 25. Sept. 1690) mortuus. — Haec ille. — 11820. El-Mercát El-Wefíyet, scala perfecta de classibus Hanefitarum, auctore Sheikh *Majd-ed-dín Abu Táhir Mohammed Ben Yacúb Firúzábádi Shirázi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. — 11821. Morckis el-tarab, artifex jocis exhilarans. Carmina amatoria, auctore *Abu'lAbbás Ahmed Ben Mohammed Doneiseri*, vulgo *Ibn-elattár* dicto et anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuo. — 11822. Morckis we Motrib, jocans et exhilarans de historia virorum occidentis, Liber philologicus, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Musa Ben Saíd Andalusi* Historiographo, anno 673 (inc. 7. Jul. 1274) mortuo. Incipit ita: Praemissa laude Dei, qui hominem praeter cetera animalium genera nobilitavit

على سائر انواع الحيوان الخ قال انى لما تغلغلت فى الرحلة بين مشرق ومغرب اشتغلت بالكتاب الموسوم بجامع المرقصات والمطربات وهو محتو على ما يتضمّنه من الغرض المذكور فى كتاب المُشرِق فى حُلَى المَشْرِق وكتاب المُغْرِب فى حلَى المغرب فجعلت هذا الكتاب كالمقدّمة بين يديه وصنفته ليكون كالمدخل اليه قال ورتبته على الاعصار والطبقات التى يبنى الجامع المذكور عليها الكلام فيها خمس المرقص والمطرب والمقبول والمسموع والمتروك فالمرقص مما كان مخترعا او مولّدا تكاد تُلْحِقه بطبقة الاختراع لما يوجد فيه من السمر الذى يمكّن ازمة القلوب من يديه ويلقى محبّة عليه والمطرب ما نقص فيه الغرض عن درجة الاختراع الّا ان فيه نفحة من الابتداع والمقبول ما كان عليه طلاوة عمّا لا يكون فيه غرض والمسموع ما عليه اكثر الشعر والمتروك ما كان كَلًّا على السمع [ ومحمد بن معلّى الازدى المتوفى سنة ] ١١٨٢٣ مرقق القلوب ١١٨٢٤ مرقية العليا فى تفسير الرؤيا من كتب التعبير لبعض

---

etc. Auctor: Quum, inquit, in itinere inter regiones orientales et occidentales vèrsarer, occupatus eram libro *Jámi' el-morckisát we el-motribát* inscripto, qui ea continebat, quae partem constituunt quaestionum in libris *El-Moshric fi holá el-mashric et El-Moghrib fi holá el-maghrib* proponendarum. Jam hunc librum prodromum quasi esse volui illi operi praemissum eumque composui, ut quasi introductio in istum esset. Disposui eum, inquit, secundum partes temporis, et classes, quas aequabiliter intra singulas illas temporis partes pro fundo orationis in *El-Jámi'* laudato posuit, quinque sunt: Genus ad saltationem incitans — ad corpus versandum movens — gratum — quod audiri potest — abjiciendum. — Genus ad saltationem incitans sive aliquid est novum nec ad aliorum exemplum compositum, sive ad formam alienam ita effictum, ut prope classem novi tangat propter orbem cogitationum, qui frena cordium in manus poetae certe et firmiter dat et ei amorem conciliat. — Genus ad corpus versandum excitans ea complectitur, in quibus, quae poeta consequi studet, gradum primi exempli non attingunt; attamen ex iis saltem odor novitatis afflatur. — Genus gratum sive placens lepidum quidem colorem, at nullum studium prae se fert, quo altiora petantur. — Genus quod saltem audiri potest ea comprehendit, quae modum carminum plurimorum communem non excedunt. — Genus abjiciendum ea continet, quae auri molestiam graviorem creant. — [*Mohammed Ben Moallá El-Azdi*, anno . . . mortuus, librum ejusdem tituli edidit]. — 11823. Moraeckic el-colúb, liber corda teneriora reddens. — 11824. El-Mercát El-Olyá fi tefsír el-ruyá, scala alta de interpretatione somniorum. Scripsit hoc volumen de arte somnia inter-

المغاربة مجلد على سبعة عشر بابًا   ١١٨٢٥ مركز النسيم الى ابن عبد الكريم رسالة للسيوطى ذكره فى فنّ الفقه   ١١٨٢٦ مركز الادوار   ١١٨٢٧ المرموزات العشرون للشيخ صدر الدين مظفر مختصر اوله سبحانك اللهم وبحمدك الخ وهى فى مسامرات ومناجات ونصائح

١١٨٢٨ مروج الذهب ومعادن الجوهر فى التأريخ لابى الحسن على بن حسين بن على المسعودى المتوفى سنة ٣٤٦ اوله الحمد لله اهل الحمد ومستوجب الثناء الخ ذكر فيه انه صنّف اولا كتابا كبيرا سمّاه اخبار الزمان ثم اختصره وسمّاه الاوسط ثم اراد اجمال ما بسطه واختصار ما وسطه فى هذا الكتاب وقال نودعه لمع ما فى ذينك الكتابين مما ضمنا هما وغير ذلك من انواع العلوم واخبار الامم قال كنا قد اتينا على جميع تسمية اهل الاعصار من رواة الآثار ونقلة السير والاخبار وطبقات اهل العلم من عصر الصحابة ثم من تلاهم الى سنة ٣٣٢ فى كتابنا اخبار الزمان وفى الاوسط وسمّيته بمروج الذهب لنفاسة ما حواه وجعلته تحفة

---

pretandi vir quidam Mauritanus et in septendecim capita distribuit. — 11825. Merkaz el-nesím ila Ibn Abd-el-kerím, centrum aurae ad *Ibn Abd-el-kerím* missae. Tractatus *Soyúti*, quem in scriptis juridicis commemorat. — 11826. Merkaz el-adwár, centrum periodorum. — 11827. El-Mermúzát El-Ashrún, indicia subtilia viginti, auctore Sheikh *Sadr-ed-dín Motzaffer.* Compendium ita incipit: Praedicatio Tibi, o Deus, et a laude Tua etc., et confabulationes nocturnas, colloquia clandestina et monita continet. — 11828. Morúj el-dzeheb we Meádin el-jauher, prata aurea et fodinae lapidum pretiosorum, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Hosein Ben Ali El-Mes'údi*, anno 346 (inc. 4. Apr. 957) mortuo. Opus historicum, quod ita incipit: Laus Deo laude digno et praedicationem merenti etc., et auctor primum se librum magnum scripsisse dicit *Akhbár el-zemán* inscriptum. Tum hunc in epitomen coegit, quam Librum Medium (*El-Ausat*) appellavit. Deinde in summam colligere voluit, quae fusius disseruerat, et in breve contrahere, quae in libro *Ausat* neque late neque praecise disputaverat, et dicit: In hoc breviori libro florem argumenti deponere voluimus, quod illi duo libri et alia scripta ex diversis doctrinis et populorum historiis continent. Dedimus, inquit, nomina eorum omnia, qui variis temporibus facta memorabilia retulerunt, biographias, historias classesque virorum doctorum tradiderunt ab aevo inde sociorum prophetae, et denique eorum, qui illos secuti sunt, in libro nostro *Akhbár el-zemán* et in *El-Ausat* usque ad annum 332 (inc. 4. Sept. 943). Hunc librum autem titulo insignivi „*Prata aurea*“, ut desiderium eorum excitemus, quae continet, et donum esse volui viris nobilibus

الاشراف لما قد ضمنته من جمل ما تدافع الحاجة اليه وتنازع النفوس الى علمه ولم نترك نوعا من العلوم ولا خفاء من الاخبار الّا اوردناه مفصلا او مجملا فمن صرف شيئًا من معناه او زال ركنا من مبناه او طمس واضحة من معالمه او لبس شيئًا من تراجمه او غيّره او بدّله او انتخبه او اختصره او نسبه الى غيرنا او اضافه الى سوانا فوافاه من غضب الله ووقوع نقمه وفوادح بلاياه ما يعجز عنه صبره ويحار له فكره وجعله مثلة للعالمين وعبرة للمعتبرين وآية للمتوسّمين وسلبه الله ما اعطاه وحال بينه وبين ما انعم به عليه من قوة ونعمه مبدع السموات والارض من اى ملل كان انه على كل شىء قدير وقد جعلت هذا التخويف فى اول كتابى وآخره ليكون رادعا لمن ميله هوى او غلبه شقا فليراقب امر ربّه وليحاذر منقلبه فالمدّة يسيرة والمسافة قصيرة والى الله المصير ١١٨٢٩ مروج النظر ١١٨٣٠ مرهم العلل المعطّلة فى الردّ على ائمّة المعتزلة للامام عبد الله بن اسعد اليافعى المتوفى سنة ٧٦٨ ١١٨٣١ مزالق العزلة

---

oblatum, cum ea omnia illi inserere studui, ad quae necessitas impulit et quae scire animi cupiunt, neque ullum doctrinarum genus neque partem historiarum occultam praetermisimus; ea potius per singulas partes aut summatim proposuimus. Qui jam argumenti ejus quidpiam mutaverit, aut angulum ex ejus structura removerit, aut aliquod vestigium clarum deleverit, aut splendorem capitis alicujus obscuraverit aut corruperit aut substituerit, aut potiorem partem ex libro selegerit aut in breve contraxerit, aut ad alium auctorem praeter nos retulerit, aut viro a nobis diverso attribuerit, eum ira divina affligat, vindicta eum puniat et calamitates tam graves eum tentent, ut eas patienter tolerare vix sustineat et mens ejus attonita haereat. Deus eum hominibus doctis exemplum esse sinat et documentum considerantibus signumque intelligentibus, eique eripiat quae dederit, et inter eum et vim et alia beneficia quae ei tribuerit, cuicunque sectae deditus sit, creator coelorum et terrae intercedat; ille enim dominus est omnium rerum potentissimus. Hoc terriculum initio libri mei posui et in fine, ut eum prohibeat, cujus inclinatio propensa sit aut insolentia satis violenta ad tale quid faciendum. Timeat igitur imperium domini sui et ejus reditum aufugiat; spatium enim parvum est et intervallum breve. Ad Deum autem omnia redeunt. — 11829. **Morúj el-natzar**, prata considerationis. — 11830. **Merhem el-ilel el-moattilet**, emplastrum morborum nervos frangentium (et Deum hypostasi exinanientium) de refutatione Imamorum Motazelitarum, auctore Imám *Abdallah Ben As'ad El-Yáfii*, anno 768 (inc. 7. Sept. 1366) mortuo. — 11831. **Mezálic el-ozlet**, gradus

لضياء الدين عمر بن ابى الحسن البسطامى المتوفى سنة ١١٨٣٢ مزامير داود ١١٨٣٣ مزج الزهور فى وقائع الدهور فى مجلدين ١١٨٣٤ المزدهى فى روضة المشتهى للسيوطى ذكره فى فهرسة من النوادر ١١٨٣٥ مزكى الاخبار ١١٨٣٦ مزكى النفوس تركى لابن اشرف هو الشيخ عبد الله بن اشرف بن محمد المصرى ثم الرومى ١١٨٣٧ مزهر اللغة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ اوله الحمد لله خالق الالسن واللغات الخ وقد اجاد وابتكر فى ترتيبه واخترع فى تنويعه وتبويبه لم يسبق اليه غيره وهو على خمسين نوعا ثمانية منها راجعة الى اللغة من حيث الاسناد وثلثة عشر منها من حيث الالفاظ وثلثة عشر ايضا من حيث المعنى وخمسة منها من حيث لطائفها والثمانية منها راجعة الى رجال اللغة ورواتها انتهى ١١٨٣٨ مزيد فى فروع الحنفية للامام برهان الدين على بن ابى بكر المرغينانى المتوفى سنة ٥٩٣ ١١٨٣٩ مزيد النفع بما رجح فيه الوقف

---

secessus ex consortio hominum, auctore *Dhiyá-ed-dín Omar Ben Abi'lhasan Bistámi*, anno ... mortuo. — 11832. **Mezámír Dawud**, psalmi Davidis. — 11833. **Mazj el-zohúr fi wecáye' el-dohúr**, mixtio splendoris de eventis temporum. Duo volumina. — 11834. **El-Mozdehi fi raudhat el-moshtehi**, contemtor superbiens de viridario cupientis. *Soyúti* hunc tractatum in scriptis suis facetias raras continentibus commemorat. — 11835. **Mozakki el-akhbár**, probator historiarum justus. — 11836. **Mozakki el-nofús**, purgator animarum, turcice. Scripsit Sheikh *Abdallah Ben Eshref Ben Mohammed*, vulgo *Ibn Eshref* dictus, primum Aegypti et deinde Rumeliae inquilinus. — 11837. **Mizher el-loghat**, barbiton linguae classicae, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo, linguas et dialectos creanti etc. Auctor viam egregiam et nondum tritam in ejus dispositione ingressus est, et novam rationem in generibus et capitibus constituendis iniit, quam nemo antea instituerat. Complectitur autem quinquaginta genera, quorum octo ad linguam ratione habita auctoritatum referuntur, tredecim ratione habita vocum singularum, tredecim alia ratione habita significationum, quinque ratione habita observationum elegantiae verborum, octo denique ad primitivos lexicographiae auctores et traditores spectant. — Haec hactenus. — 11838. **El-Mezíd**, additamenta de partibus juris Hanefitici derivatis, auctore Imám *Borhán-ed-dín Ali Ben Abi Bekr Merghináni*, anno 593 (inc. 24. Nov. 1196) mortuo. — 11839. **Mezíd el-naf'i**, augmentum utilitatis iis

على الرفع لابى الفضل شهاب الدين احمد بن على ابن حجر [العسقلانى] الشافعى المتوفى سنة ٨٥٢ ١١٨٤٠ مزيل الارتياب عن مشتبه الانتساب لابى المجد اسمعيل بن هبة الله الموصلى ذكره المؤيد فى تقويم البلدان اعتنى فيه بضبط الاسمآء فقط ولم يذكر الطول والعرض ١١٨٤١ مزيل الخفاء عن الفاظ الشفاء مرّ فى شفاء قاضى عياض ١١٨٤٢ مزيل الشبهات فى اثبات الكرامات لعماد الدين اسمعيل بن هبة الله بن باطيش [الموصلى المعروف بابن باطيش المتوفى سنة ٦٥٥]

١١٨٤٣ علم المساحة

١١٨٤٤ مساحة الافكار فى مأخذ النظار لابى بكر محمد بن عبد الله العرضى المتوفى سنة ٥٦١ ١١٨٤٥ المسارعة الى المصارعة رسالة لجلال الدين السيوطى ذكره فى فهرس مؤلفاته فى فنّ الحديث ١١٨٤٦ مساعد على معرفة القواعد مختصر قيل لابى بكر الشاشى المتوفى

---

casibus, ubi pausa praeferenda sit vocali *dhamma* ponendae, auctore *Abu'lfadhl Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Ali Ibn Hajr [Ascaláni]* Shafiita, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. — **11840. Mozíl el-irtiyáb**, depulsor dubitationis ab ambiguis locorum similium denominationibus, auctore *Abu'lmajd Ismaíl Ben Hibetallah Mausili. Mowayyed-ed-dín* hunc librum in opere *Tecwím el-boldán* commemorat, et auctor orthographiam nominum duntaxat in eo sibi curae habuit, neque vero longitudinem neque latitudinem locorum definit. — **11841. Mozíl el-khafá an alfátz El-Shefá**, depulsor obscuritatis occultae a vocibus libri *El-Shefá.* Vide supra librum *Shefá* a Cádhi *Iyádh* editum. — **11842. Mozíl el-shobahát**, depulsor dubiorum de miraculis virorum sanctorum recte definiendis, auctore *Imád-ed-dín Ismaíl Ben Hibetallah Ben Bátísh [Mausili*, vulgo *Ibn Bátísh* dicto et anno 655 (inc. 19. Jan. 1257) mortuo]. —

**11843. Ilm el-mesáhat.** Geodaesia.

**11844. Mesáhat el-afkár**, dimensio cogitationum de fonte, unde philosophi speculantes hauserunt; auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Abdallah El-Ordhi*, anno 561 (inc. 7. Nov. 1165) mortuo. — **11845. El-Mosáraat ila el-mosáraat**, properatio ad colluctandum, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti.* Tractatus, quem in indice scriptorum suorum traditionariorum commemorat. — **11846. Mosái'd ala ma'rifet el-cawái'd**, adjutor cognitionis legum fundamentalium. Compendium, cujus auctor *Abu Bekr*

سنة . ١١٨٤٧ مساعد في شرح التسهيل مرّ . ١١٨٤٨ مسافر في الفروع لابى الحسن [الضرير] منصور بن اسمعيل التميمى الشاعر المتوفى سنة ٣٠٦ [في مجلّد متوسّط غالبه نصوص]

١١٨٤٩ مساق الى ساكن العراق لابى سعد عبد الكريم بن محمد السمعانى المتوفى سنة ٥٦٢ ١١٨٥٠ مسألة ابن تيمية فيه الابحاث الجليّة ١١٨٥١ مسألة الاستثناء فيها رسالة للعلامة محيى الدين ابى عبد الله محمد بن سليمان الكافيجى المتوفى سنة ٨٧٩ قال صاحب الشقآئق لم يغادر صغيرة ولا كبيرة الا احصيها واورد فيها لطآئف لم تسمعها آذان الزمان

١١٨٥٢ مسألة الجذر الاصمّ وهى لو قيل اجتماع النقيضين واقع لانّه لو قال قآئل كلّ كلامى في الساعة كاذب ولم يتكلّم في هذه الساعة بغير هذا الكلام اصادق هذا ام كاذب وقد ذكرها التفتازانى في شرح المقاصد بعبارة اخرى وقال هذه مغلطة تحيّر في حلّها عقول العقلآء ولهذا سميتها مغلطة الجذر الاصمّ وفيه رسآئل منها رسالة اولها اما بعد حمد الله فتاح

---

*El-Shâshi*, anno . . . mortuus, esse dicitur. — 11847. Mosái'd, adjutor. Commentarius in librum *Tes'hil*, de quo supra dictum est. — 11848. El-Mesáfir, partes vultus conspicuae de partibus juris derivatis, auctore *Abu'lhasan Mansúr Ben Ismaîl Temîmi* [*El-Dharîr*] Poeta, anno 306 (inc. 14. Jun. 918) mortuo. [Volumen intermedium maximam partem sanctiones continens]. — 11849. Mosác ila sákin El-Irác, (liber) ad incolam Iracae missus, auctore *Abu Sa'd Abd-el-kerîm Ben Mohammed El-Sem'áni*, anno 562 (inc. 28. Oct. 1166) mortuo. — 11850. Mes'alet Ibn Teimíya, quaestio *Ibn Teimîyae*. Liber disquisitiones evidentes continens. — 11851. Mes'alet el-istithná, quaestio exceptionis. Continet tractatum, a viro doctissimo *Mohyi-ed-dîn Abu Abdallah Mohammed Ben Soleimán Kafiji*, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuo, compositum. Auctor libri *El-Shecáic*: Nullam, ait, rem reliquit neque minorem neque majorem, quin eam enumeraverit, et dicta elegantia ibi affert, quae aures temporis nondum audiverant. — 11852. Mes'alet el-jadzr el-asamm, quaestio numeri ineffabilis. Haec est ea quaestio: Si quis dixerit: Consensio duarum propositionum contradictoriarum obtinet. Si quis enim v. c. dixerit: Oratio mea omnis hac hora enunciata mendacium est, neque ea hora quidquam aliud praeter verba illa pronunciaverit, hocne verum est an mendacium? — Eandem quaestionem *Teftázáni* in commentario in librum *El-Mecásid* aliis verbis proposuit, et: Haec quaestio, ait, captiosa est, in qua solvenda mentes intelligentium obstupefactae haerent, eamque ob caussam ei nomen *Maghlatat el-jadzr el-asamm* dedi. De eadem quaestione plures tractatus agunt, ut ille, qui ita incipit: Praemissa laude Dei

مفاتيح المعضلات الخ ١١٨٥٣ مسئلة الحشيش في تحريمها زهر العريش للزركشي ورسالة العماد والدرّ الوسيم في شرحه وتكريم المعيشة للقطب القسطلاني والسوانح الادبيّة في مدحه ١١٨٥٤ مسئلة الخاصّة في الوكالة العامّة رسالة لابن نجيم زين العابدين المصري [المتوفى سنة ٩٧٠] ١١٨٥٥ مسئلة الستين من مهمّات مسائل الدين للشيخ الزاهد شهاب الدين احمد ابن قريبة المحلّي الشافعي المتوفى سنة شرحه السيوطي وسمّاه الماهد لمسائل الزاهد ١١٨٥٦ مسئلة السرّ في عور الدجال لابي القاسم عبد الرحمن بن عبد الله السهيلي المتوفى سنة ٥٨١ وله مسئلة في روية الله وروية النبي صلعم في المنام ١١٨٥٧ مسئلة التسريحيّة مشهورة في الطلاق بين الشافعية فالّفوا فيها منها رسالتان للامام ابي حامد محمد بن محمد الغزالي احدهما في وقوع الطلاق المسمّى بغاية الغور في دراية الدور وهي بسيطة والثاني في عدم وقوعه سمّاها الغور في الدور وهي مختصر رجع فيها عن الاولى واعتذر وفيه التحقيق

---

claves locorum difficilium aperientis etc. — 11853. **Mes'alet el-hashísh**, quaestio herbae *hashísh* de defendendo flore *arísh*, auctore *Zerkeshi.* De eadem re agunt tractatus *Imád-ed-dini*, commentarius in eum *El-Dorr El-Wesím* inscriptus, liber *Tekrím el-maishet* a *Cotb ed-dín El-Castelání* editus et *El-Sewánih El-Adebíyet*, in quo laudes herbae praedicantur. — 11854. **El-Mes'alet El-Khássat**, quaestio peculiaris de procuratione communi committenda. Tractatus, auctore *Zein el-ábidín El-Misri*, vulgo *Ibn-Nojeim* dicto [et anno 970 (inc. 31. Aug. 1562) mortuo]. — 11855. **Mes'alet el-sittín**, quaestio sexaginta virorum, auctore Sheikh El-Záhid (asceta) *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Coreiba El-Mahalli* Shafiita, anno . . . mortuo. Sunt quaestiones gravissimae de religione, in quas *Soyúti* commentarium edidit *El-Máhid li mesáil El-Záhid* inscriptum. — 11856. **Mes'alet el-sirr**, quaestiones arcani de Antichristo unoculo, auctore *Abu'lcásim Abd-el-rahman Ben Abdallah Soheili*, anno 581 (inc. 4. Apr. 1185) mortuo. Idem quaestionem edidit de conspectu Dei et de conspectu prophetae per somnium. — 11857. **El-Mes'alet El-Tesríhíyet**, quaestio *Tesríhíyet* dicta de divortio, quae inter Shafiitas magnam celebritatem consecuta est. Scripserunt de ea multi, ut Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, qui duos tractatus edidit, quorum prior et amplior de casibus agit, qui divortium admittunt, et *Gháyet el-ghaur fi diráyet el-daur* inscriptus est, posterior et brevior, *El-Ghaur fi el-daur* inscriptus, casus tractat, ubi divortium non admittendum est. Retractat hic priorem et se ea de re excusat. De eadem quaestione

للتقى السبكى قال الشيخ تقى الدين ابن دقيق ذكر بعضهم انها اذا عكست انحلّت وتقريره ان صورة المسئلة متى وقع عليك طلاقى فانت طالق قبله ثلثا او متى طلقتك فاطال وردّ عليه التقى السبكى وهو مذكور فى ترجمته من طبقات التاج السبكى ١١٨٥٨ مسئلة العلو والنزول فى الحديث لابن طاهر ١١٨٥٩ مسئلة العمرة فيها عواطف النصرة فى تفضيل الطواف على العمرة للمحبّ الطبرى والدرر المستحسنة فى تكرير العمرة فى السنة لليافعى وبه افتى البلقينى والانصاف فى تفضيل العمرة على الطواف للفارسكورى ذكره صاحب البحر العميق فى ظهر كتابه ١١٨٦٠ مسئلة ما اعظم الله للشيخ تقى الدين على بن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦ ١١٨٦١ مسالك الابصار فى اخبار ملوك الامصار فى عشرين مجلّدات كبار لشهاب الدين احمد بن يحيى بن محمد الكرمانى العمرى الشافعى المعروف بابن فضل الله الكاتب الدمشقى المتوفى سنة ٧٤٩ جعله على قسمين الاول فى الارض والثانى فى سكان الارض

---

agit libellus *Tahckic* a *Tacki-ed-dín Sobki* editus. Sheikh *Tacki-ed-dín Ibn Dackic:* Dicit quidam, inquit, propositionem, quando invertitur, vi sua privari. Formula enim quaestionis conformatae est haec: Quando tu, conjux, divortii culpam per me suscipies, (non minus quam) jam ante ter repudio dimissa es — sive: Quando te repudio dimittam. De his multa verba facit. *Tacki-ed-dín Sobki* eum refutat, et haec res biographiae illius viri in *Tabacát Táj-ed-dín*i *Sobki* inserta narratur. — 11858. Mes'alet el-oloww we el-nozúl, quaestio de qualitate traditionis, quae ascensio (usque ad prophetam) et descensio dicitur. Agit de re traditionaria et *Ibn Táhir* auctorem habet. — 11859. Mes'alet el-umret, quaestio de visitatione sacra in festo Mekkano *Umret* dicta. Agit de ea liber *Awátif el-nosret fi tefdhíl el-tawáf ala el-umret* a *Mohibb-ed-dín Taberi* editus, et *El-Dorer El-Mostahsenet fi tekrír el-umret fi el-senet*, cujus auctor *Yáfii* est. Ea de re *Bolckeini* jurisconsultum edidit, et *Fáriskúri* librum *El-Insáf fi tefdhíl el-umret ala el-tawáf*, quem auctor libri *El-Bahr El-Amíc* in tergo ejus commemorat. — 11860. Mes'alet má atzam allah, quaestio de propositione „Quam magnus est Deus", auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 5. Jan. 1356) mortuo. — 11861. Mesálik el-absár, viae oculorum de historia principum magnarum urbium. Viginti volumina magna, auctore *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Yahya Ben Mohammed Kermáni Omari Dimeshcki* Shafiita et Scriba, vulgo *Ibn Fadhlallah* dicto et anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuo. Disposuit librum in duas partes, quarum prior de

ذيّله ولده شمس الدين محمد بن يوسف الكرماني ذكره السيوطي في طبقات النحاة في ترجمة محمد المذكور

١١٨٦٢ علم مسالك البلدان

١١٨٦٣ مسالك الحنفآء الى مشارع الصلوة على النبى المصطفى صلعم للشيخ الامام شهاب الدين احمد بن محمد بن ابى بكر القسطلانى المتوفى سنة ٩٢٣ وهو مجلد اوله الحمد لله فاتح مسالك ابواب الصلوة الخ ورتّبه على احد عشر مسلكا وفرغ في رجب سنة ٩١٧ ١١٨٦٤ مسالك الحنفآء في والدى المصطفى للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ رسالة اوردها في حاويه تماما ١١٨٦٥ مسالك الخلاص في مهالك الخواصّ رسالة للمولى احمد بن مصطفى المعروف بطاش كبرى زاده المتوفى سنة ٩٦٢ في تحقيق بحث السيد والسعد عند تيمور اوله باسمك اللهم يا عظيم الاسمآء الخ شرحه تلميذه محمد امر الله زيرك الحسينى واتمّه سنة ٩٨٤ ولعبد الرحيم المشهدى ١١٨٦٦ المسالك في علم

terra, posterior de incolis terrae agit. *Shems-ed-dín Mohammed Ben Yusuf Kermáni* filius auctoris eum continuavit, ut *Soyúti* in Classibus grammaticorum in biographia *Mohammed*is laudati narrat. —

11862. Ilm mesálik el-boldán. Doctrina viarum terra marique.

11863. Mesálik el-honafá, viae orthodoxorum ad compita precationis pro propheta electo, auctore Sheikh et Imám *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ben Abi Behr Castelâni*, anno 923 (inc. 24. Jan. 1517) mortuo. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, vias portarum precationis aperienti etc., et in undecim vias dispositum est. Auctor mense Rejeb anni 917 (inc. 31. Mart. 1511) absolvit. — 11864. Mesálik el-honafá fi wálidei el-mustafá, variae opiniones orthodoxorum de parentibus prophetae *Mohammed* electi, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Behr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Tractatum totum suo *Háwi* inseruit. — 11865. Mesálik el-khalás fi mehálik el-khawáss, viae salutis de periculis familiarium, auctore Molla *Ahmed Ben Mustafá*, vulgo *Táshköprízádeh* dicto et anno 962 (inc. 26. Nov. 1554) mortuo. Tractatus de disputatione *Seyyid*i et *Sa'di* coram *Tímúr*o accurate examinanda, qui ita incipit: Nomine Tuo, o Deus, maximis nominibus ornate etc. Commentarium in eum edidit *Mohammed Amrallah Zeirek Hoseini* auctoris discipulus, qui anno 984 (inc. 31. Mart. 1576) absolvit. Tractatum ejusdem argumenti *Abd-el-rehím El-Mashhedi* composuit. — 11866. El-Mesálik

المناسك فى مجلّد ضخم لمحمد بن مكرم بن شعبان الحنفى الكرمانى المتوفى سنة جعله على ثلثة اقسام الاول فى سنن السفر وآدابه الثانى فى مناسك الحجّ وسننه وفرآئضه الثالث فى فضيلة المجاورة بمكة وما فيها من الكراهة اوله الحمد لله على آلآئه وبعد لما رزقنى الله بمجاورة بيته والحجّ ثانيا وثالثا وانحلت الىّ عقد معضلات مسآئل الحجّ بكثرة الممارسة والمجاورة فى المداسة سئلنى بعض اعزّتى ان اجمع له كتابا مشروحا غير مملّ ولا مخلّ مشتملا على اكثر وقآئع الحجّ وحوادثه محتويا على ذكر المذاهب الاربعة موسومة مسآئله بالحجج الشافية فاجبت ومختصر المسالك للقاضى الخجندى سمّاه هداية السالك بمعرفة المناسك رتّب على خمسة عشر بابا اوله الحمد لله الذى فرض على المستطيع من الناس الحجّ الخ

١١٨٦٧ المسالك فى علوم المناسك للقاضى بدر الدين محمد بن ابراهيم بن جماعة [الشافعى] المتوفى سنة [٧٣٣] اوله الحمد لله الملك العلّام الخ قال جمعت فيه من

---

**fi ilm el-menásik**, viae de doctrina ceremoniarum peregrinationis sacrae. Volumen amplum, quod *Mohammed Ben Mokarrem Ben Sha'bán Kermáni* Hanefita, anno ... mortuus, composuit et in tres partes distribuit. Prima pars de ritibus agit et praeceptis in itinere observandis, secunda de ceremoniis, ritibus et statutis peregrinationis sacrae, tertia de merito commorationis in templo Mekkano et de iis quae in ea peragenda reprobanda sunt. Auctor ita incipit: Laus Deo pro ejus beneficiis. Praemissis his, Deus cum beneficium commorationis in templo Mekkano et peregrinationis sacrae in me bis et ter repetitum contulisset, et nodi difficultatum quaestionum de peregrinatione usu multiplici et commoratione in area templi mihi soluti essent, amicorum meorum illustrium quidam a me petiit, ut ei librum componerem expeditum, non languidum neque sterilem, qui plurima, quae in peregrinatione eveniunt et accidunt, complecteretur, opiniones quatuor sectarum orthodoxarum contineret, et cujus quaestiones probationibus sanis distinctae essent. Jam optatis ejus satisfeci. Epitomen libri *Mesálik*, *Hidáyet el-sálik bi ma'rifet el-menásik* inscriptam, quae ita incipit: Laus Deo, qui iis ex hominibus qui possint peregrinationem faciendam praescripsit etc., Cádhi *Khojendi* edidit et in quindecim capita disposuit. — 11867. **El-Mesálik fi olúm el-menásik**, viae de doctrinis rituum in sacra peregrinatione observandorum, auctore Cádhi *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Ibráhím Ben Jemáa* [Shafiita], anno [733 (inc. 22. Sept. 1332)] mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo, regi omniscienti etc. Collegi ibi, ait, subtiles quaestiones rariores et allusiones altioris indaginis, quas nescio an

مهمّات الدقائق واشارات الحقائق ما لا اعلم احدا سبق الى وضعه مع انى لم اتعرض لذكر الدلائل والنوادر ورتبته على عشرة ابواب وجعلت لكلّ باب منها فصولا عشرة ١ فى فضل الحجّ والعمرة ومكة ٢ فى العزم على الحجّ ٣ فى ابتداء خروج الحاجّ وسيره ٤ فى الاحرام والمواقيت ٥ فى دخول مكة والطواف والسعى ٦ فى الوقوف بعرفة ٧ فى الافاضة الى مزدلفة ومنى ٨ فى العمرة وآداب المقام بمكة ٩ فى انواع التحلّل واحكامه ١٠ فى آداب زيارة سيدنا صلعم ١١٨٦٨ المسالك فى المعانى والبيان وهو مختصر التلخيص سبق ١١٨٦٩ مسالك الممالك فارسى لابى الحسن صاعد بن على الجرجانى المتوفى سنة ولابى القاسم عبد الله [بن عبيد الله] ابن خرداد الخراسانى ولابى زيد احمد بن سهل البلخى اوله الحمد لله مبدئ النعم وولى الحمد الخ ذكر فيه اقاليم الارض وبلاد الاسلام بتفصيل [مدنها] ١١٨٧٠ المسالك والممالك لابى العباس احمد بن محمد الطيب السرخسى المتوفى سنة ٢٨٦ ولعلى بن

---

antea quisquam scripto mandaverit, attamen argumenta et propositiones rariores addere evitavi. Librum in decem capita distribui et singula capita in decem sectiones divisi. Caput primum de praestantia peregrinationis, visitationis sacrae *Umret* et Mekkae agit, secundum de consilio peregrinandi, tertium de initio profectionis peregrinantis et ratione in ea se gerendi, quartum de induendo pallio *Ihrám* et primis stationibus, in quibus ritus certi observandi sunt, quintum de introitu in urbem Mekka, de processione circum templum Mekkanum et cursu inter *Zafam* et *Merwam*, sextum de statione *Arafa*, septimum de progressu ad stationem *Muzdalifa* et vallem *Mina*, octavum de visitatione *Umret* et praeceptis se in commoratione Mekkae gerendi, nonum de variis officiis et religione omnes ritus peregrinationis sacrae absolvendi, decimum de praeceptis in visitatione sepulchri domini prophetarum observandis. — 11868. **El-Mesálik fi el-meáni we el-beyán**, viae de doctrina sententiarum et expositionis. Epitome libri *Telkhís*, de quo supra dictum est. — 11869. **Mesálik el-memálik**, viae regnorum, persice. Scripserunt *Abu'lhasan Sáid Ben Ali Jorjáni*, anno . . . mortuus — *Abu'lcásim Abdallah* [*Ben Obeidallah*] *Ben Khordád Khorásáni* — et *Abu Zeid Ahmed Ben Sahl Balkhi*, cujus liber ita incipit: Laus Deo, qui beneficia primus confert et laude dignissimus est etc. Auctor in eo climata terrae et regiones Mohammedanis subjectas describit addita accurata [urbium] recensione. — 11870. **El-Mesálik we El-Memálik**, itineris faciendi descriptiones et regna. Edidit *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Serakhsi* Medicus, anno 286 (Inc. 17. Jan. 899)

عيسى ايضا فارسى مختصر وعلى بن حسين المسعودى المتوفى سنة ولابن حوقل ذكره ابن خلكان فى ترجمة يوسف الكومى الشافعى ١١٨٧١ المسالك والممالك لابى عبيد [عبد الله ابن عبد العزيز] البكرى [الاندلسى] المتوفى سنة [٤٨٧] ذكره النويرى ولابن حوقل كتاب فيه ايضا ذكر صفات البلاد مستوفيا غير انّه لم يضبط الاسمآء ١١٨٧٢ المسالك والممالك لابى عبد الله الجيهانى وزير امير خراسان وكان صاحب فلسفة ونجوم فجمع الغربآء وسألهم عن الممالك ودخلها وكيف المسالك اليها ليتوصّل بذلك الى فتوح البلد فجعل العالم سبعة اقاليم وجعل لكلّ اقليم كوكبًا تارة يذكر فيه اصنام الهند واخرى عجآئب السند ولم يفصّل الكورة ولا وصف المدن بل ذكر الطرق شرقا وغربا وشمالا وبذلك طال كتابه كذا قال صاحب احسن التقاسيم وقال وامّا ابن الفقيه الهمدانى فانّه لم يذكر الّا المدآئن العظمى ولم يرتب الكور والاخبار وادخل فى كتابه ما لا يليق به مرّة يزهد فى الدنيا وتارة يرغب فيه ودفعة يبكى وحينا يضحك ويلهى واما الحافظ وابن خرداذبه فانّ كتابيهما مختصران

---

mortuus, itemque *Ali Ben Isa*, cujus compendium persice scriptum est — *Ali Ben Hosein Mes'údi*, anno . . . mortuus — et *Ibn Haucal*, cujus librum *Ibn Khallikán* in biographia *Yusufi El-Kumi* Shafiitae commemorat. — 11871. **El-Mesálik we El-Memálik**, viae et regna. Scripsit *Abu Obeid* [*Abdallah Ben Abd-el-aziz*] *El-Bekri* [*El-Andalusi*], anno [487 (inc. 21. Jan. 1094)] mortuus, cujus librum *Noweiri* commemorat. *Ibn Haucal* quoque librum ejusdem tituli composuit et terrarum descriptionem omnibus partibus absolutam excepta nominum propriorum orthographia proponit. — 11872. **El-Mesálik we El-Memálik**, viae et regna. Scripsit *Abu Abdallah Jihàni* Wezirus Emíri Khorasanici, qui magna philosophiae et astronomiae scientia imbutus erat. Hic peregrinantes ad se convocavit ex iisque de regnis quaesivit et de ratione, qua invadi possent et quibus viis ad ea perveniendum esset, ut hac cognitione expugnatio terrarum praepararetur. Terrarum orbem in septem climata divisit, singulisque climatibus planetam attribuit, et modo ibi idola Indorum, modo res terrae Sind mirabiles describit. Attamen neque tractus per singulas partes recenset neque urbium qualitates exponit, sed vias tantum persequitur occidentem, orientem septentrionemque versus, qua enarratione liber longior evasit. Ita narrat auctor libri *Ahsan el-tecásim*, et: *Ibn-elfeckih El-Hemdáni*, ait, urbes majores tantum recenset, neque regiones et historias ex ordine persequitur, et res libro inseruit, quae minime ei conveniunt. Ita modo vitam asceticam commendat, modo rerum terrenarum amorem praedicat, modo flet, modo ridet et jocatur. Libri *Hafitsi* et *Khordádbehi* autem

جدا لا يحصل منها فائدة كثيرة ١١٨٧٣ المسالك والممالك لعبد الله بن خردادبه ذكر فيه ان الطريق من موضع كذا الى موضع كذا مقدار من المسافة وذكر ان نواحي طساسيج العراق وغيرها كذا وكذا من المال وذلك مما ينخفض ويرتفع وينقص ويكثر على حسن الاحوال

١١٨٧٤ المسالك والممالك للمراكشي ذكره ابن الوردي ترجمة مسالك الممالك بالتركي لشريف ابن السيد محمد بن الشيخ برهان الدين [المدرس] للسلطان محمد فاتح اكرى بواسطة غضنفر اغا ذكر فيه ان كتاب مسالك الممالك بالفارسي اخرجه المذكور من الخزانة وامر بترجمته فترجم وابقى مواضع صور البلدان والاقاليم بياضا وذكر ايضا انه ترجم ايضا عدة كتب بواسطته واعتذر فيه بان الصور والاشكال غير موافقة لما فيه من التفصيل والاجمال مع ما فيه من التحريف والاهمال قال عبد الله بن خردادبه هذا رسم ايضاح مسالك الارض وممالكها وصفتها وبُعدها وقربها وعامرها على ما رسمه المتقدمون منها فوجدت بطلميوس قد ابان الحدود واوضح الحجة في صفتها بلغة عجمية فنقلتها من لغته باللغة الصحيحة ليقف عليها

---

compendiorum nimis brevium speciem prae se ferunt, nec multa utilitas ex iis capienda est. — 11873. El-Mesálik we El-Memálik, viae et regna. Scripsit *Abdallah Ben Khordádbeh*, qui magnitudinem intervallorum viarum recenset, quibus loca a se invicem distant, et indicat, quinam reditus ex tractibus Iracae aliarumque provinciarum redundent, idque quatenus reditus levantur et crescunt, imminuuntur et augentur, utut temporis benevolentia fert. — 11874. El-Mesálik we El-Memálik, viae et regna, auctore *Merákeshi.* Commemoratur liber ab *Ibn-elwerdi.* Librum *Mesálik el-memálik* Sherif *Ibn-elseyyid Mohammed Ben-elsheikh Borhán-ed-dín* [Professor] in favorem Sultani *Mohammed*, cum urbem Akra per *Ghadhanfar Agha* expugnasset, in linguam turcicam transtulit. Interpres narrat, librum *Mesálik el-memálik* persice compositum esse. Eum *Ghadhanfar Agha* modo laudatus e bibliotheca Akrensi depromsit et verti jussit. *Ibn-elseyyid* igitur eum transtulit, locos autem, quibus terrae et climata pingenda essent, vacuos reliquit. Praeterea narrat, plures se libros illius Aghae ope transtulisse, seque excusat, quod tabulae et figurae descriptioni libri accuratiori et in breve contractae minime respondeant, praeter locos depravatos et omissos, quibus liber laboret. *Abdallah Ben Chordádbeh:* Hic liber, inquit, designationem claram viarum terrae, ejus regnorum horumque descriptionem, intervalla et longinquitatem culturamque eadem ratione continet, qua majores ista designarunt. Ptolemaeum vidi fines clare exposuisse eorumque descriptionem argumentis perspicuis lingua barbara ornasse. Ex hac lingua illa in linguam sanam transtuli, ut legerentur.

وذكر بطلميوس فى كتابه ان مدن الارض على عهده كانت اربعة آلاف ومائتا مدينة كلّ كورة
اشتا اى حارة وطساسيج وطسّوج ناحية فلذلك كثر فيه الصعوبة والاشكال لكأنّ المأمور
مقدورْ ١١٨٧٥ المسالك والممالك المشهور بالعزيزى لحسن بن احمد المهلبى الّفه للعزيز
بالله الفاطمى صاحب مصر ونسبه اليه ١١٨٧٦ مسامرة المسموع فى ضوء الشموع رسالة لجلال
الدين السيوطى المتوفى سنة ٩١١ فى جزء ذكر فيه جوابا من سؤال هل اوقد النبى صلعم
الشمع فتتبّع فكتب ما وجد ١١٨٧٧ مسامرة فى شرح المسايرة يأتى قريبا ومحاضرة الابرار
للشيخ الاكبر اشتهرت به ايضا مرّ ١١٨٧٨ مسامرة الملوك فى تأريخ اهل سلجوق فى الروم
١١٨٧٩ المساواة والمصافحة للامام ابى سعد عبد الكريم بن محمد السمعانى المتوفى سنة
٥٦٢ ١١٨٨٠ مساوى الاخلاق للخرايطى [المحدث السامرى ابى بكر محمد بن جعفر
المتوفى سنة ٣٢٧] ١١٨٨١ مسايرة فى العقائد المنجية فى الآخرة للشيخ الامام كمال الدين

---

Ptolemaeus autem in libro suo quatuor milia ducentas urbes sua aetate narrat in tota terra floruisse. Provincia quaevis ex urbe (*ἄστυ* i. e. *háret*, quae vox proprie vicum urbis significat) et pluribus tractibus (*tasásij. Tassúj i. e. náhiyet*, quae vox arabica tractum terrae significat) constat. Propter descriptionum copiam haec res difficultatibus et obscuritatibus scatet; quasi certe imperata homines facere possent. — 11875. **El-Mesálik we El-Memálik**, viae et regna. Liber nomine *Azízi* clarus, quem *Hasan Ben Ahmed Mohallebi* Fatimidae *Azíz billah* Aegypti regi composuit et nomine ejus insignivit. — 11876. **Mosámeret el-mesmú'**, confabulatio de iis, quae de lumine candelarum tradita sunt. Tractatus, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Responsum in hoc fasciculo proponit ad quaestionem redditum, num propheta candelam accenderit. Persecutus est traditiones, et quas invenerat descripsit. — 11877. **El-Mosámeret fi sharh El-Mosáyeret**, confabulatio. Commentarius in librum *Mosáyeret*, de quo mox dicetur. Liber *Mohádharet el-abrár* a Sheikho maximo *Ibn Arabi* editus eodem nomine inclaruit. Vide supra. — 11878. **Mosámeret el-molúk**, confabulatio regum. Historia Seljuckidarum in Rumelia. — 11879. **El-Mosáwát we El-Mosáfahat**, reconciliatio et consalutatio, auctore Imám *Abu Sa'd Abd-el-kerím Ben Mohammed El-Sem'áni*, anno 562 (inc. 28. Oct. 1166) mortuo. — 11880. **Mesáwi el-akhlác**, pravitates morum, auctore [*Abu Bekr Mohammed Ben Ja'far El-Sámiri* Traditionario, vulgo] *El-Kharáiti* [dicto et anno 327 (inc. 29. Oct. 938) mortuo]. — 11881. **El-Mosáyeret**, dissertatio studiosum in lustrando scientiae genere, quod liber tractat, docens de fidei articulis, qui salutem afferunt in vita futura, auctore Sheikh et Imám *Kemál-ed-dín*

محمد بن همام الدين عبد الواحد الشهير بابن الهمام المتوفى سنة ٨٦١ شرع اولا اختصار الرسالة القدسيّة للامام الغزالي ثم تعرض لخاطره الشريف استحسان زيادات على ما فيها فلم يزل يزداد حتى خرج التأليف عن القصد الاول فصار مستقلّا غير انّه سايَرَهُ في تراجمه وزاد عليها خاتمة بعدها ومقدمة في صدر الركن الاول وينحصر بعد المقدمة في اربعة اركان الاول في ذات الله الثاني في صفاته الثالث في افعاله الرابع في صدق الرسول وفي كلّ منها عشرة اصول والمقدمة في تعريف الفنّ والخاتمة في الايمان والاسلام وشرحه الشيخ كمال الدين محمد بن محمد المعروف بابن ابي شريف القدسي الشافعي وسمّاه المسامرة في شرح المسايرة توفي سنة ٩٠٥ وسعد الدين الديري [الحنفي المتوفى سنة ٨٦٧] وشرح الشيخ قاسم بن قطلوبغا الحنفي المتوفى سنة ٨٧٩

١١٨٨٢ مسائل ابن شجاع عن عيسى ابن ابان عن محمد بن الحسن [الشيباني]

١١٨٨٣ مسائل ابي حازم القاضي وابي روح النمر صاحب ابي يوسف

١١٨٨٤

*Mohammed Ben Hemmám-ed-dín Abd-el-wáhid*, vulgo *Ibn-elhemmám* dicto et anno 861 (inc. 29. Nov. 1456) mortuo. Suscepit primum Tractatum Sanctum (*El-Risálet El-Codsíyet*) Imámi *Ghazáli* in breve contrahendum. Tum generosae ejus menti approbanda se obtulit cogitatio, additamentis ea quae in illo legerentur augenda esse. Itaque addere perrexit, donec compositum fines consilii primi excederet, ita ut liber evaderet peculiaris, nisi quod eundem singularum capitum inscriptionum ordinem, qui in *Ghazáli*i libro cernitur, retinuit. Ad finem conclusionem addidit et initio primi fulcimenti praefationem. Post praefationem liber fulcimentis quatuor comprehenditur, quorum primum de essentia Dei agit, secundum de ejus attributis, tertium de ejus factis, quartum de veracitate prophetae. Singula fulcimenta decem principia continent, et praefatio de definitione generis hujus doctrinae et conclusio de fide cordis et linguae agit. In hunc librum Sheikh *Kemál-ed-dín Mohammed Ben Mohammed El-Codsi* Shafiita, vulgo *Ibn Abi Sheríf* dictus et anno 905 (inc. 8. Aug. 1499) mortuus, commentarium composuit *El-Mosámeret fi sharh El-Mosáyeret* inscriptum, itemque *Sa'd-ed-dín El-Deiri* [Hanefita, anno 867 (inc. 26. Sept. 1462) mortuus, et Sheikh *Cásim Ben Cotluboghá* Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus. — 11882. **Mesáil Ibn Shojá'**, quaestiones *Ibn Shojá*'i auctoritate *Isae Ibn Abán* propositae, qui auctoritate *Mohammed*is *Ben-elhasan* [*Sheibáni*] usus est. — 11883. **Mesáil Abi Házim**, quaestiones, auctoribus *Abu Házim* El-Cádhi et *Abu Rauh El-Nemir*, qui discipulus *Abu Yusuf*i erat. — 11884. **Mesáil**

مسائل ابى على سجاده ۱۱۸۸۵ مسائل احمد القارى عن محمد بن الحسن ۱۱۸۸۶ مسائل اسعد بن عمرو ۱۱۸۸۷ مسائل الامتحان لابى سعيد محمد بن على العراقى المتوفى تقريبا سنة ٥١٠ ۱۱۸۸۸ مسائل الانوار فى نتائج الاذكار ۱۱۸۸۹ مسائل اهل البصرة فيما كتبوا الى محمد بن الحسن وفى تعليلها وادلّتها لابى بكر محمد بن احمد البيضاوى ۱۱۸۹۰ مسائل الباوردى ۱۱۸۹۱ مسائل البدريّة المنتخبة من الفتاوى الظهيريّة للعينى مرّ ۱۱۸۹۲ مسائل البغداديّة للامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ ۱۱۸۹۳ مسائل التمرين فى التصريف ۱۱۸۹۴ مسائل الحلبيّات والبغداديّات [والقصريّات والبصريّات] والشيرازيّات [والعسكريّات والكرمانيّات] لابى على حسن بن احمد الفارسى المتوفى سنة [٣٧٧] ۱۱۸۹۵ مسائل الحلوانى ۱۱۸۹۶ مسائل حنين فى الطبّ شرحه ابن ابى صادق [ابو القاسم المتطبّب] اول الشرح الحمد لله حمد معترف بآلآئه شاكر لنعمآئه الخ قال انّ ارباب الصناعة

---

Abi Ali, quaestiones *Abu Alíi Sejjádah.* — 11885. Mesáil Ahmed, quaestiones *Ahmedis* Corani Lectoris, qui auctoritate *Mohammedis Ben-elhasan* usus est. — 11886. Mesáil As'ad, quaestiones *As'adi Ben Amru.* — 11887. Mesáil el-imtihán, quaestiones tentandi caussa propositae ab *Abu Saíd Mohammed Ben Ali Irácki*, circa annum 510 (inc. 16. Mai. 1116) mortuo. — 11888. Mesáil el-anwár, quaestiones luminum de exitu cogitationum piarum. — 11889. Mesáil ahl El-Basra, quaestiones Basrensium de iis, quae ad *Mohammed Ben-elhasan* scripserunt, et de caussis earum comprobandis et argumentis, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Ahmed Beidháwi.* — 11890. Mesáil El-Báwerdi, quaestiones *Báwerdíi.* — 11891. El-Mesáil El-Bedríyet, quaestiones *Bedr-ed-díni* meliorem partem ex *El-Fetáwi El-Tzahíríyet*, de quibus supra dictum est, a *Bedr-ed-dín El-Aini* selectae. — 11892. El-Mesáil El-Baghdádíyet, quaestiones Baghdadenses, auctore Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — 11893. Mesáil el-temrín, quaestiones exercitationis de flexu formarum. — 11894. El-Mesáil El-Halebíyet, quaestiones Halebenses, Baghdadenses, [Casrenses, Basrenses], Shirázenses, [Askarenses et Kermánenses], auctore *Abu Ali Hasan Ben Ahmed Fárisi*, anno [377 (inc. 3. Mai. 987)] mortuo. — 11895. Mesáil El-Holwáni, quaestiones *Holwáníi.* — 11896. Mesáil Honein, quaestiones *Honeini* de medicina, in quas [*Abu'lcásim*] *Ibn Abi Sádic* [Medicus] commentarium scripsit, qui ita incipit: Laus Deo talis qualem praedicat, qui ejus beneficia agnoscit et pro ejus favoris signis gratias agit etc. Viri artis peritissimi, ait, in eo consentiunt,

قد تواطئوا على ان الراغب فى هذا العلم يجب ان يفتتح تعلّمه بكتاب المسآئل لحنين لانه عمله مدخلا للمتعلّمين ولذلك لم يودعه شيئا من المطالب الغامضة ولذا عمله على طريق المسئلة والجواب ليتنبّه المتعلم بالسؤال فى موضع البحث على المعنى المقصود اليه فرأيت ان اجمع للعويص من معانيه شرحا على طريق التعليق على الحواشى ثمّ رأيت ان اسرد الكلام فى جملة المعانى سردا وبعد ذلك رأيت ان الحق به ما يرتاح له المستبصر فى الطبّ ففعلت وهذا الكتاب نافع جدا للمبتدئين وكان حنين جمع معانى هذا الكتاب فى طروس بيّض منها البعض فى مدة حيوته ثم انّ حبيش بن الحسن تلميذه وابن اخته رتب الباقى بعده وزاد فيه من عنده والحقها بما اثبته حنين فى دستوره ولذلك يوجد هذا الكتاب معنونا بكتاب المسآئل لحنين بزيادات حبيش بن الاعمش وفصوله بحسب عدد المسآئل الا انى رتبتها فى عشرة فصول كبار ليكون اسهل [وللدخوار شيخ الطبّ مهذب الدين عبد الرحيم ابن على الدمشقى المتوفى سنة ٦٢٨] ورتبه الشيخ ابو سهل سعيد بن عبد العزيز النيلى على

---

quod tiro hujus doctrinae studiosus studium suum a Quaestionibus *Honeini* incipere debeat. Hic enim eas discentibus introductionem esse voluit; itaque libro nullam disquisitionem obscuram inseruit, eandemque ob caussam viam interrogationis et responsionis ingressus est, ut tironis animus interrogando in palaestra disceptationis ad sententiam, quam ante oculos ponere in consilio est, advertatur. Jam visum mihi est commentarium in sententias intellectu difficiles forma scholiorum ad glossas colligere. Deinde orationem in sententiis summatim propositis ordine concinnare statui; quo facto plura mihi addere placuit, quae eum, qui medicinam accuratius perspicere cupit, oblectare possint. Qua re finita hic liber tironibus utilissimus evasit. *Honein* autem argumenta hujus libri in foliis sparsis collegerat, quorum nonnulla dum vivebat nitide exscribebat. Post *Honeini* mortem *Hobeish Ben-elhasan* discipulus et filius sororis illius reliqua in ordinem disposuit, ea de suo auxit et cum iis conjunxit, quae *Honein* in adversariis suis consignaverat. Eam ob caussam hic liber etiam titulum prae se fert „Quaestiones *Honeini* cum additamentis *Hobeishi Ben-ela'mash*" Sectiones libri numero quaestionum accommodatae sunt. Ego vero quaestiones in decem sectiones majores distribui, ut liber facilius animo comprehendi posset. [*Mohadzdzeb-ed-din Abd-el-rehim Ben Ali Dimeshki* medicinae praeceptor, vulgo *El-Dekhwâr* dictus et anno 628 (inc. 9. Nov. 1230) mortuus, refutationem hujus commentarii edidit]. Quaestiones Sheikh *Abu Sahl Saîd Ben Abd-el-aziz El-Nîli* in tres sectiones

ثلثة فصول بالتجريد عن السؤال والجواب الاول فى تعرف الامور الطبيعيّة والثانى فى قوى الادوية والثالث فى النبض وله انتخاب الاقتضاب المجموع على طريقة المسئلة والجواب وهو على ترتيب الاصل لكنه مختصر ونظمها ابن رقيقة المذكور فى الغرض المطلوب وسماه لطف المسائل وتحف السائل واختصر الاصل كمال الدين المذكور فى الرسالة الكاملة وكتب شرف الدين الرضى المذكور فى القانون حاشية على شرح ابن ابى صادق واختصر ايضا نجم الدين ابن اللبودى المذكور فى الاشارات وشرح الاصل ابوه شمس الدين اللبودى المذكور فى الرأى المعتبر ١١٨٩٧ مسائل الخلاف على مذهب احمد بن حنبل لابى يعلى محمد بن حسين الفرّاء [البغدادى المتوفى سنة ٤٥٨] ١١٨٩٨ مسائل الخلاف فى النحو لابن الغرس عبد المنعم بن محمد الغرناطى المتوفى سنة ٥٩٧ [ولجمال الدين حسين بن اياز النحوى المتوفى سنة ٦٨١] ١١٨٩٩ مسائل الخمسين ١١٩٠٠ مسائل الربيع شرحه ابو احمد الفارسى السمرقندى الشافعى ١١٩٠١ مسائل الرقيّات والجرجانيّات والكيسانيّات والهارونيّات للامام محمد

---

ita disposuit, ut interrogationis et responsionis formam abjiceret. Sectio prima de disquisitione rerum naturalium agit, secunda de medicamentorum viribus, tertia de arteriarum motu. Idem meliora libri *El-Ictidháb El-Mejmú'* in quaestiones et responsa distributi selecta edidit et ad ordinem archetypi disposuit; attamen epitome est. — Quaestiones *Ibn Rackíca* sub *El-Gharadh El-Matlúb* laudatus in libro *Lutf el-mesáil we Tohaf el-sáil* versibus reddidit, et *Kemál-ed-dín* sub *El-Risálet El-Kámilet* commemoratus archetypum in epitomen coegit, et *Sheref-ed-dín El-Redhi*, de quo sub *El-Cánún* mentio facta est, glossas ad commentarium *Ibn Abi Sádicki* edidit. Praeterea *Nejm-ed-dín Ibn-ellobúdi*, de quo sub *El-Ishárát* dictum est, archetypum in breve contraxit, ejusque pater *Shems-ed-dín El-Lobúdi*, sub *El-Raï El-Mo'taber* laudatus, in illud commentarium edidit. — 11897. Mesáil el-khiláf, quaestiones controversae contra doctrinam *Ahmed*is *Ben Hanbal*, auctore *Abu Ya'li Mohammed Ben Hosein El-Ferrá* [*El-Baghdádi*, anno 458 (inc. 3. Dec. 1065) mortuo]. — 11898. Mesáil el-khiláf, quaestiones controversae de grammatica. Scripserunt *Abd-el-mon'im Ben Mohammed Gharnáti*, vulgo *Ibn Ghars-ed-dín* dictus et anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuus, [et *Jemál-ed-dín Hosein Ben Ayáz* Grammaticus, qui anno 681 (inc. 11. Apr. 1282) obiit. — 11899. Mesáil el-khamsín, quaestiones quinquaginta virorum. — 11900. Mesáil El-Rebí', quaestiones *Rebí*'i, in quas *Abu Ahmed El-Fárisi El-Samarcandi* Shafiïta commentarium edidit. — 11901. El-Mesáil El-Rackkíyát, quaestiones Raccanae, Jorjánenses, Keisánicae, Harúnicae,

ابن الحسن الشيباني جمعها حين قضائه في تلك البلاد توفي سنة ١٨٩ ١١٩٠٢ مسائل الستين
للشيخ احمد بن محمد الزاهد المصري المتوفى سنة ٨١٨ شرحها الشهاب احمد بن محمد
ابن عبد السلام المتوفى سنة ٩٣١ وسمّاه تذكرة العابد في شرح مقدمة الزاهد ١١٩٠٣
مسائل السفرية في النحو للشيخ جمال الدين عبد الله بن يوسف المعروف بابن هشام النحوي
[الحنبلي] المتوفى سنة ٧٦٢ ١١٩٠٤ مسائل على بن صالح الجرجاني ١١٩٠٥ مسائل على
الرازي جمعها من الحسابيات ١١٩٠٦ مسائل فضل بن غانم من اصحاب [سيف] ابي
يوسف ١١٩٠٧ مسائل في احكام النجوم لابي يوسف يعقوب بن على القصراني وهو كتاب
كبير على اثني عشر بابًا وفي كلّ منها فصول كثيرة اوله الحمد لله ذي المحامد الفاخرة والعزّة
القاهرة الخ قال وجدت مراتب العلم ثلثة اعلاها المعرفة وهو علم التوحيد واسفلها العلم المدرك
بالحواسّ وهو علم الطبّ واوسطها العلم المدرك بالقياس وهو علم النجوم ووجدت هذه المرتبة

---

quas Imám *Mohammed Ben-elhasan Sheibáni*, anno 189 (inc. 8. Dec. 804) mortuus, collegit, cum in his urbibus judicis munere fungeretur. — **11902. Mesáil el-sittín**, quaestiones sexaginta virorum, auctore Sheikh *Ahmed Ben Mohammed El-Záhid El-Misri*, anno 818 (inc. 13. Mart. 1415) mortuo. Sheikh *Shehább-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ben Abd-el-selám*, anno 931 (inc. 29. Oct. 1524) mortuus, in eas commentarium composuit *Tedzkiret el-ábid fi sharh Mocaddimet El-Záhid* inscriptum.— **11903. El-Mesáil El-Safaríyet**, quaestiones itinerariae de grammatica, auctore Sheikh *Jemál-ed-dín Abdallah Ben Yusuf* [Hanbalita] Grammatico, vulgo *Ibn Hishám* dicto et anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuo. — **11904. Mesáil Ali**, quaestiones *Alii Ben Sálih Jorjáni*. — **11905. Mesáil Ali El-Rázi**, quaestiones, quas *Ali El-Rázi* ex *Hisábíyát* collegit. — **11906. Mesáil Fadhl**, quaestiones *Fadhli Ben Ghánim*, qui discipulus [*Seif*i] *Abi Yusuf* fuit. — **11907. Mesáil fi ahkám el-nojúm**, quaestiones de astronomia judiciaria, auctore *Abu Yusuf Yacúb Ben Ali El-Casráni*. Liber magnus in duodecim capita distributus, quae singula multas sectiones continent. Incipit ita: Laus Deo virtutibus gloriosis et potentia victoriosa praedito etc. Vidi gradus scientiae, ait, esse tres, quorum altissimus cognitione spiritali i. e. scientia unitatis continetur, infimus autem scientia sensibus concepta i. e. medicina, et medius scientia ratiocinatione concepta i. e. astrologia. Gradum hunc medium omnium nobilissimum esse inveni ejusque stirpem arithmeticam esse vidi et radices cognitionem caussarum et fructum astrologiam judiciariam. Est autem ille gradus partim generalis,

الوسطى اشرفها ووجدت شجرتها الحساب وعروقها معرفة العلل وجناها علم الاحكام وهى عامّيّة وهى احكام القرانات وتحاويل السنين والكسوفات وهى خاصّيّة وهى احكام المواليد والمسآئل وهى اطرفها واسهلها فرأيت تأليف كتاب جامع لعلم احكام المسآئل فابوّبه ابوابا على مراتب البيوت ولابى على الخياط تلميذ ما شاء الله وهو مختصر على مائة وخمسة وعشرين بابا

١١٩٠٨ مسآئل القصريات فى النحو لابى على الفارسى املى على تلميذه [ابى الطيب] محمد ابن طوس القصرى فسميت به [ومات شابّا] ١١٩٠٩ مسآئل الكبير والقصير لابى الحسن سعيد بن مسعدة الاخفش [الاوسط] المتوفى سنة [٢٢١] ١١٩١٠ المسآئل الكوفيّة للمتأدّبة الكرخية لاحمد بن يحيى بن احمد بن زيد بن لاقد [المسكى] الكوفى النحوى [المتوفى سنة ٥٥٩] وهى عشر مسآئل فى النحو على وجه الالغاز ثم شرحه وقرئ عليه ببغداد سنة ٥٥٢ ١١٩١١ المسآئل اللغزية فى الاحكام الشرعيّة مختصر مرتّب على ابواب الفقه اوله الحمد لله بارئ الانام العزيز العلّام الخ ١١٩١٢ المسآئل المحرّرات فى العمل بربع المقنطرات لاحمد

---

qui statuta continet conjunctionum planetarum, conversionum annorum et eclipsium, partim specialis, qui statuta temporum natalium et quaestionum complectitur. Et haec pars ingeniosissima est et facillima. Itaque librum statui componere, qui doctrinam statutorum quaestionum contineret, eumque in capita secundum gradus signorum Zodiaci disposui. *Abu Ali El-Khayyát* discipulus *Mashàaallahi* compendium ejusdem argumenti composuit in centum viginti quinque capita distributum. — 11908. El-Mesáil El-Casríyát, quaestiones Casrianae de grammatica, quas *Abu Ali El-Fárisi* discipulo suo [*Abu'ltayyib*] *Mohammed Ben Tús El-Casri* dictavit. Appellabantur autem ex *Casri*i nomine, [qui juvenis obiit]. — 11909. Mesáil el-kebír we el-casír, quaestiones. Liber major et minor, auctore *Abu'lhasan Saíd Ben Mes'ada El-Akhfash* [*El-Ausat*], anno 221 (inc. 26. Dec. 835) mortuo. — 11910. El-Mesáil El-Kufíyet, quaestiones Kufenses viris Karkhensibus literarum bonarum studiosis propositae, auctore *Ahmed Ben Yahya Ben Ahmed Ben Zeid Ben Láckid* [*El-Miski*] *El-Kúfi* Grammatico, [anno 559 (inc. 30. Nov. 1163) mortuo]. Decem quaestiones de grammatica ratione aenigmatica allatae. Deinde commentarium in librum edidit, de quo eo praeside lectiones Baghdadi anno 552 (inc. 13. Febr. 1157) habebantur. — 11911. El-Mesáil El-Loghzíyet, quaestiones aenigmaticae de statutis legalibus. Compendium ad capita juris dispositum, quod ita incipit: „Laus Deo hominum creatori potenti, omniscienti etc. — 11912. El-Mesáil El-Moharrerát, quaestiones correctae de operatione cum quadrante solari *Mocanterát* in quadraginta capita dispositae, auctore

ابن محمد بن احمد [بن احمد] الازهری الشهیر بالخانقی علی اربعین بابا ١١٩١٣
مسائل محمد بن ابی الرجا الحنفی ١١٩١٤ مسائل المشیّدة ١١٩١٥ المسائل المفصّلات
فی فروع الحنفیّة ذکره الکشی فی مجموع النوازل ١١٩١٦ المسائل المنثورة فی النحو [والتفسیر]
لابی القاسم هبة الله بن سلامة النحوی المتوفی سنة ٤١٠ ١١٩١٧ مسائل المهذّبة فی المسائل
الملقّبة فی الفرائض لزین الدین عمر بن مظفر المعروف بابن الوردی الشافعی المتوفی سنة ٧٤٩
١١٩١٨ مسائل المهمّة فی اختلاف الائمّة لسراج الدین یونس بن عبد المجید الارمنتی
المتوفی سنة ٧٢٥ ١١٩١٩ مسبحة علی ترتیب المعجم لتاج الدین زید بن حسن الکندی
[البغدادی الحنفی] المتوفی سنة ٦١٣ ١١٩٢٠ مسبوک الذهب فی المذهب ای الفروع لابی
الفرج ابن الجوزی عبد الرحمن بن علی البغدادی الحنبلی المتوفی سنة ٥٩٧ ١١٩٢١ المستبشر
للمستبصر لمحمد بن احمد بن ابی بکر المستبشری ١١٩٢٢ مستجاد من فعلات الاجواد

---

*Ahmed Ben Mohammed Ben Ahmed* [*Ben Ahmed*] *El-Azheri*, vulgo *El-Khánicki* dicto. — 11913. Mesáïl Mohammed, quaestiones *Mohammedis Ben Abi'lrejá* Hanefitae. — 11914. El-Mesáïl El-Moshayyedet, quaestiones bene stabilitae. — 11915. El-Mesáïl El-Mofassalát, quaestiones distinctae de partibus juris Hanefitici. Laudantur ab *El-Keshshi* in libro *Mejmú' el-newázil*. — 11916. El-Mesáïl El-Manthúret, quaestiones dispersae de grammatica [et exegesi coranica], auctore *Abu'lcásim Hibetallah Ben Seláma* Grammatico, anno 410 (inc. 9. Mai. 1019) mortuo. — 11917. El-Mesáïl El-Mohadzdzebet, quaestiones accurate recognitae de quaestionibus cognominibus distinctis. Agunt de jure hereditario, et auctorem habent *Zein-ed-dín Omar Ben Motzaffer* Shafiitam, vulgo *Ibn-elwerdi* dictum et anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuum. — 11918. El-Mesáïl El-Mohimmet, quaestiones gravissimae de diversis Imamorum opinionibus, auctore *Siráj-ed-dín Yunos Ben Abd-el-mejíd El-Armenti*, anno 725 (inc. 18. Dec. 1324) mortuo. — 11919. El-Masbahat, corona calculorum precatoriorum secundum ordinem alphabeti, auctore *Táj-ed-dín Zeid Ben Hasan El-Kindi* [*El-Baghdádi* Hanefita], anno 613 (inc. 20. Apr. 1216) mortuo. — 11920. Mesbúk el-dzeheb, aurum liquefactum de doctrina sectae i. e. de partibus juris (Hanbalitici) secundariis, auctore *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali El-Baghdádi* Hanbalita, vulgo *Ibn-eljauzi* dicto et anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo. — 11921. El-Mostebshir lil-mostebsir, liber laetum nuntium ei afferens, qui clare videre cupit, auctore *Mohammed Ben Ahmed Ben Abi Bekr El-Mostebsheri*. — 11922. El-Mostejád min faalát

لابى على محسن بن على التنوخى المتوفى سنة ٣٨٤ ‏١١٩٢٣ مستجاد من كتب الاحاديث للدارقطنى ‏١١٩٢٤ مستجمع فى شرح المجمع سبق ذكره ‏١١٩٢٥ مستخرج ابى عوانة [ الحافظ يعقوب بن اسحق الاسفراينى المتوفى سنة ٣١٦ وهو] على صحيح مسلم قال ابن حجر اذا اجتمع المستخرج مع صاحب الاصل فى من فوق شيخه لا يسمى مستخرجا الا اذا لم يجد طريقا يوصله الى شيخه وحاصله انه يشترط ان لا يصل الى الابعد مع وجود السند الى الاقرب الا لعذر وربما اسقط المستخرج فى احاديث لم يجد له بها سندا يرتضيه وربما ذكرها من طريق صاحب الكتاب ‏١١٩٢٦ المستخرج فى الحديث لابى القاسم عبد الرحمن بن محمد ابن اسحق ابن منده المتوفى سنة ٤٧٠ من كتب الناس استخرجه للتذكرة ولابى نعيم احمد ابن عبد الله الاصفهانى المتوفى سنة ٤٣٠ هو مستخرج على البخارى اسانيده ومتونه لانه

---

el-ajwád, approbata ex actionibus liberalium, auctore *Abu Ali Mohsin Ben Ali El-Tenúkhi*, anno 384 (inc. 15. Febr. 994) mortuo. — 11923. El-Mostejád min kotob el-ahádíth, approbata e libris traditionariis, auctore *El-Dáracotni*. — 11924. El-Mostejma', sylloge congesta. Commentarius in librum *Mejma'*, de quo supra dictum est. — 11925. Mostakhraj Abi Awána, *Mostakhraj* (i. e. opus syllogae traditionum prius editae superstructum, cujus auctor argumentum illius syllogae, quale a praeceptore suo accepit, cum serie auctoritatum ab hoc tradita denuo profert), ex *Sahíh Moslim*i profectum, auctore [Háfitz *Yacúb Ben Is'hac Isferáini*, vulgo] *Abu Awána* [dicto et anno 316 (inc. 25. Febr. 928) mortuo]. — *Ibn Hajr:* Quando, inquit, *El-Mostakhrij* sive libri *Mostakhraj* auctor cum auctore archetypi in enumeratione membrorum seriei auctoritatum supra praeceptorem proprium porrigentium convenit, minime *Mostakhrij* appellatur (neque ejus opus *Mostakhraj*), nisi quando nullam auctoritatum viam invenit, quae eum ad praeceptorem proprium deducat. Ex summa igitur eorum, quae *Ibn Hajr* docet, haec regula efficitur, ut *El-Mostakhrij*, si auctoritatibus propioribus niti potest, non ad remotiores provocare debeat, nisi si sui excusandi caussa aliquid afferre potest. Interdum, ubi quaestio de traditionibus est, quas *El-Mostakhrij* auctoritatibus probatis stabilire nequit, hic auctoritatem omittere sibi permittit, sive ejusmodi traditiones simul cum serie auctoritatum ab archetypi auctore proposita refert. — 11926. El-Mostakhraj fi el-hadíth, liber *Mostakhraj* de traditionibus. Extraxit et descripsit *Abu'lcásim Abd-el-rahman Ben Mohammed Ben Is'hac Ibn Mendeh*, anno 470 (inc. 25. Jul. 1077) mortuus, e plurimorum libris, ut memoriam adjuvaret. — *Abu Noeim Ahmed Ben Abdallah Isfaháni*, anno 430 (inc. 3. Oct. 1038) mortuus, indicem auctoritatum

يبحث فيه عن كلّ منهما ١١٩٢٧ المستخرجات كثيرة كالمستخرج على سنن ابى داود لمحمد ابن عبد الملك بن ايمن وعلى الترمذى لابى على الطوسى واستخرج ابو نعيم على التوحيد لابن خزيمة قال البقاعى والمستخرج لم يلتزم الصحّة وانما جعل قصده العلو ١١٩٢٨ المستخلص من الجامع فى الفروع للحاكم الشهيد ابى الفضل محمد بن محمد بن احمد المتوفى سنة ٣٣٤ ذكره العمادى فى آخر الفصل السادس ١١٩٢٩ المستدرك على الصحيحين فى الحديث للشيخ الامام ابى عبد الله محمد بن عبد الله المعروف بالحاكم النيسابورى الحافظ المتوفى سنة ٤٠٥ اعتنى فيه فى عدد الحديث الصحيح على ما فى الصحيحين ممّا رآه على شرط الشيخين قد اخرجاه عن رواية فى كتابيهما او على شرط واحد منهما وما ادّى اجتهاده الى تصحيحه وان لم يكن على شرط واحد منهما وهو واسع الخطو فى شرط الصحيح متساهل فى التقاطه ذكره ابن الصلاح قال السمعانى فى الانساب وكان فيه تشيّع ذكر ابو بكر

---

et verborum contextus libri *Bokhár*iani edidit, in quo de his duabus singulis partibus quaerit. — 11927. El-Mostakhraját, libri de traditionibus *Mostakhraj* dicti, quorum multi exstant, ut *Mohammed*is *Ben Abd-el-melik Ben Aimen* ad *Sonen Abu Dawúd*is, *Abu Ali*i *El-Túsi* ad *Jámi' Sahíh Tirmidzi*i, et *Abu Noeimi* ad *El-Tauhíd* ab *Ibn Khozeima* editum. *El-Becái:* Talis *Mostakhraj*, ait, minime ex veritate traditionum pendet, sed auctor consilium quod spectat in traditionibus ad auctoritatem altissimam revocandis esse vult. — 11928. El-Mostakhlas min El-Jámi', epitome optima libri *Jámi'* de partibus juris derivatis selecta continens, auctore *Abu'lfadhl Mohammed Ben Mohammed Ben Ahmed*, vulgo *El-Hákim El-Shehíd* dicto et anno 334 (inc. 13. Aug. 945) mortuo. Commemorat eam *El-Imádi* ad finem sectionis sextae. — 11929. El-Mustadrek ala El-Sahíhein, dijudicatio critica ad utrumque *Sahíh* de traditionibus, auctore Sheikh et Imám *Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah* El-Háfitz, vulgo *El-Hákim El-Nisábúri* dicto et anno 405 (inc. 2. Jul. 1014) mortuo. Enumerare sibi curae habuit in hoc libro traditiones probas, ut eae traditiones in duobus *Sahíh* repertae postulabant, quas conditionibus probitatis utriusque Sheikhi — cum eas in duobus suis operibus ex relatione scripto mandabant — aut saltem conditionibus alterius unius accommodatas inveniebat, et convenienter iis traditionibus, quas ex sua eruditione alta probas declarandas esse putabat, etiamsi conditionibus alterius de duobus non responderent. Liber autem conditionem, sub qua traditiones verae habentur, latam et amplam sequitur et in iis eligendis satis aequus est et facilis. Dicit hoc *Ibn-elsaláh*. — *El-Sem'áni* in *El-Ansáb:* Liber *Mustadrek*, ait, a sectae Shiiticae vestigiis non liber est, et *Abu Bekr El-Khatíb*, qui

الخطيب عن ابى اسحق الارموى انه جمع احاديث زعم انّها صحاح على شرط البخارى ومسلم يلزمهما اخراجهما فى صحيحهما منها حديث الطير وحديث من كنت مولاه فعلىّ مولاه فانكر عليه اصحاب الحديث ذلك ولم يلتفتوا فيه الى قوله انتهى قال البلقينى فيه ضعيف وموضوع ايضا وقد بيّن ذلك الحافظ الذهبى وجمع منه جزءا من الموضوعات يقارب مائة حديث قال ابن حجر انما وقع للحاكم التساهل اما لانه سوّد الكتاب لينقحه فاعجلته المنية او لغير ذلك قال فانى وجدت فى قريب نصف الجزء الثانى من تجزئة ستة من المستدرك الى هنا انتهى املا الحاكم قال وما عدا ذلك من الكتاب لا يوجد عنه الا بطريق الاجازة هذا من حاشية الالفية للبقاعى واختصره شمس الدين ابو عبد الله محمد بن احمد الذهبى الحافظ المتوفى سنة ٧٤٨ [ونبّه على تساهله وتصحيحه] واعترض على الاصل سراج الدين عمر ابن على المعروف بابن الملقن الشافعى المتوفى سنة ٨٠٤ وعليه توضيح المدرك فى تصحيح

---

auctoritatem *Abu Is'hacki El-Ormewi* sequitur: Collegit *El-Hákim*, inquit, traditiones, quas veras esse opinatus est secundum conditiones veritatis a *Bokhári* et *Moslim* admissas, quae eos illas suis *Sahíh* inserere coegerunt, qualis est traditio *El-Teir* (i. e. augurii), et illa traditio: „Si cujus cliens sum, ejus cliens (alius) mihi tuendus est", quam traditionarii improbam esse dicunt, neque illi pro hac traditione ejus opinionem amplectuntur. — Haec ille. — Teste *Bolckeini* liber traditiones sublestae fidei adeoque supposititicias continet, id quod *El-Háfitz El-Dzehebi* clarius exponit, qui totum fasciculum traditionum supposititiciarum fere centum traditiones ejusmodi continentem ex illo congessit. Certe, dicit *Ibn Hajr*, *El-Hákim* levi negligentia exemtus non est, quod aut librum primis lineis descripsit, ut deinde elimaret — at mors eum oppressit — aut ob aliam caussam. Inveni certe, pergit, in dimidia fere parte fasciculi secundi libri *Mustadrek*, qui in sex fasciculos divisus est, haec verba: Usque ad hunc locum dictata *Hákim*i pertinent. — Quae igitur, inquit, hanc partem libri excedunt, ex ejus auctoritate nonnisi ita habentur, ut ea tradendi licentiam concesserit. — Haec sumta sunt e glossis, quas *Becái* ad *Alfiyam* edidit. — *Shems-ed-din Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed El-Dzehebi* El-Háfitz librum ita in epitomen coegit, [ut ad levem auctoris negligentiam et ad rationem, qua veritatem traditionibus tribuerat, animum advertetet]. Occasione data *Sirâj-ed-dín Omar Ben Ali* Shafiita, vulgo *Ibn-elmolacckin* dictus et anno 804 (inc. 11. Aug.

المستدرك لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ذكر فى فهرس مولفاته فى فنّ الحديث انّه كتب منه اليسير وانتقى الاصل فى مجلد ١١٩٣٠ المستدرك عليهما ايضا لابى ذر الهروى [الحافظ عبد بن احمد بن محمد المالكى المتوفى سنة ٤٣٤] ١١٩٣١ مستدرك فى فروع الشافعية للشيخ اسمعيل بن [عبد الواحد بن اسمعيل البوسنجى الشافعى] المتوفى سنة [٥٣٦] ١١٩٣٢ مسترشد فى الامامة لابى القاسم احمد بن عبد الله البلخى المتوفى سنة ٣١٩ ١١٩٣٣ مسترشد فى لجعفر بن حرب ١١٩٣٤ المسترعى لابن الفرحان ١١٩٣٥ المستزاد فى الفروع لصاحب المحيط ١١٩٣٦ مستصفى فى اصول الفقه للامام حجة الاسلام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ وقال فيه قد صنفت فى فروع الفقه واصوله كتبا كثيرة ثم اقبلت بعده على علم طريق الآخرة فصنفت فيه كتبا بسيطة كالاحياء ووجيزة كجواهر القرآن ووسيطة ككيمياء السعادة ثم ساقنى تقدير الله الى

1401) mortuus, contra archetypum disputat, et *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, ad illud tractatum *Taudhíh el-modrek fi tas'hih El-Mustadrek* composuit. Narrat hic in indice scriptorum suorum in capite de scriptis traditionariis, se parvam tantum tractatus partem scripsisse et archetypum in volumine rejectis pravioribus epurasse. — 11930. El-Mustadrek aleihimá, dijudicatio critica ad eosdem duos libros *Sahíh*, auctore *Abu Dzarr El-Herewi* [El-Háfitz *Abd Ben Ahmed Ben Mohammed* Malikita, anno 434 (inc. 21. Aug. 1042) mortuo]. — 11931. El-Mustadrek, dijudicatio critica de partibus juris Shafiitici derivatis, auctore Sheikh *Ismaíl Ben* [*Abd-el-wáhid Ben Ismaíl*] *El-Búsenji* [Shafiita], anno [536 (inc. 6. Aug. 1141)] mortuo. — 11932. El-Mostershid, institutio recta de Imamatu, auctore *Abu'lcásim Ahmed Ben Abdallah El-Balkhi*, anno 319 (inc. 24. Jan. 931) mortuo. — 11933. El-Mostershid fi . . ., institutio recta de . . ., auctore *Ja'far Ben Harb*. — 11934. El-Moster'í, liber petens ut audiatur, auctore *Ibn-elfarhán*. — 11935. El-Mostezád, liber additamentis auctus de partibus juris derivatis. Scripsit auctor libri *El-Mohít*. — 11936. El-Mostasfá fi osúl el-fic'h, liber meliorem principiorum juris partem continens, auctore Imám *Hojjet-elislám Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. Dicit in hoc libro: De articulis derivatis et principiis juris libros composui multos, quo facto ad doctrinam viae alterius vitae me converti, ut libros amplos componerem v. c. librum *Ihyá*, et breves, ut *Jewáhir El-Cor'an*, et medii ambitus, ut *Kimiyá el-seádet*. Tum providentia divina

معاودة التدريس فاقترح طآئفة من محصلى علم الفقه تصنيفا فى الاصول اطلق العنان فيه بين الترتيب والتحقيق على وجه يقع فى الحجم دون تهذيب الاصول وفوق كتاب المنخول ورتّبناه على مقدمة واربع اقطاب المقدمة لها للتوطئة والتمهيد والاقطاب هى المشتملة على لباب المقصود الاوّل فى الاحكام والثانى فى الادلّة والثالث فى طريقة الاستثمار والرابع فى المستثمر انتهى ثم اختصره ابو العباس احمد بن محمد الاشبيلى المتوفى سنة ٦٥١ وشرحه ابو على حسين بن عبد العزيز الفهرى البلنسى المتوفى سنة ٦٧٩ وعليه تعاليق لسليمان بن محمد الغرناطى المتوفى سنة ٦٣٩ اختصره السهروردى الحكيم ١١٩٣٧ مستصفى فى ذكر سنن المصطفى لمحمد بن سعيد العريفى اليمنى ١١٩٣٨ مستصفى فى شرح المنظومة يأتى وفى حاشية شرح الوقاية لصدر الشريعة يأتى ايضا وفى شرح المنافع ١١٩٣٩ مستطاع الزاد فى المناسك يأتى ١١٩٤٠ المستطرف من كلّ فنّ مستظرف للشيخ الامام محمد بن احمد الخطيب الابشيهى المتوفى

me impulit, ut ad lectiones habendas redirem, et plures, qui in doctrina jurisprudentiae acquirenda operam ponebant, a me librum vehementer flagitarunt de principiis, in quo in rebus traditis juste disponendis iisque accurate examinandis et confirmandis eo ambitu habenam remitterem, ut volumen minus esset libro *Tehdzíb el-osúl* et majus libro *Manhúl.* Disposuimus eum in praefationem et quatuor polos. Praefatio ad viam aperiendam et muniendam scripta est, et poli argumentum ipsum continent, quod auctor propositum habet. Polus primus de statutis agit, secundus de probationibus, tertius de ratione, qua fructus capiendi sint, quartus de eo, qui fructus capere studet. — Haec hactenus. — Deinde librum *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed El-Ishbili,* anno 651 (inc. 3. Mart. 1253) mortuus, in epitomen coegit, et *Abu Ali Hosein Ben Abd-el-azíz El-Fihri El-Balensi,* anno 679 (inc. 3. Mai. 1280) mortuus, commentarium in eum composuit, ad quem *Soleimán Ben Mohammed Gharnáti,* anno 639 (inc. 12. Jul. 1241) mortuus, scholia edidit. Denique *El-Soharawerdi* philosophus eum in epitomen contraxit. 11937. El-Mostasfá fi dzikr sonen el-mustafá, delectus meliora continens de descriptione effatorum prophetae electi, auctore *Mohammed Ben Saíd El-Arífi El-Yemeni.* — 11938. El-Mostasfá, delectus. Commentarius in carmen *Mantzúmet,* de quo infra dicetur. Eundem titulum prae se ferunt glossae ad commentarium in *El-Wicáyet* a *Sadr el-sheriat* editae, de quibus pariter infra dicetur, et commentarius in *El-Menáfi'.* — 11939. Mostatá' el-zád, viaticum quod parari potest de ceremoniis peregrinationis. — Vide infra. — 11940. El-Mostatraf min koll finn el-mostatzraf, novissimum e quovis genere eleganti, auctore Sheikh et Imám *Mohammed Ben Ahmed El-Khatíb El-Abshíhi,*

سنة وهو مشتمل على كل فنّ ظريف وفيه الاستدلال بايات من القرآن واحاديث صحيحة وحكايات حسنة عن الاخيار ونقل فيه كثيرا مما اودعه الزمخشرى فى ربيع الابرار وابن عبد ربّه فى العقد وفيه لطائف عديدة من منتخبات الكتب المفيدة واودعه من الامثال والنوادر الهزليّة والغرائب والدقائق والاشعار والرقائق وجعله مشتملا على ابواب عدّتها اربعة وثمانون انتهى وكان حيّا فى حدود سنة ٨٠٠ ١١٩٤١ المستظرفة فى احكام دخول الحشفة للسيوطى ذكرها فى فهرس من مؤلفاته فى فنّ الفقه وله المستظرف فى اخبار الجوارى ذكره فى فهرس من النوادر ١١٩٤٢ المستظهرى وهو حلية العلماء مرّ فى الحاء وفى الامامة وشرائط الخلافة ليعقوب ابن سليمان الخازن الاسفرآئنى المتوفى سنة ٤٨٨ ورسالة للامام الغزالى ١١٩٤٣ مستعذب فى شرح غريب المهذب يأتى ١١٩٤٤ مستعمل فى الفروع لابى الحسن منصور بن اسمعيل التميمى الشاعر المتوفى سنة ٣٠٦ شرحه ابو محمد [الحسن بن احمد] الاصطخرى الشافعى المتوفى سنة ٣٢٨

---

anno . . . mortuo. Complectitur hic liber omne genus literarum elegans, et argumenta e versibus Corani eruta sunt, e traditionibus sanis, narrationibus pulchris, quae viros probos auctores habent, et auctor multa eorum depromsit, quae *Zamakhsheri* in *Rebí' el-abrár* et *Ibn Abd rabbihi* in *El-Icd* attulerant. Praeterea plurimi ibi leguntur loci elegantes, quos e libris utilibus cum delectu excerpserat, et proverbia, facetiae jocosae, dicta rara et acuta, poemata, loci subtiles. Auctor librum in capita disposuit, quorum ille octoginta quatuor continet. — Haec ille. — Vixit circa annum 800 (inc. 24. Sept. 1397). — 11941. El-Mostatzrafat, tractatus venustus de statutis introitus glandis, auctore *Soyúti.* Commemorat eum in indice scriptorum suorum juridicorum. Idem tractatum *Mostatzraf* de historiis puellarum edidit, quem in indice scriptorum rara narrantium enumerat. — 11942. El-Mostatzhiri, liber *Mostatzhiri*cus, qui titulum *Hilyet el-olamá*, ut supra in litera *Há* dictum est, prae se fert. Eodem titulo *Mostatzhiri* liber insignitus est de Imamatu et conditionibus Khalifatus, a *Yacúb Ben Soleimán El-Kházin El-Isferáini*, anno 488 (inc. 11. Jan. 1095) mortuo, editus, et tractatus ab Imám *El-Ghazáli* compositus. — 11943. El-Mosta'dzeb, liber dulcedine plenus. Commentarius, quo dictiones rariores libri *Mohadzdzeb* explicantur. Vide infra. — 11944. El-Mosta'mal fi el-forú', liber usu receptus de partibus juris derivatis, auctore *Abu'lhasan Mansúr Ben Ismaíl Temími* Poeta, anno 306 (inc. 24. Jun. 918) mortuo. In eum *Abu Mohammed* [*Hasan Ben Ahmed*] *Istakhri* Shafiita, anno 328 (inc. 18. Oct. 939) mortuus,

١١٩٤٥ المستعينين بالله عند الحاجات والمهمّات والمتضرعين الى الله سبحانه بالرغبات لابى القاسم خلف بن عبد الملك بن بشكوال المتوفى سنة ٥٧٨ ١١٩٤٦ المستعينى فى الطبّ ١١٩٤٧ مستفاد لابى موسى المدينى المتوفى سنة ١١٩٤٨ المستفاد من مبهمات المتن والاسناد للشيخ ولى الدين ابى زرعة العراقى ١١٩٤٩ مستقبلات الافعال لابى جعفر احمد بن يوسف [الفهرى] المتوفى سنة ١١٩٥٠ المستقصى فى الامثال للعلامة جار الله ابى القاسم محمود بن عمر الزمخشرى المتوفى سنة ٥٣٨ مختصر مرتّب على الحروف اوله الحمد لله على ما اثلج به صدورنا من البرد اليقين الخ فرغ من تأليفه فى شهر رمضان سنة ٤٩٩ ١١٩٥١ مستقصى الوصول الى مستصفى الاصول للشيخ زين الدين سريجا بن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ ١١٩٥٢ مستند فى شرح المعتمد يأتى ١١٩٥٣ مستنير فى القرآءات العشر البواهر لابى طاهر ابن سوار احمد بن على المقرئ البغدادى المتوفى سنة ٤٩٦ اوله الحمد لله ذى الانعام

---

commentarium edidit. — 11945. El-Mostaínín billah, liber eorum qui auxilium Dei implorant tempore necessitatis et gravitatis et eorum, qui a Deo laudato res desiderandas petunt, auctore *Abu'lcásim Khalaf Ben Abd-el-melik Ben Beshkowál*, anno 578 (inc. 7. Mai. 1182) mortuo. — 11946. El-Mostaíni, liber *Mostaíni*cus de medicina. — 11947. El-Mostefád, liber adnotationibus utilibus plenus, auctore *Abu Musa El-Medíni*, anno . . . mortuo. — 11948. El-Mostefád, utilitas percepta ex locis dubiis textus et provocationis ad auctores, auctore Sheikh *Welí-ed-dín Abu Zar'a El-Irácki.* — 11949. Mostacbilát el-af'ál, tempora futura verborum, auctore *Abu Ja'far Ahmed Ben Yusuf* [*El-Fihri*], anno . . . mortuo. — 11950. El-Mostacsi, liber summum tentans de proverbiis, auctore viro doctissimo *Járallah Abu'lcásim Mahmúd Ben Omar Zamakhsheri*, anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortuo. Compendium alphabetice dispositum, quod ita incipit: Laus Deo pro quiete certa, qua nostra pectora refrigerat etc., et cujus compositio ab auctore mense Ramadhán anni 499 (inc. 13. Sept. 1105) absoluta est. — 11951. Mostacsi el-wosúl ila mostasfi el-osúl, summus terminus perveniendi ad partem principiorum electam, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Soreijá Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 11952. El-Mostenad fi sharh El-Mo'temad, liber auctoritatibus stabilitus. Commentarius in librum *Mo'temad*, de quo infra dicetur. — 11953. El-Mostenír, liber lucem afferens de recensionibus Corani decem clarissimis, auctore *Abu Táhir Ben Siwár Ahmed Ben Ali Baghdádi* Corani legendi magistro, anno 496 (inc. 15. Oct. 1102) mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo beneficia

وبارى الاجسام الخ جميع الروايات المذكورة فيه من الائمّة مائة وست وخمسون رواية قال وقد صنف اشياخنا كتبا فى اختلاف قرآءات العشرة فى الحروف عارية عن الآثار والسنن ممّا تدعو الحاجة اليها واحببت ان اجمع كتابا اذكر فيه ما قرأت على الشيوخ الذين ادركتهم من القرآءات تلاوة دون ما سمعت واذكر فيه نبذة من السنن والآثار وفضائل القرآن والحثّ على حفظه والاقرآء وتعلّم العربيّة التى بها يتوصّل الى البحث على المعانى الدقيقة وكلّ حرف قرأه احد الائمة العشرة على ما ادّاه الى خلفنا سلفهم المتّصلة اسانيد قراءتهم برسول الله ١١٩٥٤ مستوجبة المحامد فى شرح خاتم ابى حامد ذكره البونى ١١٩٥٥ المستوعبة لابى عبد الله محمد بن عبد الله السامرى الحنبلى ١١٩٥٦ مستوفى فى اسماء المصطفى لابى الخطاب ابن دحية [عمر بن على السبتى اللغوى المتوفى سنة ٦٣٣] لخصه القاضى ناصر الدين بن الميلق المتوفى سنة فى كراسة ذكر السخاوى فى القول البديع ١١٩٥٧

conferenti et corpora creanti etc., et summa relationum in eo auctoritate Imamorum commemoratarum centum quinquaginta sex explet. Auctor: Sheikhi nostri, inquit, libros composuerunt de diversitate recensionum coranicarum lectorum decem, quae in singulis verbis cernitur separatis a traditionibus et vitae regulis propheticis, quatenus scilicet illa necessario cognoscenda sunt; volui autem lubenter librum colligere, in quo lectiones afferrem, quas ipse recitavi coram Sheikhis quos vidi, exceptis iis quas ab aliis recitare audivi. Partem ibi etiam commemoravi dictorum prophetae ejusque sociorum, proprietatum Corani praestantium et eorum, quae ad librum memoriae mandandum excitant, ad lectiones de eo faciendas et ad discendam linguam arabicam, qua ad disquisitionem de sententiis subtilibus pervenimus, et verbum quodque, quod hic reperitur, unus decem Imamorum iis convenienter legit, quae eorum majores posteris nostris transmiserunt, ita ut auctoritates, quibus eorum lectio stabiliebatur, continua serie ad legatum Dei referrentur. — 11954. **Mostaujebet el-mehámid**, aestimatio virtutum laudabilium necessaria. Commentarius in librum *Khátim* ab *Abu Hámid* editum, quem *El-Búni* commemorat. — 11955. **El-Mostauabet**, tractatus omnem materiem effundens, auctore ***Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah El-Sámari*** Hanbalita. — **11956. El-Mostaufá fi asmá el-mustafá**, tractatus absolutissimus de nominibus prophetae electi, auctore ***Abu'lkhattáb*** [*Omar Ben Ali El-Sebti* Lexicologo, vulgo] ***Ibn Dihya*** [dicto et anno 633 (inc. 16. Sept. 1235) mortuo]. Meliora ex eo selecta Cádhi *Násir-ed-dín Ben-elmeilac*, anno . . . mortuus, in quinione plagularum separatim edidit. Vide de hac epitome *Sekháwi* in libro *El-Caul*

مستوفى فى الفروع لحافظ الدين عبد الله بن احمد النسفى الحنفى المتوفى سنة ٧١٠ او ٧١١
١١٩٥٨ مستوفى فى النحو لابى سعد كمال الدين على بن مسعود الفرغانى المتوفى سنة ١١٩٥٩
مستوفى النصر فى فتاوى علماء العصر لابراهيم بن احمد بن محمد الشهير بابن الملّا الشافعى
الحلبى الحصكفى المتوفى بعد سنة الثلثين والف قال فيه هذه رسالة جمعت فيها فتاوى
مشايخ الاسلام فى حلب والحرمين الشريفين ومصر ودمشق بسبب واعظ كان بحلب ظهرت
منه شطحات وطامات فى الشريعة ١١٩٦٠ مسجّعات للشيخ عبد الله الانصارى ١١٩٦١
مسرّة القلوب فى التصوّف للشيخ بدر الدين محمود بن اسرائيل المعروف بابن سماونه المتوفى
سنة ٨٢٣ ١١٩٦٢ مسرّة القلوب فى دفع الكروب فى علم الهيئة لعلاء الدين على بن محمد
المعروف بقوشجى المتوفى سنة ٨٧٩ ١١٩٦٣ مسرع فى شرح المقنع فى الجبر والمقابلة يأتى ١١٩٦٤
مسعودى فى فروع الحنفية مختصر للقاضى ابى محمد عبد الله بن الحسين الناصحى المتوفى سنة ٤٤٧

---

*El-Bedi'.* — 11957. El-Mostaufá fi el-forú', tractatus absolutissimus de partibus juris derivatis, auctore *Háfitz-ed-dín Abdallah Ben Ahmed El-Nesefi* Hanefita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) sive 711 (inc. 20. Mai. 1311) mortuo. — 11958. El-Mostaufá fi el-nahw, tractatus absolutissimus de grammatica, auctore *Abu Sa'd Kemál-ed-dín Ali Ben Mes'úd El-Ferghání*, anno . . . mortuo. — 11959. Mostaufá el-nasr, auxilium absolutissimum de responsis juridicis virorum doctorum aequalium, auctore *Ibráhím Ben Ahmed Ben Mohammed Halebi Haskefi* Shafiita, post annum 1030 (inc. 16. Nov. 1620) mortuo. In hoc tractatu, ait, jurisconsulta Sheikhorum Mohammedanorum in urbibus Haleb, Mekka et Medína, Misr, Damasco propter praedicatorem quendam in urbe Haleb habitantem collegi, qui ebrietate inclaruit et legem pravis factis violavit. — 11960. Mosajjaát, rhythmica, auctore Sheikh *Abdallah Ansári*. — 11961. Masarret el-colúb, laetitia cordium. Tractatus theosophicus, auctore Sheikh *Bedr-ed-dín Mahmúd Ben Isratl*, vulgo *Ibn Simawna* dicto et anno 823 (inc. 17. Jan. 1420) mortuo. — 11962. Masarret el-colúb fi dufi' el-korúb, laetitia cordium de depellendis sollicitudinibus. Tractatus de astronomia, auctore *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed*, vulgo *El-Cushji* dicto et anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuo. — 11963. El-Mosri', liber promtus. Commentarius in librum *Mocni'* de reductione per aequationem, de quo infra dicetur. — 11964. El-Mes'údi, liber *Mes'údi* dictus de partibus juris Hanefitici derivatis. Compendium, quod Cádhi *Abu Mohammed Abdallah Ben-elhosein El-Násihi*, anno 447 (inc. 2. Apr. 1055) mortuus,

الّفه للسلطان مسعود اكبر اولاد السلطان محمد [الغزنوى] وجلس على سرير سلطنته بعده كذا قال المولى عزمى زاده فى هامش الجواهر وقال ابن شحنة وهو كتاب مشهور ذكر فيه شارحه انّه كتاب وجيز مختصر اللفظ كثير المسائل اورد فيه مسائل كثيرة من عامّة كتب الاصل انتهى ١١٩٦٥ مسفعة الحكام على الاحكام رسالة لصاحب معين المفتى ذكره فيه ١١٩٦٦ مسكت فى . . . لابى عبد الله احمد بن سليمان الزبيرى الشافعى وهو كتاب غريب كالغاز اختصره بعض الفضلاء ١١٩٦٧ مسك الختام فى اشعار الصلوة والسلام للشيخ ابى سعيد شعبان بن محمد القرشى الشافعى وكان حيّا فى سنة ٨١١ [وهى ابيات على البحور الستة عشر تتضمن الصلوة والسلام على خير البشر مختصر] ١١٩٦٨ المسك العبيق فى قصّة يوسف الصديق للامام ابى عبد الله فخر الدين محمد بن عمر بن الحسن الخطيب الرازى اوله الحمد لله الذى زيّن الدين القيّم الخ ١١٩٦٩ المسك الفائح ١١٩٧٠ مسلّاة الحزن والتذكرة عند مصائب الزمن للشيخ محمد بن رمضان بن احمد الغزى المصرى الحنفى

---

Sultano *Mes'úd* filio Sultani *Mohammed* [Ghaznevidae] maximo composuit, qui patri defuncto in imperio successit. Ita narrat Molla *Azmízádeh* in glossis marginalibus ad librum *Jewáhir.* — Liber *Mesúdi,** teste *Ibn-elshihne*, celebritatem magnam consecutus est, et ejus explanator librum brevem esse dicit dictione succincta et quaestionum copia distinctum. Affert enim auctor ibi quaestiones multas ex libris universalibus de principiis. — Haec ille. — 11965. **Mesfaat el-hokkám ala el-ahkám**, jurisconsulta judicum, ob quae colaphis infringendi sunt. Tractatus ab auctore libri *Moín el-mufti* editus et in eo commemoratus. — 11966. **El-Moskit fi . . . ,** liber ad silentium redigens de . . . , auctore *Abu Abdallah Ahmed Ben Soleimán Zobeiri* Shafiita. Liber mirificus et aenigmatis similis, quem vir quidam bene meritus in epitomen coegit. — 11967. **Misk el-khitám**, muscus terrae sigillatae de carminibus precationis et salutationis, auctore Sheikh *Abu Saíd Sha'bán Ben Mohammed Coreshi* Shafiita, qui anno 811 (inc. 27. Mai. 1408) floruit. [Sunt versus sedecim metris compositi, qui vota et salutem continent, quae optimo hominum precantur. Compendium]. — 11968. **El-Misk El-Abíc**, muscus odoratus de historia *Jusufi* veridici, auctore Imám *Abu Abdallah Fakhr-ed-dín Mohammed Ben Omar Ben-elhasan El-Khatíb El-Rázi.* Liber ita incipit: Laus Deo, qui religionem rectam ornavit etc. — 11969. **El-Misk El-Fáih**, muscus fragrans. — 11970. **Mosellát el-hazan**, solamen tristitiae et liber memorialis mediis in afflictionibus temporis, auctore Sheikh *Mohammed Ben Ramadhán Ben Ahmed El-Ghazzi El-Misri*

اوله الحمد لله العادل فى حكمه وقضآئه الخ وهو مجلّد غير مرتّب فيه نوادر وحكم ولطآئف واشعار واخبار والاشبه ان يكون من كتب المحاضرات لكنه ليس على فصل وباب وانّما هو مرسّل جمعه ورصفه بمكة وانتهى تاليفه فى رجب سنة ٩٣٠ ‏١١٩٧١ مسلسلات الابراهيمى فى الحديث للشيخ ابى محمد عبد الله بن عطاء الله الابراهيمى ‏١١٩٧٢ مسلسلات ابن ابى عصرون وابى القاسم عبد العزيز بن بندار الشيرازى ‏١١٩٧٣ مسلسلات بحرف العين المنتقاة من مسند الدارمى فى اسمآء رواتها حرف العين ‏١١٩٧٤ مسلسلات الديباجى ابى على حسين ابن عبد الله [بن عبد] العزيز الفهرى البلنسى المتوفى سنة ٦٧٩ ‏١١٩٧٥ مسلسلات العلاى وهو صلاح الدين خليل بن كيكلدى العلاّى اولها [المسلسل بالاولية الخ المتوفى سنة ٦٩٤] ‏١١٩٧٦ مسلسلات الكبرى وهى خمسة وثمانون حديثا للشيخ جلال الدين عبد الرحمن ابن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ‏١١٩٧٧ المسلسل بالاولية لابى الفتح الميدومى

---

Hanefita. Volumen incompositum, quod ita incipit: Laus Deo in just'tia exercenda et jure dicendo justo etc., et dicta rara, apophthegmata, facetias, carmina et historias continet, et probabilissimum est, in libris anthologicis illud habendum esse, attamen in sectiones et capita non ordinatum est et ejus partes libere tantum se excipiunt. Auctor illud Mekkae collegit et conscripsit, et compositionem mense Rejeb anni 930 (inc. 10. Nov. 1523) absolvit. — 11971. **Mosalsalát El-Ibráhími**, traditiones (propter eandem variae auctoritatis traditae formam) concatenatae (dictae), auctore Sheikh *Abu Mohammed Abdallah Ben Athallah*, vulgo *El-Ibráhími* dicto. — 11972. **Mosalsalát Ibn Abi Osrún**, traditiones concatenatae. Composuerunt *Ibn Abi Osrún* et *Abu'lcásim Abd-el-azíz Ben Bondár Shirázi*. — 11973. **Mosalsalát bi harf el-ain**, traditiones duce litera *Ain* continua concatenatione relatae et ex iis libri *Mosnad Dárimi*i electae, in quarum relatorum nominibus litera *Ain* occurrit. — 11974. **Mosalsalát El-Díbáji**, traditiones concatenatae. Scripsit *Abu Ali Hosein Ben Abdallah* [*Ben Abd-*]*el-azíz El-Fihri El-Balensi*, vulgo *El-Díbáji* dictus et anno 679 (inc. 3. Mai. 1280) mortuus. — 11975. **Mosalsalát El-Aláyi**, traditiones concatenatae. Scripsit *Saláh-ed-dín Khalíl Ben Keikeldi*, vulgo *Aláyi* dictus [et anno 694 (inc. 21. Nov. 1294) mortuus]. Incipiunt ita: [Traditiones auctoritatis primitivae continua concatenatione relatae etc.] — 11976. **El-Mosalsalát El-Kobra**, traditiones majores concatenatae. Octoginta quinque traditiones, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 11977. **El-Mosalsal bi'lawwalíyet**, opus traditiones auctoritatis primitivae continua concatenatione relatas continens, auctore *Abu'lfat'h*

[محمد بن محمد المصرى المتوفى سنة ٧٥٤] ١١٩٧٨ المسلسل بالفقهآء رواتها فقهآء ١١٩٧٩ المسلسل الرآئق المنتخب من الفآئق مرّ فى الفآء ١١٩٨٠ مسلسل ما زلْت بالاشواق وهى حديث ما زلت بالاشواق الى الديك الابيض ١١٩٨١ مسلك السلاطين للشيخ على بن يحيى الايدينى الواعظ بجامع محمد اغا اوله الحمد لله الذى خلق آدم الخ الّفه للسلطان مراد فى سنة ١٠٤٢ امضى المولى عبد الله ونوح ١١٩٨٢ مسلك الطالبين والواصلين تركى فى النصح والوعظ للشيخ عبد الله السيماوى الالهى اوله حمد بى عد وثناى بى حد الخ قال ولنا فيه اسوة حسنة فى تعليل الكلام مع الدلالة على المرام ١١٩٨٣ مسلك العارفين للشيخ محمد البخارى فى مناقب النقشبندية وطريقتهم ١١٩٨٤ المسلك الفاخر لابى العباس احمد ابن محمد بن العطار الدنيسرى المتوفى سنة ٧٩٤ ١١٩٨٥ مسلك المرشد للشيخ اثير الدين ابى حيان محمد بن يوسف الاندلسى المتوفى سنة ٧٤٥ ١١٩٨٦ مسلك النبيه فى تلخيص

---

[*Mohammed Ben Mohammed El-Misri*, vulgo] *El-Meidúmi* [dicto et anno 754 (inc. 6. Febr. 1353) mortuo]. — 11978. El-Mosalsal bi'lfocahá, traditiones per jurisconsultos concatenatae, quarum relatores jurisconsulti sunt. — 11979. El-Mosalsal El-Ráic, aqua effusa pura, 'potiora e libro *Fáic*, de quo in litera *Fá* dictum est, selecta continens. — 11980. Mosalsal, continua concatenatio traditionis: Non destiti esse vehementi desiderio affectus etc. Et haec ea traditio est, quae verbis continetur „*Ma zilto bi'lashwác ila el-dík el-abyadh* i. e. non destiti vehementi galli candidi desiderio affectus esse". — 11981. Maslak el-selátín, via Sultanorum. Hunc librum, qui ita incipit: Laus Deo, qui Adamum creavit etc., Sheikh *Ali Ben Yahya El-Eidíni*, ad templum cathedrale *Mohammedis Agha* praedicator, Sultano *Murád* anno 1042 (inc. 9. Jul. 1632) composuit, et Molla *Abdallah* et *Núh* approbarunt. — 11982. Maslak el-tálibín we el-wásilín, via studiosorum et provectiorum, auctore Sheikh *Abdallah El-Simáwi El-Alehi.* Liber turcice scriptus et monita et paraenetica continens, qui ita incipit: Laus immensa et gloria infinita etc., et auctor: Nobis, inquit, hic exemplum pulchrum oblatum est in dictione ad caussas revocanda, ita ut simul propositum indicetur. — 11983. Maslak el-árifín, via spiritalium, auctore Sheikh *Mohammed Bokhári.* Continet panegyricum et doctrinam sectae *Nackishbendíyet.* — 11984. El-Maslak El-Fákhir, via gloriosa, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Ben-elattár El-Doneiseri*, anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuo. — 11985. El-Maslak El-Morshid, via recte ducens, auctore Sheikh *Athír-ed-dín Abu Hayyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi*, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuo. — 11986. Maslak el-nebíh, via generosi. Epitome

التنبيه مرّ ١١٩٨٧ مسلك النحاة فى النوافل ١١٩٨٨ المسموع من غريب كلام لابى الحسن محمد بن على الدقيقى [المتولد سنة ٣٨٤] ١١٩٨٩ مسند ابن ابى اسامة لحارث بن محمد التميمى المتوفى سنة ٢٨٢ ١١٩٩٠ مسند ابن ابى شيبة الامام ابى بكر عبد الله بن محمد بن القاضى ابى شيبة لحافظ المتوفى سنة ٢٣٥ وهو كبير ١١٩٩١ مسند ابن ابى عاصم ابى بكر احمد بن عمرو الشيبانى المتوفى سنة ٢٨٧ [وهو كبير نحو خمسين الف حديث] ١١٩٩٢ مسند ابن ابى عمرو ابى عبد الله محمد بن يحيى العدنى المتوفى سنة ٢٤٣ ١١٩٩٣ مسند ابن جميع وهو ابو لحسين [محمد بن احمد بن محمد] بن جميع [المتوفى سنة ٤٠٢] ١١٩٩٤ مسند ابن راهويه الامام لحافظ اسحق المتوفى سنة ٢٣٨ ١١٩٩٥ مسند ابن شيبة يعقوب لحافظ ابى يوسف السدوسى المتوفى سنة ٢٦٢ جمع فيه مسند العشرة وابن مسعود وعمّار وعباس وبعض الموالى وقيل انّه مسند عالى له خمس مجلدات يذكر فيه الصحابى

---

potiora libri *Tenbíh*, de quo supra dictum est, selecta continens. — 11987. Maslak el-nohát, via grammaticorum de operibus supererogatoriis. — 11988. El-Masmú', dictiones orationis Arabum inusitatae fando acceptae et sola auctoritate nixae, auctore *Abu'lhasan Mohammed Ben Ali Dackícki*, [anno 384 (inc. 15. Febr. 994) nato]. — 11989. Mosnad Ibn Abi Asáma, corpus traditionum secundum auctoritates dispositarum. Composuit *El-Hárith Ben Mohammed Temími*, vulgo *Ibn Abi Asáma* dictus et anno 282 (inc. 2. Mart. 895) mortuus. — 11990. Mosnad Ibn Abi Sheiba, corpus traditionum majus. Composuit Imám *Abu Bekr Abdallah Ben Mohammed Ibn* El-Cádhi *Abi Sheiba* El-Háfitz, anno 235 (inc. 26. Jul. 849) mortuus. — 11991. Mosnad Ibn Abi Asim, corpus traditionum [majus, quinquaginta fere traditionum milia continens]. Composuit *Abu Bekr Ahmed Ben Amru Sheibáni*, vulgo *Ibn Abi Asim* dictus et anno 287 (inc. 7. Jan. 900) mortuus. — 11992. Mosnad Ibn Abi Amru, corpus traditionum. Edidit *Abu Abdallah Mohammed Ben Yahya El-Adeni*, vulgo *Ibn Abi Amru* dictus et anno 243 (inc. 30. Apr. 857) mortuus. — 11993. Mosnad Ibn Jemí', corpus traditionum. Composuit *Abu'lhosein* [*Mohammed Ben Ahmed Ben Mohammed*, vulgo] *Ibn Jemí'* [dictus et anno 402 (inc. 4. Aug. 1011) mortuus]. — 11994. Mosnad Ibn Ráhweih, corpus traditionum, auctore Imám Háfitz *Is'hac*, vulgo *Ibn Ráhweih* dicto et anno 238 (inc. 23. Jun. 852) mortuo. — 11995. Mosnad Ibn Sheiba, corpus traditionum, in quo Háfitz *Abu Yusuf Ya'cúb El-Sedúsi*, vulgo *Ibn Sheiba* dictus et anno 262 (inc. 6. Oct. 875) mortuus, *Mosnad* decem relatorum, *Ibn Mes'údi*, *Ammári*, *Abbási* et Mollae cujusdam conjunxit. *Mosnad* alte ascendens esse dicitur et quinque volumina continet. Comme-

ثم يسوق ترجمته باسانيده ثم يسوق احاديثه ويذكر عللها ويمكن جمعه على الابواب معلّلا وهو احسن فانه لا يأتى فيه تكرار لان النظر فيه الى المتن فلا يضرّ الاختلاف فى صحابيه على الراوى بخلاف الاول ١١٩٩٦ مسند ابى داود وهو سليمان بن داود الطيالسى [المتوفى سنة ٢٠٤] قيل هو اول من صنّف [والذى حمل قائل هذا القول] تقدُّم عصره على اعصار من صنّف المسانيد [وظنّ انّه هو الذى صنفه وليس كذلك فانّه ليس من تصنيف ابى داود] وانّما جمع بعض الحفاظ الخراسانيين جمع فيه ما رواه يوسف بن حبيب خاصّة عن ابى داود ولابى داود من الاحاديث التى لم يدخل هذا المسند قدرها او اكثر ذكره البقاعى فى حاشية الالفية وابى عوانة يعقوب بن اسحق بن ابراهيم بن يزيد الاسفرآئنى النيسابورى المتوفى سنة ٣١٦ وابى يعلى احمد بن على الموصلى المتوفى سنة ٣٠٧ قال اسمعيل بن محمد التميمى المسانيد كلّها كالانهار ومسند ابى يعلى كالبحر يكون مجمع الانهار ١١٩٩٧ مسند ابى العباس

---

morat auctor ibi primum socium prophetae, tum ejus biographiam additis auctoritatibus probantibus ex ordine persequitur, deinde ejus traditiones, harumque textus cum auctoritatum viis et variis traditoribus recenset. Colligi autem potest ita, ut capitum dispositio a textibus eorumque viis dependeat, quae ratio praestantior est; ea enim repetitionem omnem excludit, quoniam solius textus ratio habetur, neque diversitas in sociis eum tradentibus recensendis relatori ullam difficultatem creat, id quod in priore dispositione contrarium est. — 11996. Mosnad Abi Dawud, corpus traditionum a *Soleimán Ben Dawud Teyálisi*, vulgo *Abu Dawud* dicto [et anno 204 (inc. 28. Jun. 819) mortuo], editum. Hic primus esse dicitur, qui corpus composuerit; [et quo auctor hujus opinionis nixus est, fuit hoc, quod] *Abu Dawud* prius vixit quam ceteri auctores, qui *Mesánid* componebant, [et opinatus est igitur, *Abu Dawud*em ipsum esse, qui *Mosnad* composuerit. Perperam. Nam illud *Mosnad* minime ab *Abu Dawud* compositum est]. Potius vir quidam Khorasanicus Corani et Sunnae cognitione praecellens syllogen instituit, in qua collegit, quae *Yusuf Ben Habíb* praesertim auctoritate *Abu Dawud*is retulerat. *Abu Dawud* autem traditiones retulit, quarum copia sive potius quarum plurimae huic *Mosnad* minime inseri possunt. Dicit hoc *Becái* in glossis ad *Alfiyam*. Praeterea *Mesánid* collegerunt *Abu Awána Ya'cúb Ben Is'hac Ben Ibráhím Ben Yezíd Isferáini Nisábúri*, anno 316 (inc. 25. Febr. 928) mortuus, et *Abu Ya'li Ahmed Ben Ali Mausili*, anno 307 (inc. 3. Jun. 919) mortuus. Teste *Ismaíl Ben Mohammed Temími Mesánid* omnia fluminum instar sunt, *Mosnad Abu Ya'li*i autem mari simile est, in quo flumina conveniunt. — 11997. Mosnad Abi'labbás, corpus traditionum,

[السراج محمد بن اسحق بن ابراهيم الحافظ النيسابوري المتوفى سنة ٣١٣] وهو على الابواب ذكره ابن حجر في المعجم   ١١٩٩٨ مسند ابى هريرة للامام المحدث ابى اسحق ابراهيم بن حرب العسكرى السمسار المتوفى سنة ٢٨٢   ١١٩٩٩ مسند الامام ابى عبد الرحمن بقى بن مَخْلد القرطبى الحافظ المتوفى سنة ٢٧٦ قال ابن حزم روى فيه عن الف وثلثمائة صحابى ونيف ورتب حديث كل صاحب على ابواب الفقه فهو مسند ومصنف ليس لاحد مثله انتهى   ١٢٠٠٠ مسند الامام ابى محمد عَبْد بن حميد الكشى المتوفى سنة ٢٤٩   ١٢٠٠١ مسند الامام ابى يوسف   ١٢٠٠٢ مسند الامام احمد بن محمد بن حنبل المتوفى سنة ٢٤١ يشتمل على ثلثين الف حديث في اربعة وعشرين مجلدا وتسعة عشر مجلدا من نسخة الوقف بالمستنصرية وهو كتاب جليل من جملة اصول الاسلام وقد وقع له فيه نيف عن ثلثمائة حديث ثلاثية ذكر انّ احمد بن حنبل شرط فيه ان لا يخرج الا حديثا صحيحا عنده قاله

---

auctore *Abu'labbás* [*Siráj-ed-dín Mohammed Ben Is'hac Ben Ibráhím El-Háfitz El-Nísábúri*, anno 313 (inc. 29. Mart. 925) mortuo. Hoc corpus, ut *Ibn Hajr* in *El-Mo'ajjem* commemorat, in capita dispositum est. — 11998. Mosnad Abi Horeira, corpus traditionum *Abu Horeirae*, quod Imám et Traditionarius *Abu Is'hac Ibráhím Ben Harb El-Askeri El-Simsár*, anno 282 (inc. 2. Mart. 895) mortuus, edidit. — 11999. Mosnad El-Imám Abi Abd-el-rahman, corpus traditionum, auctore Imám *Abu Abd-el-rahman Backi Ben Makhlid El-Cortúbi El-Háfitz*, anno 276 (inc. 6. Mai. 889) mortuo. Teste *Ibn Hazm* auctor traditiones auctoritate mille trecentorum sociorum et amplius retulit, et traditiones singulorum sociorum secundum capita juris disposuit. Hoc est corpus traditionum et opus, cui simile auctor alius non edidit. — Haec ille. — 12000. Mosnad El-Imám Abi Mohammed Abd, corpus traditionum, auctore Imám *Abu Mohammed Abd Ben Hamíd Keshshi*, anno 249 (inc. 24. Febr. 863) mortuo. — 12001. Mosnad El-Imám Abi Yusuf, corpus traditionum, auctore Imám *Abu Yusuf*. — 12002. Mosnad El-Imám Ahmed, corpus traditionum, ab Imám *Ahmed Ben Mohammed Ben Hanbal*, anno 241 (inc. 22. Mai. 855) mortuo, compositum, quod triginta milia traditionum in viginti quatuor voluminibus continet; exemplum autem collegio *Mostansiríyet* legatum undeviginti voluminibus comprehenditur. Liber eximius est, qui in fundamentis religionis Islamicae numeratur. *Ahmed Ibn Hanbal* ei amplius trecentas traditiones per tres relatorum series ad prophetam relatas inseruit, et eum sibi legem imposuisse narrant, traditiones tantum scripto mandare, quae sibi sanae esse viderentur. Hoc

ابو موسى المدينى اجيب بان فيه احاديث موضوعة وقد ضعف الامام نفسه ذكره البقاعى
وزوائده لولده عبد الله جمع غريبه ابو عمر محمد بن عبد الواحد المعروف بغلام ثعلب فى
كتاب توفى سنة ٣٤٥ اختصره الشيخ الامام سراج الدين عمر بن على المعروف بابن الملقن
الشافعى المتوفى سنة ٨٠٥ وعليه تعليقة لاعرابه للسيوطى سمّاه عقود الزبرجد فلينقل منه
[شرح المسند ابو الحسن بن عبد الهادى السندى نزيل المدينة المنورة المتوفى سنة ١١٣٩
شرحا كبيرا نحوًا من خمسين كراريس كبار] واختصره الشيخ زين الدين عمر بن احمد
الشماع الحلبى وسمّاه الدرّ المنتقد من مسند احمد ١٢٠٠٣ مسند الامام الاعظم ابى حنيفة
نعمان بن ثابت الكوفى المتوفى سنة رواه حسن بن زياد [اللؤلؤى] ورتب المسند المذكور
الشيخ قاسم بن قطلوبغا الحنفى المتوفى سنة ٨٧٩ رواية الحارثى على ابواب الفقه وله عليه
الامالى فى مجلدين ومختصر المسند المسمّى بالمعتمد لجمال الدين محمود بن احمد

---

quidem *Abu Musa Medini* dicit; at respondere mihi liceat, librum traditiones suppositicias continere, et teste *Becái* Imám ipse interdum in traditionibus sanis distinguendis parum versatus est. — Additamenta *Abdallah* auctoris filius ad *Mosnad* adjecit, et *Abu Omar Mohammed Ben Abd-el-wáhid*, vulgo *Gholám Tha'leb* dictus et anno 345 (inc. 15. Apr. 956) mortuus, verba ejus usitata volumine collegit. Sheikh et Imám *Siráj-ed-dín Omar Ben Ali* Shafiita, vulgo *Ibn-elmolacckin* dictus et anno 805 (inc. 1. Aug. 1402) mortuus, illud in epitomen coegit, et ad flexus formarum grammaticarum finales explicandos *Soyúti* scholia edidit *Ocúd el-zeberjed* inscripta; unde scitu necessaria promenda essent. [*Abu'lhasan Ben Abd-el-hádi El-Sindi* Medinae illustratae inquilinus, anno 1139 (inc. 18. Aug. 1726) mortuus, commentarium amplum circiter quinquaginta fasciculis decem foliorum magnorum comprehensum in *El-Mosnad* composuit], et Sheikh *Zein-ed-dín Omar Ben Ahmed El-Shemmá' El-Halebi* epitomen ex eo edidit *El-Dorr El-Muntecad min Mosnad Ahmed* inscriptam. — **12003.** Mosnad El-Imám El-Atzam Abi Hanífa, corpus traditionum ab Imamo celeberrimo *Abu Hanífa No'mán Ben Thábit El-Kúfi*, anno ... mortuo, compositum. Retulit hoc *Mosnad Hasan Ben Ziyád* [*Lului*], et Sheikh *Cásim Ben Cotluboghá* Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus, relationem ab *Hárithi* traditam ad capita librorum juridicorum disposuit. Idem dictata ad illud edidit duobus voluminibus comprehensa, et *Jemál-ed-dín Mahmúd Ben Ahmed*

القونوى الدمشقى المتوفى سنة ٧٧٠ ثم شرحه وسماه المستند وجمع ابو المؤيد محمد بن محمود الخوارزمى المتوفى سنة ٦٦٥ اوله الحمد لله الذى سقانا بطوله من اصفى شرآئع الشرآئع الخ قال وقد سمعت فى الشام عن بعض الجاهلين بمقداره ينقصه ويستصغره ويستعظم غيره وينسبه الى قلّة رواية الحديث ويستدلّ باشتهار المسند الذى جمعه الاصمّ الشافعى وموطأ مالك وزعم انّه ليس لابى حنيفة مسند وكان لا يروى الّا عدّة احاديث فلحقنى حمية دينيّة فاردت ان اجمع بين خمسة عشر من مسانيده التى جمعها له فحول علمآء الحديث ١ الامام الحافظ ابو محمد عبد الله بن محمد بن يعقوب الحارثى البخارى المعروف بعبد الله الاستاد ٢ الامام الحافظ ابو القاسم طلحة بن محمد بن جعفر الشاهد العدل ٣ الامام الحافظ ابو الحسن محمد بن المظفر بن موسى بن عيسى بن محمد ٤ الامام الحافظ ابو نعيم الاصفهانى [الشافعى] ٥ الشيخ ابو بكر محمد بن عبد الباقى محمد الانصارى ٦ الامام ابو احمد عبد الله بن عدى الجرجانى ٧ الامام الحافظ عمر بن حسن الاشنانى ٨ ابو بكر

---

*El-Cunewi El-Dimeshki*, anno 770 (inc. 16. Aug. 1368) mortuus, epitomen *El-Mo'temad* inscriptam ex eo excerpsit, in quam serius commentarium scripsit titulo *El-Mostenad* insignitum. *Abu'lmowayyed Mohammed Ben Mahmúd Khowarezmi*, anno 665 (inc. 2. Oct. 1266) mortuus, librum collegit, qui ita incipit: Laus Deo, qui potentia sua benigna ex fonte legum purissimo nobis propinavit etc. Audivi aliquem, ait, in Syria, qui pretium libri minime cognitum habebat, illum diminuere et parvi facere, alios contra magni aestimare, et caussam hujus vilitatis cerni dixit in parva copia eorum, qui traditiones ex *Mosnad Abu Hanífae* referrent, id quod confirmare eo studuit, quod illud *Mosnad*, quod *El-Asamm El-Sháfii* collegisset, et liber traditionum *Mow[illegible]* a *Málik* editus magna celebritate gauderent. Putavit autem *Abu Hanífam* nullum *Mosnad* scripsisse eumque nonnisi copiam traditionum retulisse. Jam vero fervor sacer me incessit, ut quindecim *Mesánid*, quae traditionarii principes ex ejus relatione collegerant, conjungere statuerem. Sunt autem hi: 1. El-Imám El-Háfitz *Abu Mohammed Abdallah Ben Mohammed Ben Ya'cúb El-Hárithi El-Bokhári*, vulgo *Abdallah* Magister dictus — 2. El-Imám El-Háfitz *Abu'lkásim Talha Ben Mohammed Ben Ja'far El-Sháhid El-Adl* — 3. El-Imám El-Háfitz *Abu'lhasan Mohammed Ben-elmoftir Ben Musa Ben Isa Ben Mohammed* — 4. El-Imám El-Háfitz *Abu Noeim Isfahání* [Shafiita] — 5. Sheikh *Abu Bekr Mohammed Ben Abd-el-bácki Mohammed El-Ansári* — 6. El-Imám *Abu Ahmed Abdallah Ben Adi Jorjáni* — 7. El-Imám El-Háfitz *Omar Ben Hasan El-Oshnáni* — 8. *Abu Bekr Ahmed*

احمد بن محمد بن خالد الكلاعى ٩ الامام ابو يوسف القاضى يعقوب بن ابراهيم الانصارى ورواه عنه يسمّى نسخة ابى يوسف ١٠ الامام محمد بن حسن الشيبانى وروى عنه يسمى نسخة محمد ١١ ابوه الامام حماد ورواه عن ابى حنيفة ١٢ محمد ايضا معظمه من التابعين ورواه عنه يسمّى الاثار ١٣ الامام الحافظ ابو القاسم عبد الله بن محمد بن ابى العوام السعدى فجمعتها على ترتيب ابواب الفقه بحذف المعاد وترك تكرير الاسناد والامام الحافظ ابو عبد الله حسين بن محمد بن خسرو البلخى المتوفى سنة ٥٢٣ وخرّج تخريجا ولم يحدث الّا باليسير فى مجلدين والماوردى توفى سنة واختصر الامام شرف الدين اسمعيل بن عيسى بن دولة الاوغانى المكى وسمّاه اختيار اعتماد المسانيد فى اختصار اسماء بعض رجال الاسانيد توفى سنة ٨٩٢ ذكر فيه نبذة من مناقب الامام واختصره ايضا الامام ابو البقآء احمد بن ابى الضيآء محمد القرشى العدوى المكى المتوفى سنة وذكره ايضا قال ابو البقآء الحمد لله ربّ العالمين الخ فهذا

---

*Ben Mohammed Ben Khálid El-Kelái* — 9. Imám *Abu Yusuf Ya'cúb Ben Ibráhím El-Ansári* El-Cádhi, qui ex *Abu Hanífa*e auctoritate ejus *Mosnad* retulit, et hoc exemplar *Nuskhat Abu Yusuf*i appellatur — 10. Imám *Mohammed Ben Hasan El-Sheibáni*, qui ejusdem auctoritate retulit, et hoc exemplar *Nuskhat Mohammed*is appellatur — 11. hujus pater Imám *Hammád*, qui auctoritate *Abu Hanífa*e retulit — 12. *Mohammed* alter, cujus *Mosnad* maximam partem effata discipulorum sociorum prophetae continet. *Mosnad*, quod hic *Abu Hanífa*e auctoritate retulit, *El-Athár* nominatur — 13. El-Imám El-Háfitz *Abu'lcásim Abdallah Ben Mohammed Ben Ab[illegible]wám El-Sa'di.* Horum igitur omnium *Mesánid* secundum capita librorum juridicorum ita conjunxi, ut repetita resecarem et auctoritates iteratas omitterem — (14.) El-Imám El-Háfitz *Abu Abdallah Hosein Ben Mohammed Ben Khosrew El-Balkhi*, anno 523 (inc. 25. Dec. 1128) mortuus, qui primus traditiones nonnisi scripto consignavit, et paucas tantum duobus voluminibus tradidit — et (15.) *Máwerdi*, anno . . . mortuus. — Imám *Sheref-ed-dín Ismaíl Ben Isa Ben Dewlet El-Aughâni El-Mekki*, anno 892 (inc. 28. Dec. 1486) mortuus, epitomen ex *Mosnad Abu Hanífa*e edidit *Ikhtiyár itimád, El-Mesánid fi ikhtisár asmá ba'dh rijál el-asánid* inscriptam. Ibi nonnullas Imami virtutes gloriosas laudibus effert. Praeterea Imám *Abu'lbecá Ahmed Ben Abi Dhiyá-ed-dín Mohammed El-Coreshi El-Adewi El-Mekki*, anno . . . mortuus, illud in epitomen coegit, et Imamum pariter praedicat. *Abu'lbecá:* Laus Deo, inquit, mundorum domino etc. Haec est epitome ex *Mosnad* Imami

مختصر مسند الامام الاعظم الذى جمعه الشيخ الامام ابو المؤيد الخوارزمى حذفت الاسانيد منه وما كان مكررا عنه وسمّيته المستند مختصر المسند [واختصره محمد بن عباد الخلاطى المتوفى سنة ٦٥٢ وسمّاه مقصد المسند] واختصره ابو عبد الله محمد بن اسمعيل بن ابراهيم الحنفى المتوفى سنة وجمع ايضا حافظ الدين محمد بن محمد الكردرى المعروف بابن البزازى المتوفى سنة ٨٢٧ وشرحه جلال الدين السيوطى المتوفى سنة ٩١١ سماه التعليقة المنيفة على مسند ابى حنيفة واختصره بعضهم اوله الحمد لله الذى اكمل ديننا الخ قال لما رأى المسند الكبير لابى المؤيد الخوارزمى فوجده مطولا بالاسانيد فحذفه ثم وجد مختصرين من المسند الكبير احدهما للامام جمال الدين محمود بن ابى العباس القونوى والثانى للامام ابى البقآء بن احمد الضيآء المكى ورأى ان الاول ما وفى بالمقصود والثانى اتى به لكنّ ماخذ الحديث المكرّر

١٢٠٠٤ مسند الامام موسى بن جعفر الكاظم المتوفى سنة رواه ابو نعيم الاصفهانى روى عنه المسند موسى بن ابراهيم

١٢٠٠٥ مسند انس بن مالك لابى جعفر محمد بن الحسين

---

summi, quod Sheikh et Imám *Abu'lmowayyed Khowárezmi* collegit. Resecui ex eo auctoritates laudatas, et quae Imami auctoritate repetita legebantur. Epitomae titulum *El-Mostenad mokhtasar El-Mosnad* dedi. [Aliam epitomen *Macsad El-Mosnad* inscriptam *Mohammed Ben Abbád El-Khiláti*, anno 652 (inc. 21. Febr. 1254) mortuus, edidit], itemque *Abu Abdallah Mohammed Ben Ismaîl Ben Ibráhím* Hanefita, anno . . . mortuus. Praeterea *Háfitz-ed-dín Mohammed Ben Mohammed El-Kerderi*, vulgo *Ibn-elbezzázi* dictus et anno 827 (inc. 5. Dec. 1423) mortuus, collegit, et *Jelál-ed-dín Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, commentarium composuit *El-Ta'lícat El-Monífet ala Mosnad Abi Hanífa* inscriptum. — Epitome quam vir quidam extraxit, ita incipit: Laus Deo, qui religionem nostram perfecit etc. Ille: Cum, inquit, *Mosnad* magnum ab *Abu'lmowayyed Khowárezmi* collectum videret, idque auctoritatibus allatis in latum protractum intelligeret, has resecuit. Tum duas epitomas ex *Mosnad* magno excerptas deprehendit, quarum prior Imamum *Jemál-ed-dín Mahmúd Ben Abi'labbás El-Cunewi*, posterior Imamum *Abu'lbecá Ben Ahmed Dhiyá-ed-dín El-Mekki* auctorem habuit. Cognovit autem priorem proposito non respondere, et posteriorem propositum quidem tenere, at fontem esse traditionum repetitarum. — 12004. Mosnad El-Imám Musa, corpus traditionum Imámi *Musa Ben Ja'far El-Kátzim*, anno . . . mortui, quod *Abu Noeim El-Isfaháni* retulit, et *Musa Ben Ibráhím* hujus auctoritate *Mosnad* retulit. — 12005. Mosnad Anas Ben Málik, corpus traditionum *Anasi Ben Málik*, auctore *Abu Ja'far Mohammed*

ابن موسى الحسينى ١٢٠٠٦ مسند الاوزاعى ١٢٠٠٧ مسند البزار زوآئد مسند البزار على مسند احمد والكتب الستة للحافظ ابن حجر العسقلانى لخصه من تصنيف شيخه الحافظ ابى الحسن الهيثمى اوله الحمد لله حمدا كثيرا وبعد فانّى لما علّقت الاحاديث الزآئدة على الكتب الستة فى مسند الامام احمد جمع شيخنا الامام ابو الحسن الهيثمى وقفت على تخريج زوآئد ابى بكر البزار لابى الحسن المذكور على الكتب الستة فرأيت ان افرد هنا من تصنيفه ما انفرد به ابو بكر المذكور عن الامام احمد وفرغت منه فى العشرين من شعبان سنة ٨٠٨ ١٢٠٠٨ مسند حارث ابن ابى اسامة ١٢٠٠٩ مسند حسن بن سفيان ١٢٠١٠ مسند الحلوانى ١٢٠١١ مسند الحميدى ١٢٠١٢ مسند الخلاف ١٢٠١٣ مسند الخوارزمى وهو الحافظ الكبير احمد بن محمد البرقانى الخوارزمى المتوفى سنة ٤٢٥ ضمنه على ما يشتمل عليه الصحيحان ١٢٠١٤ مسند الدارمى هو ابو محمد عبد الله بن عبد الرحمن بن بهرام

---

*Ben-elhosein Ben Musa El-Hoseini.* — 12006. **Mosnad El-Auzái**, corpus traditionum *Auzáii*. — 12007. **Mosnad El-Bezzár**, corpus traditionum *Bezzári*. Additamenta in *Mosnad Bezzári* ad *Mosnad Ahmed*is et sex syllogas traditionum canonicas Háfitz *Ibn Hajr Ascaláni* ex opere Sheikhi sui Háfitz *Abu'lhasan El-Heithemi* selegit, et haec sylloge ita incipit: Laus Deo multa etc. Deinde vero postquam traditiones ad sex traditionum corpora adjiciendas *Mosnado* Imámi *Ahmed* adscripsi, quod Sheikh noster Imám *Abu'lhasan El-Heithemi* collegerat, additamenta ab *Abu Bekro El-Bezzár* ad libros sex traditionum canonicos elicita et ab *Abu'l-ha...* laudato composita cognovi. Jam mihi placuit hic ex ejus scripto illa separatim edere, quae solus *Abu Bekr* laudatus ex auctoritate Imámi *Ahmed* collegerat, et librum ultimis decem diebus mensis Sha'bán anni 808 (inc. 29. Jun. 1405) absolvi. — 12008. **Mosnad Hárith**, corpus traditionum. Edidit *Hárith Ibn Abi Asáma*. — 12009. **Mosnad Hasan**, corpus traditionum. Edidit *Hasan Ben Sofyán*. — 12010. **Mosnad El-Holwáni**, *Holwáni*i corpus traditionum. — 12011. **Mosnad El-Homeidi**, *Homeidi*i corpus traditionum. — 12012. **Mosnad El-Khalláf**, *Khalláf*i corpus traditionum. — 12013. **Mosnad El-Khowárezmi**, corpus traditionum, ab Háfitz magno *Ahmed Ben Mohammed El-Bircáni*, vulgo *El-Khowárezmi* dicto et anno 425 (inc. 26. Nov. 1033) mortuo, collectum. In traditionibus huic libro inserendis ea secutus est, quae duo *Sahíh* continent. — 12014. **Mosnad El-Dárimi**, corpus traditionum, ab *Abu Mohammed Abdallah Ben Abd-el-rahman Ben Behrám*

الدارمى السمرقندى المتوفى سنة [٢٥٥] وقد عدّه ابن الصلاح فى المسانيد فوعم فى ذلك لانّه مرتّب على الابواب لا على المسانيد كذا فى شرح الالفية قال ابن حجر واما السنن المسمّى بمسند الدارمى فانه ليس دون السنن فى المرتبة بل لو ضم الى الخمسة لكان اولى من ابن ماجه فانه امثل منه بكثير قال العراقى فى النكت واشتهر تسميته بالمسند كما يسمى كتاب البخارى المسند الجامع الا ان مسند الدارمى كثير الاحاديث المرسلة والمنقطعة والمعضلة والمقطوعة ذكره البقاعى ١٢٠١٥ [مسند الديلمى] ١٢٠١٦ مسند رامهرمزى ١٢٠١٧ مسند الرويانى ١٢٠١٨ مسند الشافعى وهو الامام ابو عبد الله محمد بن ادريس المتوفى سنة ورتّب الامير سنجر بن عبد الله علم الدين الجاولى وشرحه فى مجلدات توفى سنة ٧٤٥ فشرحه ابو السعادات المبارك بن محمد المعروف بابن الاثير الجزرى المتوفى سنة ٦٠٦ سمّاه كتاب شافى

---

*El-Samarcandi*, vulgo *El-Dárimi* dicto et anno [255 (inc. 20. Dec. 868)] mortuo, editum. *Ibn-elsaláh* illud quidem in syllogis *Mesánid* dictis numerat; at perperam ita statuit, nam ad capita dispositum est, non ad rationem corporum traditionum *Mesánid* dictorum (et secundum auctoritates dispositorum), ut in commentario in *Alfiyam* narratur. *Ibn Hajr:* Traditionum sylloge, inquit, quae libro *Mosnad* a *Dárimi* edito comprehenduntur, dignitate minime inferior est dictorum factorumque *Mohammedis* corporibus *Sonen* dictis. Contra si illis quinque *Sonen* notis adjiceretur, certe praeferenda esset libro *Sonen* ab *Ibn Májeh* edito. Nam illa sylloge hoc libro multo praestantior est. *Irácki* in *El-Noket* teste *Becái:* Inclaruit, inquit, liber *Dárimii* nomine *Mosnad* eodem modo, quo *Bokhárii* liber nomine *El-Mosnad El-Jámi'*. Attamen *Dárimii Mosnad* multas traditiones continet sine ordine auctorum propagatas, interrupta serie auctoritatum relatas, abrogatas, et tales, quae tantum usque ad *Tabiún* ascendunt. — 12015. [Mosnad El-Deilemi, corpus traditionum a *Deilemi* editum]. — 12016. Mosnad Rámahormozi, corpus traditionum a *Rámahormozi* editum. — 12017. Mosnad El-Ruyáni, corpus traditionum a *Ruyáni* editum. — 12018. Mosnad El-Sháfii, corpus traditionum ab Imám *Abu Abdallah Mohammed Ben Idris*, vulgo *El-Sháfii* dicto et anno . . . mortuo, collectum. Emír *Senjer Ben Abdallah Ilm-ed-din El-Jáwli*, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344), mortuus, illud in ordinem disposuit et pluribus voluminibus commentatus est. Pariter *Abu'lseádát El-Mobárek Ben Mohammed El-Jezeri*, vulgo *Ibn-elathir* dictus et anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuus, commentarium in illud edidit

العيّ فى شرح مسند الشافعى فى خمس مجلّدات انتخبه الشيخ زين الدين عمر بن احمد الشماع الحلبى سماه منتخب المرضى عن مسند الشافعى وجمع مسنده ابو عبد الله بن يعقوب بن يوسف الاصمّ الشافعى المتوفى سنة ٢٤٦ شرحه الامام ابو القاسم عبد الكريم بن محمد القزوينى الرافعى عقيب الشرح الكبير وابتدأ فى رجب سنة ٦١٢ فى مجلّدين وتوفى سنة ٦٢٣ وصنف الشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ كتابا سمّاه ايضا شافى العيّ على مسند الشافعى ١٢٠١٩ مسند الشاميين لابى زرعة ١٢٠٢٠ مسند الشهاب ١٢٠٢١ مسند الصحابة الذين ماتوا فى زمان النبى صلعم للسيوطى ذكره فى فهرس مؤلّفاته ١٢٠٢٢ مسند العدنى مرّ ١٢٠٢٣ مسند العشرة جمعها الشيخ الامام ابو بكر احمد بن جعفر بن حمدان بن مالك القطيعى ١٢٠٢٤ مسند على بن موسى الرضى فى فضل اهل البيت ١٢٠٢٥ مسند على رضى الله عنه لابى عبد الرحمن احمد بن شعيب

---

*Kitáb Sháfi el-iyyi fi sharh Mosnad El-Sháfii* inscriptum et quinque voluminibus comprehensum, ex quo Sheikh *Zein-ed-dín Omar Ben Ahmed El-Shemmá' El-Halebi* meliora in epitome *El-Montekhab El-Merdhi an Mosnad El-Sháfii* inscripta selegit, et *Abu Abdallah Ben Ya'cúb Ben Yusuf El-Asamm El-Sháfii*, anno 246 (inc. 28. Mart. 860) mortuus, ejus *Mosnad* collegit. Porro Imám *Abu'lcásim Abd-el-kerím Ben Mohammed El-Cazwini El-Ráfii*, anno 623 (inc. 2. Jan. 1226) mortuus, commentarium duobus voluminibus comprehensum post commentarium majorem edidit illumque mense Rejeb anni 612 (inc. 2. Mai. 1215) incepit. Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, pariter librum edidit *Sháfi el-iyyi ala Mosnád El-Sháfii* inscriptum. — 12019. Mosnad El-Shámiyín, corpus traditionum Syriorum. Edidit *Abu Zor'a.* — 12020. Mosnad El-Shehháb, corpus traditionum, auctore *Shehháb-ed-dín.* — 12021. Mosnad el-sahábet, corpus traditionum sociorum, qui tempore prophetae mortui sunt. Edidit *Soyúti* et in indice scriptorum suorum commemorat. — 12022. Mosnad El-Adeni, *Adenii* corpus traditionum, de quo supra videndum est. — 12023. Mosnad el-asharet, corpus traditionum decem virorum, quos Sheikh et Imám *Abu Bekr Ahmed Ben Ja'far Ben Hamdán Ben Málik El-Catii* collegit. — 12024. Mosnad Ali, corpus traditionum *Alii Ben Músa El-Redhi* de meritis familiae prophetae. — 12025. Mosnad Ali, corpus traditionum *Alii*, cui Deus propitius sit. Edidit *Abu*

النسائى المتوفى سنة ٣٠٣ ١٢٠٢٦ مسند عمر بن الخطاب لابى بكر احمد بن سليمان النجاد ١٢٠٢٧ مسند العنبرى ازيد من مائتى جزء وهو ابو اسحق ابراهيم بن اسمعيل الطوسى محدث طوس الحافظ المتوفى [بعد] سنة ٢٨٠ ١٢٠٢٨ مسند الفردوس لابى نصر الديلمى المتوفى سنة اختصره الشيخ شهاب الدين احمد بن على ابن حجر العسقلانى سمّاه تشديد القوس مختصر مسند فردوس ١٢٠٢٩ مسند القاسم بن سلام البغدادى وهو مشتمل على الغرائب ١٢٠٣٠ مسند القرآءات لاسمعيل بن اسحق الازدى المتوفى سنة ٨٢٠ ١٢٠٣١ مسند القضاعى ١٢٠٣٢ مسند الكبير للامام ابى عبد الله محمد بن اسمعيل البخارى المتوفى سنة ٢٥٦ ذكره الفربرى ١٢٠٣٣ مسند لابى الحسن مسدّد بن مسرهد المتوفى سنة [٢٢٨] وابى اسحق ابراهيم بن سعيد الجوهرى البغدادى المتوفى سنة ٢٤٧ خرج فيه مسند ابى بكر الصديق رضى الله عنه فى نيف وعشرين جزءا ولهيثم بن كليب الشاشى وابى الوليد

---

*Abd-el-rahman Ahmed Ben Shoeib El-Neskyi,* anno 303 (inc. 17. Jul. 915) mortuus. — 12026. Mosnad Omar, corpus traditionum *Omari Ben-elkhattáb.* Edidit *Abu Bekr Ahmed Ben Soleimán El-Nejjád.* — 12027. Mosnad El-Anbari, corpus traditionum plus ducentos fasciculos continens. Collegit Háfitz *Abu Is'hac Ibráhím Ben Ismail El-Tusi Anbari* Traditionarius urbis Tus, [post] annum 280 (inc. 23. Mart. 893) mortuus. — 12028. Mosnad El-Firdaus, corpus traditionum *Abu Nasri El-Deilemi,* vulgo *El-Firdaus* dicti et anno . . . mortui. Sheikh *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni* epitomen ex eo edidit *Teshdíd el-caus mokhtasar Mosnad Firdaus* inscriptam. — 12029. Mosnad El-Cásim, corpus traditionum *Cásimi Ben S[illegible] El-Baghdádi,* quod traditiones serioris originis et raritate vexantes continet. — 12030. Mosnad el-ckiráát, corpus traditionum de lectionibus coranicis, auctore *Ismail Ben Is'hac Azdi,* anno 820 (inc. 18. Febr. 1417) mortuo. — 12031. Mosnad El-Codhái, corpus traditionum. Edidit *El-Codhái.* — 12032. El-Mosnad El-Kebír, corpus traditionum magnum Imámi *Abi Abdallah Mohammed Ben Ismail El-Bokhári,* anno 256 (inc. 9. Dec. 869) mortui. Commemoratur a *Firabri.* — 12033. Mosnad li Abi'lhasan, corpora traditionum. Ediderunt *Abu'lhasan Mosaddad Ben Mosarhad,* anno [228 (inc. 10. Oct. 842)] mortuus — *Abu Is'hac Ibráhím Ben Saíd El-Jauheri El-Baghdádi,* anno 247 (inc. 17. Mart. 861) mortuus, qui in suo libro *Mosnad Abu Bekri El-Siddíc* in viginti fasciculis et pluribus scripto mandavit — *Heithem Ben Koleib El-Shâshi* — *Abu'lwelíd Mohammed Ben Abdallah*

محمد بن عبد الله الازرق المتوفى سنة وابى عبد الله محمد بن خسرو البلخى الحنفى المتوفى سنة ولابى جعفر محمد بن مهدى المدينى المتوفى سنة ۲۷۲ والطيالسى وعبد بن حميد المتوفى سنة ۳۴۹ والحميدى وهو الامام ابو بكر عبد الله بن زبير الحميدى المتوفى سنة ۲۱۹ ومسنده احد عشر جزءا وابراهيم بن معقل النسفى المتوفى سنة ۲۹۵ وابى بكر بن هارون وابى على الطوسى شيخ ابى حاتم وكان كتابه مخرج على كتاب الترمذى لكنه شاركه فى كثير من شيوخه والامام ابى اسحق ابراهيم بن يوسف الهسنجانى المتوفى سنة ۳۰۱ فى مائة جزء والامام ابى اسحق ابراهيم بن نصر الرازى المتوفى فى حدود سنة ۳۸۵ فى نيف وثلاثين جزءا قاله الخليلى ۱۲۰۳۴ مسند مالك للامام احمد بن الشعيب النسائى المتوفى سنة ۳۰۳

۱۲۰۳۵ مسند مسلم لابى بكر محمد بن عبد الله الجوزقى المتوفى سنة ۳۸۸ مر وهو المسند الصحيح على كتاب مسلم اختصره يعقوب بن اسحق ابو عوانة الحافظ

۱۲۰۳۶ المسند المنتخب لعلى بن عبد العزيز البغوى ۱۲۰۳۷ مسند [ ابى يعلى ] الموصلى

---

*El-Ezrecki*, anno . . . mortuus — *Abu Abdallah Mohammed Ben Khosrew El-Balkhi* Hanefita, anno . . . mortuus — *Abu Ja'far Mohammed Ben Mehdi El-Medini*, anno 272 (inc. 18. Jun. 885) mortuus — *Tejálisi* — *Abd Ben Homeid*, anno 349 (inc. 3. Mart. 960) mortuus — Imám *Abu Bekr Abdallah Ben Zobeir*, vulgo *El-Homeidi* dictus et anno 219 (inc. 16. Jan. 834) mortuus, cujus *Mosnad* undecim fasciculos comprehendit — *Ibráhím Ben Ma'ckil El-Nesefi*, anno 295 (inc. 12. Oct. 907) mortuus — *Abu Bekr Ben Hárún* — *Abu Ali El-Tusi* Sheikh *Abu Hátimi*, cujus liber traditiones ad librum *Tirmidzii* elicitas continet, attamen multos doctores cum eo communes habet — Imám *Abu Is'hac Ibráhím Ben Yusuf Hisinjáni*, anno 301 (inc. 7. Aug. 913) mortuus, cujus liber centum fasciculos continet — Imám *Abu Is'hac Ibráhím Ben Nasr El-Rázi*, circa annum 385 (inc. 5. Febr. 995) mortuus, cujus *Mosnad* plus triginta fasciculos comprehendit, ut *El-Khalíli* narrat. — 12034. Mosnad Málik, *Máliki* corpus traditionum. Edidit Imám *Ahmed Ben-elshoeib El-Nesáyi*, anno 303 (inc. 17. Jul. 915) mortuus. — 12035. Mosnad Moslim, *Moslimi* corpus traditionum, quod ab *Abu Bekr Mohammed Ben Abdallah El-Jewzecki*, anno 388 (inc. 3. Jan. 998) mortuo, editum et jam supra commemoratum est. Hoc *El-Mosnad El-Sahih* est ad librum *Moslimi* scriptum. Ex eo Háfitz *Ya'cúb Ben Is'hac Ben Awána* epitomen excerpsit. — 12036. El-Mosnad El-Montekhab, corpus traditiones selectas continens, auctore *Ali Ben Abd-el-aziz El-Beghewi.* — 12037. Mosnad [Abi Ya'li], corpus traditionum [*Abu Ya'li*i] *El-Mausili*, de quo

مر ١٢٠٣٨ مسنونات افلاطون على ارس رسالة لبقراط ١٢٠٣٩ المسهب فى اخبار اهل المغرب للحجارى بالرآء المهملة ١٢٠٤٠ مسيرة اهل السعادة الى ارتقآء درجات الشهادة لمحمد بن عمر بن كيكلدى اوله الحمد لله المتفرد من ذاته وصفاته الخ جمع فيه كلام العلمآء والحكمآء بامر الجهاد ورتب على مقدّمة وقاعدة وابواب ١٢٠٤١ مشآة المصابيح فى اللغة لمصطفى بن قباد اللازقى اوله لحمد لله الذى ارمض خلد عباده الخ رتّب على لحروف وقسم على ثلثة اقسام قال وسمّيته مشآة المصابيح ومرشت فيه المفاتيح وهو لغة مترجم بالفارسية ١٢٠٤٢ مشاخذ الافكار فى مآخذ النظار للشيخ ابى بكر محمد بن عبد الله العبقرى القرطبى المتوفى سنة ٥٦٧ ١٢٠٤٣ مشارب التجارب وغوارب الغرآئب لابى الحسن فى التاريخ توفى سنة ١٢٠٤٤ مشارح الصدور فى المواعظ للعلامة بدر الدين محمود بن احمد العينى المتوفى سنة ٨٥٥ وقيل اسمه زين المجالس ١٢٠٤٥ مشارع الاشواق فى التصوف لعبد

---

supra dictum est. — 12038. Mesnúnát Iflátún, aculeata Platonis contra Aris... (?). — Tractatus Hippocratis. — 12039. El-Mos'hib, liber multum narrans. Historia incolarum Occidentis, auctore *El-Hijári*. — 12040. Mesíret ahl el-seádet, iter populi felicitatis ad conscendendos gradus martyrii, auctore *Mohammed Ben Omar Ben Keikeldi*. In hoc libro, qui ita incipit: Laus Deo essentia sua et attributis unico etc., auctor dicta virorum doctorum et philosophorum bellum sacrum spectantia collegit eumque in praefationem, fundamentum et capita disposuit. — 12041. Mish'at el-mesábíh, cophinus lucernarum, auctore *Mustafá Ben Cobád El-Lázicki*. Opus lexicologicum, quod ita incipit: Laus Deo, qui animum cultorum suorum dol... afficit etc., aphabetice dispositum et in tres partes divisum est. Auctor: Nominavi illud, inquit, *Mish'at el-mesábíh* i. e. Cophinum lucernarum in eoque claves fricui. Dictionarium arabicum est persice versum. — 12042. Meshákhidz el-afkár, irritamenta cogitationum de fontibus speculantium, auctore Sheikh *Abu Bekr Mohammed Ben Abdallah El-Abcari El-Cortubi*, anno 567 (inc. 4. Sept. 1171) mortuo. — 12043. Meshárib el-tejárib we Ghawárib el-gharáib, aquationes experientiarum et vertices rerum memorabilium, auctore *Abu'lhasan*, anno . . . mortuo. Liber historicus. — 12044. Meshárih-el-sodúr, oblectamenta pectorum, auctore viro doctissimo *Bedr-ed-dín Mahmúd Ben Ahmed El-Aini*, anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) mortuo. Opus paraeneticum, cujus titulum alii *Zein el-mejális* esse dicunt. — 12045. Meshári' el-ashwác, aquationes desideriorum, auctore *Abd-el-mon'im*

المنعم الجليانى فيه آداب وجدانية وفى خلالها رموز على نفحات ربانية ١٢٠٤٦ مشارع الاشواق لمحيى الدين احمد بن ابراهيم النحاس الدمشقى المتوفى سنة اوله احمدك اللهم رب واسئلك اعلى رتب الشهادة الخ وهو فى فضائل الجهاد واخذه من عدة كتب منها كتاب قاسم بن عساكر وزاد عليه ورتبه على ثلثة وثلثين بابا وخاتمة ثم ترجمه [المولى عبد] الباقى افندى [الشاعر] بالتركية ١٢٠٤٧ مشارع اوله الحمد لله الذى طهر قلوب العارفين الخ للشيخ اكبر توفى سنة فيه دقائق حكمية قال قلت كذا وكذا ١٢٠٤٨ مشارع الشارع فى فروع الحنفية للشيخ نجم الدين ابى حفص عمر بن محمد النسفى المتوفى سنة ٥٣٧ شرحه ابو على العالى بن ابراهيم بن اسمعيل الغزنوى الحنفى المتوفى سنة ٥٨١ وسماه المنازع فى شرح المشارع اول المشارع الحمد لله الذى اغنى قلوب الفقهاء بالامتلاء من نفائس كنوزه الخ ذكر فيه انه لما رأى المتعلمين متألمين اغناهم عن البطالة وما ابلاهم بالاطالة فجمع لهم ما هو تجالة الراكب وسماه مشارع الشارع وجعله خمسين كتابا وخمسة اقسام العبادات والمعاملات

---

*El-Julyáni.* Opus theosophicum, quod conditiones exstaticas et medio in earum decursu indicia occulta afflatuum divinorum comprehendit. — 12046. Meshári' el-ashwác, aquationes desideriorum, auctore *Mohyi-ed-dín Ahmed Ben Ibráhím El-Nahhás El-Dimeshcki,* anno . . . mortuo. Liber ita incipit: Laudo Te, o Deus, domine, abs Te summum martyrii gradum peto etc., et de meritis belli sacri agit. Auctor ejus argumentum e pluribus libris petiit, ut e libro *Cásimi Ben Asákir.* Ad haec sua addidit, et librum in triginta tria capita et conclusionem distribuit. Eum [Molla *Abd*]-*el-bácki Efendi* [Poeta] turcice vertit. — 12047. Meshári', aquationes, auctore Sheikho summo (*Akber*), anno . . . mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo, qui corda spiritalium pura reddit etc., et adnotationes subtiles philosophicas continet. Auctor formula utitur: Dico haec illa. — 12048. Meshári' el-shári', aquationes legis latoris de partibus juris Hanefitici derivatis, auctore Sheikh *Nejm-ed-dín Abu Hafs Omar Ben Mohammed El-Nesefi,* anno 537 (inc. 27. Jul. 1142) mortuo. *Abu Ali El-Ali Ben Ibráhím Ben Ismaíl El-Ghaznewi* Hanefita, anno 581 (inc. 4. Apr. 1185) mortuus, in hunc librum commentarium edidit *El-Menázi' fi sharh El-Meshári'* inscriptum. Archetypum ita incipit: Laus Deo, qui corda jurisconsultorum copia inspirationum pretiosarum e thesauris suis ditat etc. Narrat ibi, cum discipulos videret dolore affectos, se eos desidia liberare neque verbositate vexare studuisse. Itaque illis librum collegit, qui commeatus esset equitis leviter paratus, eumque titulo insignivit *Meshári' el-shári',* et in quinquaginta libros et quinque partes divisit, officia cultus scilicet, commercia socialia, res communia

والمباحات والتبرعات والجنايات وشرحه بكتاب سماه المنابع ١٢٠٤٩ مشارع اللغة ليوسف ابن اسمعيل بن ابراهيم فرغ عن تأليفه يوم الخميس العشرين من ذى الحجة سنة ٨١٦ ١٢٠٥٠ مشارع للرقى ١٢٠٥١ مشارق الانوار على صحاح الآثار فى تفسير غريب الحديث المختص بالصحاح الثلثة وهو الموطأ والبخارى ومسلم للقاضى ابى الفضل عياض بن موسى اليحصبى المتوفى سنة ٥٤٤ وهو كتاب مفيد جدا اوله الحمد لله مظهر دينه على كل دين الخ [ واختصره ابن قرقول الحافظ ابو اسحق ابراهيم بن يوسف الوهرانى الحمزى المتوفى سنة ٥٦٩ وسماه المطالع وزاد عليه بعضا يأتى ] ١٢٠٥٢ مشارق الانوار القدسية فى بيان العهود المحمدية للشيخ عبد الوهاب بن احمد الشعرانى اوله الحمد لله رب العالمين الخ ضمن فيه جميع العهود التى بلغت عن رسول الله صلعم من فعل المأمورات وترك المنهيات ثم ذكر انه اخذ علينا عهد رسول الله فى كذا وكذا ورتب على ترتيب ابواب العبادات وفرغ فى ٢٨ رمضان سنة ٩٥٨ وفى نسخة انه قسم على قسمين الاول فيما اخل به الناس من اجتناب المنهيات

---

juris, functiones spontaneas, poenas puniendis impositas. Idem commentarium edidit *El-Menábi'* inscriptum. — 12049. **Meshári' el-loghat**, aquationes linguae. Scripsit ***Yusuf Ben Ismaíl Ben Ibráhím*** et libri compositionem feria quinta, die scilicet vicesimo mensis Dzi'lhijjet anni 816 (inc. 3. Apr. 1413) absolvit. — 12050. **Meshári' lil-rocá**, aquationes incantamentorum. — 12051. **Meshári̇c el-anwár**, ortus luminum super traditionibus veris, auctore Cádhi *Abu'lfadhl Jyádh Ben Musa Yahsebi*, anno 544 (inc. 11. Mai. 1149) mortuo. Commentarius est in verba traditionum inusitata, qui sola tria traditionum corpora, *El-Mowatta*, *El-Bokhári* et *Moslim*, comprehendit. Liber utilissimus, qui ita incipit: Laus Deo, qui fecit, ut sua religio ceteras religiones omnes vinceret etc. [El-Háfitz *Abu Is'hac Ibráhím Ben Yusuf El-Wahráni El-Hamzi,* vulgo *Ibn Corcúl* dictus et anno 569 (inc. 12. Aug. 1173) mortuus, epitomen ejus edidit, cui nonnulla nova adjecit et titulum *El-Metáli'* dedit. Vide infra]. — 12052. **Meshári̇c el-anwár el-codsíyet**, ortus luminum sanctorum de expositione promissorum a propheta *Mohammed* factorum, auctore Sheikh *Abd-el-wehháb Ben' Ahmed El-Sha'ráni.* Liber ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc., et auctor illi omnia promissa inseruit, quae legatus Dei ei fecit, qui imperata facit et vetitis abstinet. Tum commemorat, prophetam divinum promissis datis nos hoc illo constrinxisse, et librum, quem die vicesimo octavo mensis Ramadhán anni 958 (inc. 9. Jan. 1551) absolvit, ad ordinem capitum officiorum cultus disposuit. In alio exemplo legitur, eum in duas partes divisum esse, quarum prior de iis agat,

وفيما اخلّ به الناس فى اتيان المأمورات ١٢٠٥٣ مشارق الانوار المضيئة للشيخ شهاب الدين ابى العباس احمد بن ابى بكر الخطيب القسطلانى الشافعى المتوفى سنة ٩٢٣ ١٢٠٥٤ مشارق الانوار النبوية من صحاح الاخبار المصطفوية للامام رضى الدين حسن بن محمد الصغانى [المتوفى سنة ٦٥٠] جمع فيه من الاحاديث الصحاح عدده على تعداد الشارح الكازرونى الفان ومائتان وستة واربعون حديثا وبيّن فى اول كلّ باب او نوع عدد احاديثه وقال هذا كتاب ارتضيه واستضىء لضيائه والعقل هذا يقتضى الفته لخزانة المستنصر بن الظاهر بن الناصر المستضىء العباسى اوله الحمد لله محيى الرمم ومجرى القلم الخ ذكر انّه لما فرغ من مصباح الدجا والشمس المنيرة ضمّ اليهما ما فى كتابى النجم والشهاب لتجتمع الصحاح قال وهذا الكتاب حجّة بينى وبين الله فى الصحّة والرصانة فالخاء اشارة للبخارى والميم لمسلم والقاف لما اتفقا عليه ورتب بترتيب انيق جعله اثنا عشر بابا آ على فصلين الاول ابتداؤه بمن

quae homines non faciunt ad vetita evitanda, posterior de iis, quae homines non faciunt ad jussa perpetranda. — 12053. **Mesháric el-anwár el-modhíyet**, ortus luminum splendentium, auctore Sheikh *Shehâb-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Abi Bekr El-Khatíb El-Castelâni* Shâfiità, anno 923 (inc. 24. Jan. 1517) mortuo. — 12054. **Mesháric el-anwár el-nebewíyet**, ortus luminum propheticorum e sanis prophetae electi traditionibus. Imám *Redhi-ed-dín Hasan Ben Mohammed El-Saghâni*, [anno 650 (inc. 14. Mart. 1252) mortuus], hic syllogen dedit traditionum probarum, quarum numerus, ut *Kâzerúni* libri explicator enumeravit, duo milia ducentas quadraginta sex traditiones explet, et initio singulorum capitum aut specierum numerum traditionum eorum indicat. Gratum habeo, inquit, hunc librum, et propter lumen splendens, quod in eo est, mihi ipsi lumen peto, et mens ita postulat. Composui eum pro bibliotheca *Mostansir*i *Ben-eltzâhir Ben-elnásir El-Mostadhi El-Abbâsi.* Liber ita incipit: Laus Deo, qui ossa cariosa in vitam revocat et calamum libere vagari patitur etc., et auctor, libros *Misbâh el-dojâ* et *El-Shems El-Moníret* cum absolvisset, se his duobus eas addidisse dicit traditiones, quae in libris *El-Nejm* et *El-Shehâb* legerentur, ut verae traditiones omnes conjunctre essent, et: Hunc librum, inquit, inter me et inter Deum testimonium esse volui veritatis et firmitatis. Litera *Khâ* in eo *Bokhâri* significat, *Mím Moslim*, et *Câf* eas traditiones, in quibus duo illi consentiunt. Auctor eum egregie disposuit et in duodecim capita divisit. Caput primum duas sectiones continet, quarum prior eas traditiones comprehendit, quae a pronomine relativo *man* „qui", aut conjunctivo aut conditionali, posterior eas,

الموصولة او الشرطيّة والثانى بمن الاستفهاميّة ۲ فى انّ وفيه عشرة فصول ۳ فى لا ۴ فى اذ واذا ۵ فيه فصلين فى الاول ما وانواعها وفى الثانى يا واقسامها ۶ فيه اثنى عشر فصلا فى بعض الكلمات كقد ولو وبين ۷ فيه سبعة عشر فصلا كالمبتدأ والمعرّف ۸ فيه ستة فصول ۹ فيه العدد ونحوه ۱۰ فى الماضى ۱۱ فى لام الابتداء ۱۲ فى الكلمات القدسيّة وشروحه كثيرة منها شرح الشيخ اكمل الدين محمد بن محمود البابرتى الحنفى سماه تحفة الابرار فى شرح مشارق الانوار المتوفى سنة ۷۸۶ والشيخ مجد الدين ابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادى الشيرازى المتوفى سنة ۸۱۷ فى اربع مجلدات سماه شوارق الاسرار العلية فى شرح مشارق الانوار النبويّة وخير الدين خضر بن عمر العطوفى [من علمآء الدولة العثمانيّة] سمّاه كشف المشارق فى ثلث مجلدات والشيخ الامام سعيد بن محمد [بن مسعود] الكازرونى سماه المطالع المصطفويّة توفى سنة [۷۵۸] ذكر فى آخر كلّ فصل وباب عدد الاحاديث فجمع على ان يكون الفين ومائة حديث

---

quae a pronomine relativo interrogativo „quis" incipiunt — secundum caput, quod traditiones ab *inná* incipientes complectitur, decem sectiones continet — tertium eas, quae a *lá* — quartum eas, quae ab *idz* et *idzá* incipiunt — quintum duas sectiones continet, quarum prior traditiones, quae a *má* ejusque variis speciebus incipiunt, posterior eas continet, quae ab interjectione *yá* ejusque partibus incipiunt — sextum duodecim sectiones et eas traditiones continet, quae a certis vocabulis, qualia sunt *cad*, *lau* et *bein*, incipiunt — septimum septendecim sectiones et eas traditiones continet, quae v. c. ab inchoativo et articulo incipiunt — octavum sex sectiones — nonum eas traditiones continet, quae a numeris et verbis his similibus incipiunt — decimum eas, quae a tempore praeterito — undecimum eas, quae a *lám* inchoativo — et duodecimum eas traditiones continet, quae a verbis sanctis (v. c. *Allah*) incipiunt. — Multi commentarios in hunc librum composuerunt, ut Sheikh *Akmal-ed-dín Mohammed Ben Mahmúd El-Báberti* Hanefita, anno 786 (inc. 24. Febr. 1384) mortuus, cujus commentarius *Tohfet el-abrár fi sharh Mesh""áric el-anwár* inscriptus est — Sheikh *Majd-ed-dín Abu Táhir Mohammed Ben Ya'cúb Fírúzábádi Shírázi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuus, cujus commentarius quatuor voluminibus comprehenditur et *Shewáric el-asrár el-'alíyet fi sharh Meshári el-anwár el-nebewíyet* inscriptus est — *Kheir-ed-dín Khidhr Ben Omar El-Atúfi*, [qui inter viros doctos ad aulam Othomanicam floruit], et commentarium tribus voluminibus comprehensum titulo *Kashf El-Meshári* insignivit — Sheikh et Imám *Saíd Ben Mohammed* [*Ben Mes'úd El-Kázerúni*, anno [758 (inc. 25. Dec. 1356)] mortuus, cujus commentarius *El-Metáli' El-Mustafewíyet* inscriptus est. Auctor ad finem cujusvis sectionis et capitis numerum

وستة واربعين حديثا والشيخ عبد اللطيف بن عبد العزيز المعروف بابن الملك شرحا لطيفا سماه مبارق الازهار فى شرح مشارق الانوار اوله الحمد لله على هدية الهداية والاسلام الخ اعلم ان الشارح ابن ملك التزم ان يبين فى كلّ حديث انه مما انفرد به احد الشيخين واتفقا عليه لاختلاف نسخ المشارق فى العلامات وعدم العلم بما هو الاصحّ ونبّه على ما وقع من المصنف فى بعض المواضع من علامات غير مطابقة للواقع بان نسبة الحديث الى الصحيحين ولم يكن الّا فى احدهما او اخرجه غيرهما او لم يوافق اسم الراوى لما فيهما وذكر احوال راوى الحديث واقتصر على ذكره مرّة وعلى شرح ابن الملك حاشية [لمولانا ابراهيم بن احمد المعيد] اولها الحمد لله الذى خلق ارواح ذوى العقول الخ سماه صواب الافكار وحاشية اخرى لمحمد ابن احمد الازنيقى الشهير بوحى زاده [المتوفى سنة ١٠١٨] اولها الحمد لله الذى هدانا لهذا الخ ورتّب المولى ابراهيم بن مصطفى شرح ابن ملك على فصل وباب كالمصابيح سمّاه انوار

---

traditionum indicat, unde effecit, ut summa duo milia centum quadraginta sex traditiones comprehenderet — Sheikh *Abd-el-latif Ben Abd-el-azíz*, vulgo *Ibn-elmalik* dictus, cujus commentarius elegans *Mebáric el-azhár fi sharh Mesháric el-anwár* inscriptus est, et ita incipit: Laus Deo pro munere rectae viae et fidei Islamicae etc. Scias, *Ibn Malik* explanatorem legem sibi imposuisse, ut in quavis traditione exponeret, num in iis numeranda esset, quae uni tantum duorum Sheikhorum propriae essent, an in iis, in quibus illi consentirent, idque eam ob caussam, quod exempla libri *Mesháric* in siglis differrent neque quisquam sciret, quod rectissimum esset. Praeterea animum ad sigla advertit ab auctore archetypi in quibusdam locis posita, quae minime signo usu recepto respondent, quod indicat, traditionem ad utrumque *Sahíh* referendum esse, attamen ea nonnisi in altero de duobus legitur, aut ab alio traditionario praeter *Bokhári* et *Moslim* primum in lucem edita est, aut ibi nomen referentis iis non respondet, quae in utroque *Sahíh* leguntur. Deinde conditiones ejus enarrat, qui traditiones refert, et in eo semel tantum commemorando acquiescit. — Ad commentarium *Ibn-elmaliki* [Molla noster *Ibráhím Ben Ahmed El-Moíd*] glossas edidit, quae ita incipiunt: Laus Deo, qui spiritus intelligentium creavit etc., et *Sawáb el-afkár* inscriptae sunt — itemque *Mohammed Ben Ahmed El-Jznícki*, vulgo *Wahyizádeh* dictus [et anno 1018 (inc. 27. Mart. 1609) mortuus], cujus glossae ita incipiunt: Laus Deo, qui nos ad hoc dirigit etc. — Molla *Ibráhím Ben Mustafa* commentarium *Ibn Maliki* secundum sectiones et capita disposuit libri *Mesábíh* instar, et hanc recensionem, quae ita

البوارق في ترتيب شرح المشارق اوله نحمدك يا من اشرق قلوبنا الخ قال رتبته كترتيب المصابيح بلا تغيير الا في محلّ الاحتياج وربما الحقت به شيئًا من المصابيح تم ترتيبه في اول شعبان سنة ٩٨٧ وشرح المولى شمس الدين احمد بن سليمان المعروف بابن كمال پاشا مكرّرا ولم يشتهر توفي سنة ٩٤٠ ووجيه الدين عمر بن عبد المحسن الارزنجاني سمّاه حدآئق الازهار في شرح مشارق الانوار اوله الحمد لله على تواتر فضله وآلآئه الخ قال جميع ما اوردت فيه من شرح السنة ونوادر الاصول والفآئق والنهاية وجمع الغرآئب ومطالع الانوار وشرح البيضاوي والتحفة لبدر الدين الاربلي وشمس الدين ابن الصآئغ محمد بن عبد الرحمن الزمردي الحنفي المتوفى سنة ٧٧٦ والمولى محمد بن مصلح الدين القوجوي المعروف بشيخ زاده المحشي المتوفى سنة ٩٥١ وجلال الدين رسولا بن احمد التباني [المتوفى سنة ٧٩٣] كتب منه قطعة ولم يكمله وشرح وحيد الدين واختصر المشارق محمد بن محمد الاسدي القدسي سماه دقآئق الاثار في مختصر مشارق الانوار توفي سنة ٨٠٨ ومن شروحه ضيآء المشارق

---

incipit: Laudamus Te, qui corda nostra illuminas etc., *Anwár el-bewáric fi tertib sharh El-Meshári*c inscripsit. Disposui eam, ait, ad instar libri *Mesábih* sine ulla mutatione nisi in loco, ubi mutatio necessaria erat, et saepius aliquid e libro *Mesábih* addidi. Absolvit hanc recensionem mense Sha'bán I anni 987 (inc. 28. Febr. 1579) — Molla *Shems-ed-dín Ahmed Ben Soleimán*, vulgo *Ibn Kemálpasha* dictus et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus, commentarium repetitum, qui celebritatem non consecutus est, et *Wejíh-ed-dín Omar Ben Abd-el-mohsin El-Arzenjáni* commentarium edidit *Hadáic el-azhár fi sharh Meshári*c *el-anwár* inscriptum, qui ita incipit: Laus Deo pro continua ejus benignitate et beneficiis etc. Omnia, inquit, quae hic attuli, e commentario Sunnae, *Newádir el-osúl*, *El-Fáic*, *Niháyet*, *Jam'o el-gharáib*, *Metáli' el-anwár*, commentario *Beidháwi*i et libro *Tohfet el-abrár* a *Bedr-ed-dín El-Irbili* edito desumta sunt — *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-rahman El-Zommorrodi* Hanefita, vulgo *Ibn-elsáigh* dictus et anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuus — Molla *Mohammed Ben Moslih-ed-dín El-Cujewi* Glossator, vulgo *Sheikhzádeh* dictus et anno 951 (inc. 25. Mart. 1544) mortuus — *Jelál-ed-dín Rasúlá Ben Ahmed El-Tebbáni*, [anno 793 (inc. 9. Dec. 1390) mortuus], qui fragmentum tantum commentarii scripsit neque eum ad finem perduxit — et *Wahíd-ed-dín*. — *Mohammed Ben Mohammed El-Asedi El-Codsi*, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuus, librum *Meshári*c in epitomen coegit *Decáic el-athár fi mokhtasar Meshári*c *el-anwár* inscriptam. — Commentarium plurium

الجدير بالوضع على المفارق مجلدات لضياء الدين على بن محمود الكرمانى المتوفى سنة وشمس الدين القطانى المتوفى سنة قال ابن الملك ايها الطالب لشرح الحديث لا تغفل عن هذا شرح الحديث فان فوآئده عزيزة مضبوطة ومن الكتب الكثيرة ملقوطة من ثلثة شروح للمشارق الشرح الاكمل والتحفة والحدآئق وشرح صحيح مسلم للنووى ومن شروح المشكاة فوآئد الكلاباذى ومن شرح احكام الاحكام للمصابيح غير ما وقع فى خاطرى القبيح وعلى المشارق حاشية للشيخ قاسم بن قطلوبغا الحنفى المتوفى سنة ٨٧٩ ورتب على بن حسن كتاب المشارق على الابواب والفصول وسماه مبارق الازهار ثم رتب شرح ابن ملك فى سنة ٩٣٦ اوله الحمد لله الذى له ما فى السموات الخ وشرحه علآء الدين يحيى بن عبد اللطيف الطاوسى القزوينى شرحين كبيرا وصغيرا اول صغيره الحمد لله الذى خلق السموات مزيّنة بمصابيح النجوم الخ وفرغ عنه ببغداد بالمستنصريّة سنة ٧٢٥ وقال فى بعض مواضعه وقد استقصينا الكلام فى شرحنا المطوّل لكنه ذكر مذهب الشيعة مع مذاهب الائمة فى الاحكام

---

voluminum *Dhiyá El-Meshâric el-jedír bi'lwadh'i' ala el-mefáric* inscriptum *Dhiyâ-ed-dín Ali Ben Mahmúd El-Kermâni*, anno ... mortuus, edidit, itemque *Shems-ed-dín El-Cattâni*, anno ... mortuus. — *Ibn-elmalik:* O tu, qui explicationem traditionum quaeris, noli hunc traditionum commentarium negligere. Continet enim animadversiones pretiosas et exploratas exque multis libris electas, quales sunt tres in *El-Meshâric* commentarii, *El-Sharh El-Akmal*, *El-Tohfet* et *El-Hadáic*, commentarius in *Sahîh Moslimi* a *Newewi* editus, porro e *Kelâbâdzii* commentario in *El-Mishkat*, *Fewâid* inscripto, et e commentario *Ikhâm el-ahkâm* in *Mesâbîh* edito, exceptis iis, quae mihi in mentem informem veniebant. Ad *Meshâric* Sheikh *Câsim Ben Cotluboghâ* Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus, glossas edidit, et *Ali Ben Hasan* librum eundem in capita et sectiones divisit, hancque recensionem titulo *Mebâric el-azhâr* insignivit. Tum pariter commentarium *Ibn-Maliki* anno 936 (inc. 5. Sept. 1529) disposuit, et haec editio disposita ita incipit: Laus Deo, cui est, quod in coelis est etc. — *Alâ-ed-dín Yahya Ben Abd-el-latîf El-Tawusi El-Cazwîni* duos commentarios composuit majorem et minorem. Minor ita incipit: Laus Deo, qui coelos creavit lucernis stellarum ornatos etc., eumque ille Baghdadi in collegio *Mostansiriye* anno 725 (inc. 18. Dec. 1324) absolvit. Loco aliquo: Omnem, ait, sermonis materiam in commentario nostro longiori effudimus, attamen doctrinam Shiiticam simul cum doctrinis Imamorum locis comme-

وعلى مائة حديث منها شرح للمولى عبد الباقى الشهير بطورسون زاده اوله الحمد لله الذى جعل الكتاب والسنة الخ ذكر فيه انّه درّس فى اثناء تدريسه المشارق مع ما افاده الشارحان الاكمل وابن ملك ولما ولى قضاء اسكدار جمع مائة حديث وشرحها وسماه تحفة حسنا على انّه تأريخ تأليفه ثم جمع خمسة عشر حديثا فى السلام والحقها وشرحها ايضا

١٢٠٥٥ مشارق فى علم التعبير ١٢٠٥٦ مشارق فى فنّ الرياضة لابى الحسن المعروف بدانشمند الابيوردى الشافعى ١٢٠٥٧ مشارق النصوص الباحث عن غوامض الفصوص مرّ ذكره ١٢٠٥٨ مشارق النور ومدارك السرور فى الكلام للشيخ ابى منصور بن محمد الحسينى ١٢٠٥٩ مشاعر الشعرآء المعروف بتذكرة عاشق چلبى ١٢٠٦٠ مشاكلة فى اللغة لمحمد ابن معلى الازدى ١٢٠٦١ مشاهد الاسرار القدسيّة ومطالع الانوار الالهية وهى اربعة عشر مشهدا رسالة للشيخ محيى الدين محمد بن على المعروف بابن عربى المتوفى سنة ٦٣٨ اولها

---

morat, uoi de statutis sermo est. — In centum libri traditiones Molla *Abd-el-backi*, vulgo *Túrsúnzádeh* dictus, commentarium edidit, qui ita incipit: Laus Deo, qui Coranum et Sunnam ab aeternitate creavit etc. Narrat ibi, mediis in lectionibus se librum *Meshúric* simul cum iis animadversionibus utilibus tractasse, quas duo interpretes *El-Akmal* et *Ibn Malik* edidissent. Et munere judicis cum in urbe Uskudár fungeretur, centum traditiones collegit, et in eas commentarium edidit *Tohfet Hasnú* inscriptum, quem titulum ideo composuit, ut tempus compositionis indicaret. Serius quindecim traditiones de verbis „Salus super te" collegit, quas illis centum adjecit et pariter commentario instruxit. — 12055. Meshúric fi ilm el-ta'bír, ortus de arte somnia interpretandi. — 1256. Meshúric fi fenn el-riyádhat, ortus de mathematica, auctore *Abu'lhasan El-Abiwerdi* Shafiita, vulgo *Dánishmend* dicto. — 12057. Meshúric el-nosús, ortus sanctionum. Commentarius brevior, in quo de difficultatibus occultis libri *Fosús el-hikem* quaeritur. Jam supra de eo dictum est. — 12058. Meshúric el-núr we Medáric el-sorúr, ortus luminis et conceptiones arcanorum. Liber de metaphysica, auctore Sheikh *Abu Mansúr Ben Mohammed El-Hoseini.* — 12059. Mesháir el-shoará, loca consecrata poetarum. Liber vulgo *Tedzkiret el-shoará* dicitur et ab *Ashic Jelebi* scriptus est. — 12060. El-Moshákelet, congruentia. Opus lexicologicum, auctore *Mohammed Ben Moulla El-Azdi.* — 12061. Mesháhid el-asrár el-codsíyet, speculae arcanorum sacrorum et ortus luminum divinorum, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali*, vulgo *Ibn Arabi* dicto et anno 638 (inc. 23. Jul. 1240) mortuo. Tractatus

الحمد لله ربّ العالمين حمدا الخ وهي رسالة كتبها الى اصحاب الشيخ ابى محمد عبد العزيز بن ابى بكر القرشى المهدوى من تونس سنة ٥٩٠ ومن شروحها شرح بالقول لتلميذ الشيخ وهو شارح كتاب الاسرار ايضا [ وشرحه زين العابدين عبد الرؤف المناوى المصرى المتوفى سنة ١٠٣١ وامراة معروفة بست العجم] ١٢٠٦٢ مشاهد الطلاب فى الكشف عن قواعد الاعراب قصيدة للشيخ نجم الدين محمد بن ابى بكر بن على المكى المعروف بالمرجانى المتوفى سنة ٨٣٧ ١٢٠٦٣ المشتبه فى المؤتلف والمختلف وعليه كتاب للشمس بن ناصر الدين الدمشقى سمّاه توضيح المشتبه ١٢٠٦٤ مشتبه النسبة للحافظ ابى عبد الله محمد بن احمد الذهبى المتوفى سنة ٧٤٨ اوله الحمد لله الذى لم يتخذ ولدا ولم يكن له شريك فى الملك احد ابدا الخ قال علقت فيه كلام الحافظ عبد الغنى بن سعيد الازدى وابن ماكولا وابن نقطة وابى العلاء الفرضى وغيرهم انتهى لكن اعتمد فيه على ضبط القلم فكثر فيه

quatuordecim speculas continens, qui ita incipit: Laus Deo, mundorum domino, talis etc. *Ibn Arabi* eum ad asseclas Sheikhi *Abu Mohammed Abd-el-azíz Ben Abi Bekr Coreshi Mehdewi* Tunete anno 590 (inc. 27. Dec. 1193) scripsit. Inter alios discipulus Sheikhi idem, qui librum *Asrár* commentatus est, commentarium, qui nonnisi verba textus exposita adscripta continet, composuit. Praeterea *Zein-elábidín Abd-el-rawúf El-Monáwi El-Misri*, anno 1031 (inc. 6. Nov. 1621) mortuus, et femina, vulgo *Sitt el-ajem* dicta, commentarios ediderunt]. — 12062. Meshâhid el-tollâb, speculae studiosorum de retegendis legibus primariis doctrinae flexionum finalium. *Casída*, auctore Sheikh *Nejm-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr Ben Ali El-Mekki*, vulgo *El-Merjáni* dicto et anno 837 (inc. 18. Aug. 1433) mortuo. — 12063. El-Moshtebih fi el-mutalif we el-mokhtalif, ambigua de nominibus inter se discrepantibus et congruentibus. De his *Shems-ed-dín Ben Násir-ed-dín Dimeshcki* librum edidit *Taudhíh El-Moshtebih* inscriptum. — 12064. Moshtebih el-nisbet, ambiguitas relationis, auctore Háfitz *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Dzehebi*, anno 748 (inc. 13. Apr. 1347) mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo, qui filium non adoptavit neque in imperio unquam participem admisit etc. — *Dzehebi:* Hic, inquit, adnotavi, quae Háfitz *Abd-el-ghani Ben Saíd El-Azdi*, *Ibn Mákúlá*, *Ibn Nocta*, *Abu'laâ El-Faredhi*, alii disseruerant.— Haec ille.— Attamen ibi nimis firmitate calami fretus est, ut multa vitia et inversiones admitteret.

الغلط والتحريف وصنف ابن حجر تبصير المنتبه بتحرير المشتبه ١٢٠٦٥ مشتبه النسبة للحافظ عبد الغنى بن سعيد الازدى المقدسى المتوفى سنة ٤٠٩ اخذ منه الخطيب فى المؤتلف ولابن باطيش ولابى الفضل احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ وتوضيح المشتبه للشمس بن ناصر الدين ذكر فيه ترجمة ابن حجر المذكور ١٢٠٦٦ المشترك وضعا والمختلف صقعا فى البلدان لابى عبد الله ياقوت الرومى الحموى البغدادى منشأ المتوفى سنة اوله الحمد لله المتفرد بالصفات والاسم الخ ذكر انه انتخلها من كتابه معجم البلدان على الحروف ١٢٠٦٧ مشتمل الاحكام فى الفتاوى الحنفية للشيخ فخر الدين الرومى الفه للسلطان محمد الفاتح وقال سميته به لكونه مخصوصا للقضاة والحكام وقد عده المولى بركلى من جملة الكتب المتداولة الواهية وهو نسختان كبير وصغير قال فى كبيره هذه نسخة جمعت فيها جميع درر الهداية وغررها واتيت بمتفرقاتها فى اصل ابوابها ليسهل طلبها والحقت بها من المتون المستعملة زوائد

---

*Ibn Hajr* tractatum criticum in hunc librum edidit *Tebsír el-montebih bi tahrír El-Moshtebih* inscriptum. — 12065. Moshtebih el-nisbet, ambiguitas relationis, auctore Háfitz *Abd-el-ghani Ben Saíd El-Azdi El-Mocaddesi*, anno 409 (inc. 20. Mai. 1018) mortuo. Ex hoc libro *El-Khatíb* plura in tractatum *Mutalif* assumsit. Libros similes composuerunt *Ibn Bátísh* et *Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuus, et expositionem libri *Moshtebih*, *Taudhíh El-Moshtebih* inscriptam, *Shems-ed-dín Ben Násir-ed-dín* edidit, qui ei biographiam *Ibn Hajr*i laudati inseruit. — 12066. El-Moshtarik wadh'an we El-Mokhtalif soc'an, nomina locorum geographica, quae in orthographia conveniunt, plaga differunt. Scripsit *Abu Abdallah Yácút El-Rumi El-Hamawi*, qui Baghdadum patriam habuit et anno . . . mortuus est. Hunc librum, qui ita incipit: Laus Deo attributis et nomine unico etc., se ex suo *Moajjem el-boldán* narrat cum delectu excerpsisse et alphabetice disposuisse. — 12067. Moshtamil el-ahkám, liber statuta complectens de jurisconsultis hanefiticis, quem Sheikh *Fakhr-ed-dín El-Rumi* Sultano *Mohammed* Expugnatori composuit. Ei titulum illum dedi, inquit, quod in peculiarem usum judicum et arbitrorum scriptus est. Molla *Birgili* eum in scriptis usu receptis et tritissimis numerat. Exstant duae recensiones, major et minor. Auctor in majori dicit: Collegi in hac recensione omnia, quae in libro *Hidáyet* potissima sunt et clarissime splendent, et quaestiones ejus dispersas ad initium capitum libri attuli, ut facilius quaeri possent, et e textibus usu receptis, quales sunt *El-Mejma'*,

مسائلها وهى المجمع والوقاية والكنز والمختار وكتبت عبارة كل كتاب بعينها ليكون الاعتماد زيادة عليها وقال فى آخره وقع الفراغ من ترتيبه فى وقت الضحى من يوم الجمعة من شهر جمادى الاخر سنة ٨٧٩ بادرنه [اول الصغير الحمد لله الذى جعل ملّة الاسلام الخ واول الكبير الحمد لوليه والصلوة على نبيّه الخ] ١٢٠٦٨ مشتمل الحكم ١٢٠٦٩ مشتمل الفتوى لمولانا عبد العزيز [المناجم] ١٢٠٧٠ مشتهى السمع فى منتهى الجمع تذكرة جمعها الشيخ القاضى ابو الفداء اسمعيل بن الامام ابى اسحق ابراهيم بن محمد الكنانى الحنفى المتوفى سنة [٨٠٢]

١٢٠٧١ مشذر المرجانى من شعر الارجانى لجلال الدين محمد بن عبد الرحمن القزوينى خطيب دمشق المتوفى سنة ٧٣٩ ١٢٠٧٢ [مشرب الوردى فى مذهب المهدى لعلى القارى]

١٢٠٧٣ مشرع الروى فى الزيادة على غريب الهروى مرّ فى الغين ١٢٠٧٤ مشرع الروى فى شرح منهاج النووى يأتى ١٢٠٧٥ مشرق المعلم فى تلخيص الجمع بين العباب والمحكم

*El-Wicáyet*, *El-Kanz* et *El-Mokhtár*, additamenta ad libri *Hidáyet* quaestiones hic adjeci. Usus autem sum ipsis singulorum librorum illorum verbis, ut fides in hoc libro ponenda augeretur. Ad finem hoc dicit: Dispositio libri ad finem perducta est illustri jam die Veneris mensis Jomádzi II anni 879 (inc. 18. Mai. 1474) Adrianopoli. [Minor ita incipit: Laus Deo, qui religioni Islamicae originem dedit etc., et major ita: Laus ejus amico et precatio super ejus propheta etc.]. — 12068. Moshtamil el-hikem, liber statuta continens. — 12069. Moshtamil el-fetwá, liber jurisconsulta continens, auctore Molla nostro *Abd-el-azíz* [Astronomo]. — 12070. Moshtehá el-sam'i' fi montehá el-jam'i', desiderium auditus de formis numeri pluralis postremis. Liber memorialis, quem Sheikh et Cádhi *Abu'lfedá Ismail Ben* El-Imám *Abu Is'hac Ibráhím Ben Mohammed El-Kináni* Hanefita, anno [802 (inc. 3. Sept. 1399)] mortuus, collegit. — 12071. El-Moshadzdzar El-Merjáni, rosarium margaritarum parvarum e carminibus *Arraján*ii excerptum a *Jelál-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-rahman El-Cazwíni* Damasci Concionatore, anno 739 (inc. 20. Jul. 1338) mortuo. — 12072. [El-Mashrab El-Wardi, aquatio rosacea de doctrina *Mehdí*i, auctore *Ali* Corani Lectore]. — 12073. El-Mashra' El-Rawi, aquatio sitim explens. Supplementa ad librum *Herewí*i *El-Gharíb* inscriptum, de quo in litera *Ghaïn* videndum est. — 12074. El-Mashra' El-Rawi, aquatio sitim explens. Commentarius in librum *Minháj* a *Neweeci* editum, de quo infra dicetur. — 12075. El-Mashric El-Moallem, oriens signis ornatus. Epitome meliora libri *Jam'o' bein*

مرّ في الجيم ١٢٠٧٦ مشرق الاسرار ومغرب الانوار في الطلسمات ذكره البوني ١٢٠٧٧ مشرق الانوار في مشكل الآثار لجمال الدين محمود بن احمد القونوي المعروف بابن السراج المتوفى سنة ٧٧٠ ١٢٠٧٨ مشرق الانوار في مغرب الاسرار ١٢٠٧٩ مشرق في اخبار المشرق لابي الحسن نور الدين علي بن سعيد الاندلسي المؤرخ الاديب المتوفى سنة ٦٧٣ الّفه للصاحب محيي الدين محمد بن محمد بن بدي الجزري وذكره في اوله ١٢٠٨٠ مشرق في اصلاح المنطق وهو لباب كتاب سيبويه لقاضي الجماعة احمد بن عبد الرحمن اللخمي المتوفى سنة ٥٩٢ ١٢٠٨١ المشرق في حلى المشرق لابي الحسين سعيد بن علي الغرناطي المتوفى سنة ٦٨٥

١٢٠٨٢ المشرق في محاسن اهل المشرق ستون مجلدا لاحمد بن سعيد العنسي ذكره علي القاري في طبقاته قال ابو الحسن علي بن سعيد في المرقص ان المشرق والمغرب كتابان في مائة وخمسين سفرا صنّفا في مائة وخمسة عشر سنة من اهل الاعتناء بالادب خاتمتهم

---

*El-Obáb we El-Mohkam* continens, de quo in litera *Jím* dictum est. — 12076. Mashric el-asrár we Maghrib el-anwár, oriens arcanorum et occidens luminum. Liber talismaticus, quem *El-Búni* commemorat. — 12077. Mashric el-anwár, oriens luminum de effatis sociorum prophetae non facile inter se conciliandis, auctore *Jemál-ed-dín Mahmúd Ben Ahmed El-Cunewi*, vulgo *Ibn-elserráj* dicto et anno 770 (inc. 16. Aug. 1368) mortuo. — 12078. Mashric el-anwár, oriens luminum de occidente arcanorum. — 12079. El-Moshric fi akhbár el-mashric, liber splendens de historia orientis, quem *Abu'lhasan Núr-ed-dín Ali Ben Saíd El-Andalusi* Historiographus humanitatis studiosus, anno 673 (inc. 7. Jul. 1274) mortuus, Weziro *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Ben Beddi El-Jezeri* composuit, quem initio libri laudibus praedicat. — 12080. El-Moshric fi isláh el-mantic, liber splendens de oratione corrigenda. Epitome exquisitissima grammaticae *Sibáweihi* continens, auctore *Cádhi el-jemáat Ahmed Ben Abd-el-rahman El-Lakhmi*, anno 592 (inc. 6. Dec. 1195) mortuo. — 12081. El-Moshric fi holá el-mashric, liber splendens de ornamentis orientis, auctore *Abu'lhosein Saíd Ben Ali Gharnáti*, anno 685 (inc. 27. Febr. 1286) mortuo. — 12082. El-Moshric fi mehásin ahl el-mashric, liber splendens de qualitatibus excellentibus incolarum orientis, auctore *Ahmed Ben Saíd El-Ansi.* Opus sexaginta voluminum, quod *Ali* Corani Lector in Classibus suis commemorat. *Abu'lhasan Ali Ben Saíd* in libro *El-Morckis* dicit *El-Moshric* et *El-Moghrib* duos libros esse centum quinquaginta tomis comprehensos, quos

مصنف هذا الكتاب وهو ابن سعيد وذكر فيه انه اخذ منهما وجعل كالمقدمة والمدخل اليهما ١٢٠٨٣ مشكاة الاسرار ومصباح الانوار فى الاسماء ذكره البونى ١٢٠٨٤ مشكاة الانوار فى لطائف الاخبار فى الموعظة [للامام حجة الاسلام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥] قال انكشف لارباب القلوب ان لا وصول الى السعادة للانسان الا باخلاص العلم والعمل للرحمن فسنح فى خاطرى ان اجمع كتابا جامعا لجميع اشياء من آيات القرآن وسنن الرسول وكلمات الاولياء ونكت المشايخ وحكم اهل العرفان واخذت من كل ما يشوق القلب الى الله وطاعته ويقطع لذة النفس عن الدنيا وشهواتها ويرغبها فى الآخرة ودرجاتها وكسرت مقصوده فى ثمانية واربعين بابا اوله الحمد لله الذى نور قلوب اوليائه بانوار معرفته الخ ١٢٠٨٥ مشكاة الانوار فيما روى عن الله سبحانه وتعالى من الاخبار للشيخ محيى الدين محمد بن على المعروف بابن عربى الطائى الاندلسى المتوفى سنة ٦٣٨ اوله الحمد لله رب

---

viri literis ingenuis dediti centum quindecim annis composuerint. Eorum ultimus *Ibn Saíd* auctor hujus libri est. Narrat in eo, se ex duobus illis operibus petiisse, et hunc librum praefationem quasi et introductionem in eos esse velle. — 12083. Mishkát el-asrár, aedicula arcanorum et lucerna luminum de nominibus Dei pulchris. Commemoratur ab *El-Búni*. — 12084. Mishkát el-anwár, aedicula luminum de historiis bellis. Opus paraeneticum, [auctore Imám *Hojjet el-islám Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo]. Viris cordatis, inquit, manifestum est, hominem ad beatitudinem non pervenire nisi eo, quod Deum misericordem doctrina et usu candide colat, et jam menti meae inditum est, librum, qui res omnes huc spectantes comprehendat, ex versibus Corani, traditionibus legati divini, effatis virorum sanctorum, acute dictis Sheikhorum, apophthegmatis asseclarum cognitionis spiritalis colligere, et ex omnibus id elegi, quod cor desiderio Dei et cupidine ei obsequendi incendit, animae delectationem a rebus terrestribus et a cupiditatibus earum avocat, et appetitionem alterius vitae ejusque graduum inflammat, et argumentum libri propositum in quadraginta octo capita distribui. — Ille ita incipit: Laus Deo, qui corda amicorum suorum luminibus cognitionis suae illuminavit etc. — 12085. Mishkát el-anwár, aedicula luminum de traditionibus, quae a Deo auctore profectae referuntur, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali El-Táyi El-Andalusi*, vulgo *Ibn Arabi* dicto et anno 638 (inc. 23. Jul. 1240) mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo, mundorum

العالمين الخ قال جمعت هذه الاربعين بمكة فى شهر رجب سنة ٥٩٩ وشرطت فيها ان تكون من الاحاديث المسندة الى الله خاصّة وربما اتبعتها عن الله مرفوعة اليه غير مسندة الى رسول الله ممّا رويتها وقيّدتها ثم اردفتها بواحد وعشرين حديثا فجاءت واحد ومائة حديث الهيّة وشرحه الامام محيى الدين يحيى بن شرف النووى المتوفى سنة    ١٢٠٨٦ مشكاة الانوار للامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى الطوسى اوله الحمد لله فائض الانوار فاتح الابصار الخ وهو رسالة على ثلثة فصول [فى قوله تعالى الله نور السموات مع قوله صلعم ان لله سبعين الف حجاب] كتبها لبعض احبابه ١ فصل فى بيان ان النور الحق ٢ فى بيان المشكاة والمصباح ٣ فى معنى قوله صلعم ان لله سبعين الف حجاب    ١٢٠٨٧ مشكاة الانوار ومصفاة الاسرار لبعض اهل التصوّف اوله الحمد لله فائض الانوار الخ رسالة مشتملة على فصول ثلثة يشرح فيه اسرار الانوار الالهيّة مقرونة بتأويل ما تشير اليه ظواهر الآيات المتلوة والاخبار المروية مثل قوله

domino etc. — *Ibn Arabi:* Collegi, inquit, quadraginta has traditiones Mekkae mense Rejeb anni 599 (inc. 20. Sept. 1202), et legem mihi scripsi, ut traditiones essent ad solum Deum auctorem peculiariter revocatae, et interdum iis verba *an Allah* (i. e. a Deo profectae) subjeci, tanquam talibus, quae ad Deum ipsum auctoritate legati divini minime interposita referendae essent, petitae ex relationibus, quas a testibus fide dignis accepi et quarum verba accurate constitui. Serius iis viginti unam traditionem addidi, ut numerus earum centum et unam divinam complecteretur. — Imám *Mohyi-ed-dín Yahya Ben Sheref Newewi*, anno . . . mortuus, commentarium in hunc librum edidit. — 12086. M i s h k á t  e l - a n w á r, aedicula luminum, auctore Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli Tusi.* Hic tractatus, qui ita incipit: Laus Deo lumina copiose impertienti et oculos aperienti etc., in tres sectiones divisus est, [et de versu Corani: „Deus lux coelorum“ cum dicto prophetico: „Certe Deo septuaginta milia velorum sunt“ conciliando agit]. Auctor eum ad amicorum quendam misit, et prima sectio de expositione agit, lucem Deum verum esse, secunda de expositione verborum „aedicula“ et „lucerna“, tertia de sensu effati prophetici, Deo esse velorum septuaginta milia. — 12087. M i s h k á t  e l - a n w á r  w e  M i s f á t  e l - a s r á r, aedicula luminum et colum arcanorum, auctore quodam Theosopho. Hic tractatus, qui ita incipit: Laus Deo lumina copiose impertienti etc., tres sectiones complectitur. Auctor ibi arcana luminum divinorum commentatur, quibus interpretatio allegorica eorum subjuncta est, quae sensus externus versuum memoriter, ut solet, recitatorum et effatorum prophetae saepius allatorum indicat, quale v. c. dictum Corani

تعالى الله نور السموات والارض مع قوله محمد صلعم ان لله سبعين الف حجاب هذا هو مشكاة
الامام الغزالى على ما رأيته بخطّ بعض الاكابر واما الاول ففى كونه له نظر ما رأيت التصريح به
وانما اشتهر بالنسبة اليه غلطا والتباسا بهذه المشكاة ١٢٠٨٨ مشكاة فى بيان ما وقع الخلف
فيه من مسئلة المياه للشيخ بدر الدين محمد الشهادى الحنفى مختصر اوله الحمد لله الحليم
الستار الخ ذكر فيه انه وقف على مقدمات عدّة فيما يتعلّق بالمياه فوضع مقدمة بيّن فيها
الراجح والمرجوح ١٢٠٨٩ مشكاة لابى جعفر الطحاوى ذكر بعض المصنّفين ان ابا جعفر
الطحاوى قال فى كتابه المسمى بالمشكاة ان الاسم الاعظم هو الله ١٢٠٩٠ مشكاة المصابيح
يأتى مع شرحه ١٢٠٩١ مشكل الاحكام لمولانا خسرو ١٢٠٩٢ [مشكل الآثار للامام ابى بكر
ابن فورك المتكلّم المشهور]

١٢٠٩٣ علم مشكل القرآن

١٢٠٩٤ مشكلات التفاسير للعلامة قطب الدين محمود الشيرازى المتوفى سنة ٧١٠

est: „Deus est lux coelorum et terrae“ conciliandum cum traditione prophetae: „Deo septuaginta milia velorum sunt“. Haec autem *Mishkát* Imámi *Ghazáli* est, ut scriptum vidi manu viri cujusdam spectatissimi. Quod autem illam *Mishkát* priorem attinet, videndum est, num *Ghazálio* tribuenda sit; nusquam enim hoc diserte dictum video. Etenim nonnisi eam ob caussam, quod per errorem et confusionem *Ghazálio* tributa est, nomine hujus *Mishkát* inclaruit. — 12088. **Mishkát**, aedicula de expositione quaestionis aquarum, quatenus controversia de ea est, auctore Sheikh *Bedr-ed-dín Mohammed Shehádi* Hanefita. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo mansueto obtegenti etc. Auctor dicit, se multas prolusiones de iis legisse, quae aquas spectant. Eam ob caussam ipse prolusionem exaravit, in qua quae plus auctoritatis habeant et quae minus exponit. — 12089. **El-Mishkát**, aedicula, auctore *Abu Ja'far Taháwi*. Auctor quidam perhibet, *Abu Ja'far Taháwi* in libro suo *Mishkát* inscripto dixisse, nomen maximum esse *Allah*. — 12090. **Mishkát el-mesábíh**, aedicula lucernarum, de quo libro cum commentario infra dicetur. — 12091. **Moshkil el-ahkám**, statuta vix inter se concilianda, auctore Molla nostro *Khosrew*. — 12092. **Moshkil el-athár**, dicta et facta sociorum prophetae vix inter se concilianda, auctore Imám *Abu Bekr Ben Furek* Theologo scholastico celeberrimo ]. —

12093. **Ilm moshkil El-Cor'an.** Doctrina locorum Corani non sine difficultate quadam inter se conciliandorum.

12094. **Moshkilát el-tefásír**, obscuritates commentariorum coranicorum, auctore viro doctissimo *Cotb-ed-dín Mahmúd Shirázi*, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310)

١٢٠٩٥ مشكلات القدورى مرّ ١٢٠٩٦ مشكلات القرآن لابى محمد مكى بن ابى طالب القيسى المتوفى سنة ٤٣٧ وللشيخ ابى محمد عبد الله بن مسلم بن قتيبة الدينورى اوله الحمد لله الذى نهج لنا سبيل الرشاد الخ ١٢٠٩٧ مشكلات المثنوى مرّ ١٢٠٩٨ مشكوة العقول المقتبسة من نور المنقول رسالة للشيخ محيى الدين ابن عربى اوله الحمد لله الحىّ الازلى القديم الخ وهى على تسعة فصول ا فى اختصام الملأ الاعلى ٢ فى وضع اليدين على الكتفين ٣ فى اسباغ الوضوء ٤ فى الجماعات ٥ فى الاطعام ٦ فى افشاء السلام ٧ فى الصلوة والناس نيام ٨ فى الدعاء ١٢٠٩٩ المشنف على ابن المصنف مرّ فى الالفية ١٢١٠٠ مشوف المعلم على حروف المعجم للشيخ محبّ الدين ابى البقا عبد الله بن الحسين بن عبد الله العكبرى المتوفى سنة ٦١٦ اوله الحمد لله على ما وهب لنا من الفطن حمدا يقوم بشكر ما ظهر من نعمه وبطن الخ ذكر

---

mortuo. — 12095. Moshkilát El-Codúri, difficultates in compendio *Codúrii* obviae. Vide supra. — 12096. Moshkilát El-Cor'an, loci Corani difficiles. Scripserunt *Abu Mohammed Mekki Ben Abi Tálib Caisi*, anno 437 (inc. 19. Jul. 1045) mortuus, et Sheikh *Abu Mohammed Abdallah Ben Moslim Ben Coteiba Dineweri*, cujus liber ita incipit: Laus Deo, qui nobis viam rectae institutionis aperuit etc. — 12097. Moshkilát El-Methnewi, versus difficiles carminis *Methnewi*, de quo supra dictum est. — 12098. Mishkát el-ocúl, aedicula mentium accensa a lumine rerum traditarum, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Ibn Arabi.* Hic tractatus, qui ita incipit: Laus Deo vivo, ab aeternitate et essentia sua aeterna existenti etc., in novem sectiones divisus est, quarum prima de disceptatione procerum (i. e. angelorum de creatione Adami) agit, secunda de manibus scapulis imponendis, tertia de sacra lotione rite facienda, quarta de concionibus sacris, quinta de cibo pauperibus dando, sexta de salute palam dicenda, septima de precatione hominibus dormientibus, octava de precibus faciendis, (nona?). — 12099. El-Moshannif ala Ibn el-mosannif, liber adnotationum inauri ornans ad commentarium Filii auctoris. Vide supra in *El-Alfíyet.* — 12100. El-Meshúf El-Moallem, liber nitens signis ornatus secundum literas alphabeti, auctore Sheikh *Mohibb-ed-dín Abu'lbecá Abdallah Ben-elhosein Ben Abdallah Okberi*, anno 616 (inc. 19. Mart. 1219) mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo pro intelligentia, quam nobis impertivit, talis, quae simul locum actionis gratiarum explet pro beneficiis Dei apertis et occultis etc., et auctor scientiam

فيه ان العربيّة فرض على الكفاية ومن اوسط كتبها اصلاح المنطق لابن السكيت الا انه مع غزارة علمه متوعّر المسلك فراى أن يجمع شمل شوارده فرتّبه على حروف المعجم وزاد اشيآء من ايضاح خافيه وتسمية شاعر واتمام بيت ذاكر مضاعف كلّ حرف فى اول بابه واخّر المطابق والرباعىّ والخماسىّ الى آخر الكتاب ١٢١٠١ المشهد الاسنى فى شرح اسمآء الحسنى للشيخ ابى العباس احمد بن على البونى المتوفى سنة ١٢١٠٢ مشيخة ابن البخارى وعليها ذيل للحافظ جمال الدين المزّى وهو ترجمتان الاولى ترجمة عبد المجيد البغدادى وترجمة الحسن بن على بن البن هو الامام مسند وقته ابو الحسن على بن احمد البخارى الحنبلى المتوفى سنة ٦٩٠ تخريج ابن الظاهرى له وذيله عليها وهو ترجمة ابى القاسم الحسين البيهقى ١٢١٠٣ مشيخة ابن شاذان كبرى وصغرى ١٢١٠٤ مشيخة ابن انقارى هو الامام زين الدين عبد الرحمن بن الطارى وخرجها له الحافظ زين الدين العراقى ١٢١٠٥ مشيخة

---

linguae arab.cae dicit officium esse universis Moslimis impositum et librum omnium de hac doctrina praestantissimum esse *Islâh el-mantic* ab *Ibn-elsikkît* editum; attamen abundantia ejus eruditionis non impedivit, quo minus methodum non expeditam sequeretur. Statuit igitur versus libri illius dispersos diligenter colligere, eosque alphabetice ita disposuit, ut ad occulta libri explicanda, ad poetas, ex quibus versus petiti essent, nomine consignandos, et versus, quorum pars fere tantum laudata est, in integrum restituendos nonnulla adderet, ita ut verba singularum alphabeti literarum, quorum secunda et tertia litera radicalis eaedem essent, initio earum capitis poneret, et verba reduplicata et quatuor et quinque literis composita ad finem libri rejiceret. — 12101. **El-Mashhad el-asná**, locus altissimus. Commentarius in nomina Dei pulchra, auctore Sheikh *Abu'labbâs Ahmed Ben Ali El-Búni*, anno . . . mortuo. — 12102. **Mashyakhat Ibn-elbokhári**, liber, in quo Sheikhi *Ibn-elbokhári*i recensentur. Continuavit illum Háfitz *Jemál-ed-dín El-Mizzi*. Duae biographiae sunt, quarum prior vitam *Abd-el-mejîd*i *El-Baghdádi* narrat, posterior vitam *Hasan*i *Ben Ali Ben-elbonn*. Ille *Ibn-elbokhári* est Imám et Traditionarius auctoritatum traditionum suo tempore peritissimus *Abu'lhasan Ali Ben Ahmed Bokhári* Hanbalita, anno 690 (inc. 4. Jan. 1291) mortuus. Librum ex illius institutione profectum *Ibn-eltzáhiri* edidit contiruavitque, biographiam *Abu'lcásim*i *Hosein Beihacki* addens. — 12103. **Mashyakhat Ibn Shádán**, liber major et minor, in quibus Sheikhi *Ibn Shádán*i recensentur. — 12104. **Mashyakhat Ibn-elcári**, Sheikhi Imámi *Zein-ed-dín Abd-el-rahman Ben-elkári*, vulgo *Ibn-'elcári* dicti. Librum ejus de Sheikhis Háfitz *Zein-ed-dín Irácki* edidit. — 12105. **Mashyakhat Abi**

ابى بكر عبد الله بن محمد بن احمد بن النقور المتوفى سنة ١٢١٠٦ مشيخة ابى الحزم وذيلها للعراقى ١٢١٠٧ مشيخة ابى الظفر عبد الخالق بن فيروز بن عبيد الجوهرى ١٢١٠٨ مشيخة ابى عبد الله محمد بن ابراهيم بن محمد البيانى الخزرجى ١٢١٠٩ مشيخة ابى عمرو عثمان بن على بن ابى القاسم البيكندى ١٢١١٠ مشيخة ابى النحاس الليثى ١٢١١١ مشيخة احمد بن عبد الكريم الدائم ١٢١١٢ مشيخة البغدادية للشيخ الامام ابى طاهر احمد بن محمد السلفى الاصفهانى المتوفى سنة ٥٧٦ جمع فيه الجمّ الغفير وفوائد ما لا يوصف جملتها تزيد على مائة جزء ١٢١١٣ مشيخة تقى الدين بن رافع خرج الشيخ محمد بن ابراهيم البيانى وذيله الحافظ زين الدين عبد الرحيم بن حسين العراقى المتوفى سنة ١٢١١٤ مشيخة الجرجانية ١٢١١٥ مشيخة الخفاف ١٢١١٦ مشيخة السراجية للشيخ الامام سراج الدين عمر بن على القزوينى المتوفى سنة قال لا اذكر فيها طريقا الا بعد

---

Bekr, Sheikhi *Abu Bekri Abdallah Ben Mohammed Ben Ahmed Ben-elnacúr*, anno . . . mortui. — 12106. Mashyakhat Abi'lhazm, *Abu'lhazmi* liber Sheikhorum. Continuavit illum *Irácki.* — 12107. Mashyakhat Abu'ltzafer, Sheikhi *Abu'ltzaferi Abd-el-khálic Ben Fírúz Ben Obeid El-Jauheri.* — 12108. Mashyakhat Abi Abdallah, Sheikhi *Abu Abdallahi Mohammed Ben Ibráhím Ben Mohammed El-Beyáni Khazreji.* — 12109. Mashyakhat Abi Amru, Sheikhi *Abu Amrui Othmán Ben Ali Ben Abi'lcásim El-Bikendi.* — 12110. Mashyakhat Abi'lnahhás, Sheikhi *Abu'lnahhási El-Leithi.* — 12111. Mashyakhat Ahmed, Sheikhi *Ahmedis Ben Abd-el-kerím El-Dáim.* — 12112. El-Mashyakhat El-Baghdádíyet, Sheikhi Baghdadenses. Sheikh et Imám *Abu Táhir Ahmed Ben Mohammed El-Silefi El-Isfaháni*, anno 576 (inc. 28. Mai. 1180) mortuus, in hoc libro eos omnes et tot observationes utiles collegit, ut earum numerus describi non posset. Liber plus centum fasciculos explet. — 12113. Mashyakhat Tackí-ed-dín, Sheikhi *Tackí-ed-díni Ben Ráfi'.* Librum de illis Sheikhis ex ejus institutione profectum edidit Sheikh *Mohammed Ben Ibráhím El-Beyáni*, eumque Háfitz *Zein-ed-dín Abd-el-rehím Ben Hosein Irácki*, anno . . . mortuus, continuavit. — 12114. El-Mashyakhat El-Jorjáníyet, Sheikhi Jorjanenses. — 12115. Mashyakhat El-Khaffáf, Sheikhi *Khaffáfi.* — 12116. El-Mashyakhat El-Sirájíyet, Sheikhi *Siráj-ed-díni*ci. Scripsit Sheikh et Imám *Siráj-ed-dín Omar Ben Ali Cazwíni*, anno . . . mortuus, et: Ibi, inquit, seriem auctoritatum non recensui nisi bene sciens, seriem auctoritatum ad altissimum

علم انه اعلى طرق الاسناد فى زمانه انتهى ١٢١١٧ مشيخة شهدة ١٢١١٨ مشيخة الشيخة ام آسية بنت الحافظ ابى بكر بن ابى غالب احمد بن مرزوق الباقدارى ١٢١١٩ مشيخة الشيخ شهاب الدين ابى حفص عمر بن محمد السهروردى المتوفى سنة ٦٣٢ ١٢١٢٠ [مشيخة على بن انجب البغدادى المتوفى سنة ٦٧٤ فى عشرين مجلدا] ١٢١٢١ مشيخة الفخرية للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى وذيلها ١٢١٢٢ مشيخة القاضى محمد بن عبد الباقى البيمارستانى الحافظ المتوفى سنة ١٢١٢٣ مشيخة القبابى لابن حجر العسقلانى ذكره البقاعى فى معجمه ١٢١٢٤ مشيخة الكندى لابى يمن زيد بن الحسن الكندى المتوفى سنة ٦١٣ ١٢١٢٥ مصابيح ارباب الرياسة ومفاتيح ابواب الكتابة للشيخ ابراهيم بن محمد الحلبى المعروف بابن الحنبلى المتوفى سنة ٩٥٩ انتخبه من آداب السياسة ١٢١٢٦ مصابيح الدجى ١٢١٢٧ مصابيح السبل فى فروع الحنفية فى مجلدين للامام ناصر الدين ابى القاسم محمد بن يوسف

---

gradum suo saltem tempore ascendere. — Haec ille. — 12117. Mashyakhat Shahda, Sheikhi *Shahdae*. — 12118. Mashyakhat El-Sheikhat, Sheikhi Sheikhae matris *Asiyae* et filiae Háfitzi *Abu Bekr Ben Abi Ghálib Ahmed Ben Merzúc Báckidári*. — 12119. Mashyakhat El-Sheikh Sheháb-ed-dín, Sheikhi Sheikhi *Shehâb-ed-dín Abu Hafs Omar Ben Mohammed Soharawerdi*, anno 632 (inc. 26. Sept. 1234) mortui. — 12120. [Mashyakhat Ali, Sheikhi *Alii Ben Anjeb Baghdádi*, anno 674 (inc. 27. Jun. 1275) mortui. Viginti volumina]. — 12121. El-Mashyakhat El-Fakhríyet, Sheikhi Imámi *Fakhr-ed-dín Mohammed Ben Omar Rázi*. Liber continuatus est. — 12122. Mashyakhat El-Cádhi, Sheikhi Cádhii *Mohammed Ben Abd-el-bácki El-Bímáristáni* El-Háfitz, anno . . . mortui. — 12123. Mashyakhat El-Ckibábi, Sheikhi *Ckibábii*. Edidit *Ibn Hajr El-Asculáni*. Commemorat librum *El-Becái* in suo *Moajjem*. — 12124. Mashyakhat El-Kindi, liber de Sheikhis *Kindii*. Scripsit *Abu Yemen Zeid Ben-elhasan*, vulgo *El-Kindi* dictus et anno 613 (inc. 20. Apr. 1216) mortuus. — 12125. Mesábíh arbáb el-riyáset, lucernae praefectorum et claves portarum secretariatus, auctore Sheikh *Ibráhím Ben Mohammed Halebi*, vulgo *Ibn-elhanbali* dicto et anno 959 (inc. 29. Dec. 1551) mortuo. Meliorem libri partem ex *Adáb el-siyáset* excerpsit. — 12126. Mesábíh el-dojá, lucernae obscuritatis. — 12127. Mesábíh el-sobol, lucernae viarum de partibus juris Hanefitici derivatis. Duo volumina, auctore Imám *Násir-ed-dín Abu'lcásim Mohammed Ben Yusuf Hoseini Samarcandi*,

الحسينى السمرقندى المتوفى سنة ٦٥٦ ١٢١٢٨ مصابيح السنة للامام حسين بن مسعود الفرّاء البغوى [الشافعى] المتوفى سنة ٥١٦ قيل عدد احاديثه تسعة عشر وسبعمائة واربعة آلاف منها المختصّ بالبخارى خمسة وعشرين وثلثمائة ومسلم خمسة وسبعين وثمانمائة ومنها المتّفق احد وخمسين والف اوله الحمد لله وسلام على عباده الذين اصطفى الخ قيل المؤلّف لم يُسَمّ هذا الكتاب بالمصابيح نصّا منه وانما صار هذا الاسم علمًا له بالغلبة من حيث انّه ذكر بعد قوله اما بعد ان احاديث هذا الكتاب مصابيح الخ وعدد الاحاديث المذكورة فيه اربعة آلاف واربعمائة واربعة وثمانون حديثا فمنها ما هو من الصحاح الفان واربعمائة واربعة وثلثون حديثا ومنها ما هو الحسان الفان وخمسون حديثا قاله ابن ملك قال المؤلّف هذه الالفاظ صدرت عن صدر النبوة مما اوردها الائمّة فى كتبهم جمعتها للمنقطعين الى العبادة ليكون لهم بعد كتاب الله حظّا من السنن الخ وترك ذكر الاسانيد اعتمادًا على نقل الائمّة وانقسم احاديث كل باب الى صحاح وحسان عنى بالصحاح ما اخرجه الشيخان وبالحسان ما

---

anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortuo. — 12128. **Mesábíh el-sunnet**, lucernae Sunnae, auctore Imám *Hosein Ben Mes'úd El-Ferrá El-Beghewi* [Shafiita], anno 516 (inc. 12. Mart. 1122) mortuo. Liber, qui ita incipit: Laus Deo et salus super ejus cultoribus, quos elegit etc., quatuor milia septingentas undeviginti traditiones continere dicitur. Trecentae viginti quinque solum *Bokhári*, octingentae septuaginta quinque solum *Moslim* auctorem habent, mille quinquaginta unam uterque communem habent. Auctor minime hunc librum titulo *Mesábíh* diserte insignivisse dicitur; hic titulus enim signum ejus factum est praeponderans, quatenus auctor post verba „Praemissis praemittendis“ ita pergit: Certe traditiones hujus libri lucernae sunt etc. Numerus autem traditionum in libro allatarum quatuor milia quadringentas octoginta quatuor explet. In iis, ut *Ibn Malik* dicit, duo milia quadringentae triginta quatuor sanae et duo milia quinquaginta probae numerantur. Auctor: Haec effata, inquit, e prophetia intima proficiscuntur, eaque talia sunt, quae Imámi in suis libris afferunt. Illa in eorum favorem collegi, qui officiis cultus dediti sunt, ut iis juxta librum divinum beatitudinem e regulis vitae a propheta profectis praeberent etc. Auctoritates autem recensere omisit, cum fidem in iis, quae Imámi aliunde petierant, poneret. Traditiones singulorum capitum in veras et probas divisae sunt. Sub illis eae intelligendae sunt, quas Sheikhi *Bokhári* et *Moslim* in lucem ediderunt, sub

اورده ابو داود والترمذى وغيرهما وما كان فيها من ضعيف او غريب اشار اليه واعرض عن ذكر ما كان منكرا او موضوعا هذا هو المشروط فى الخطبة لكن ذكر فى اخر باب مناقب قريش حديثا وقال فى آخره منكر ولعلّ انه الحقه بعض المحدثين قال النووى فى التقريب وامّا تقسيم البغوى الى حسان وصحاح مريدا بالصحاح ما فى الصحيحين وبالحسان ما فى السنن فليس بصواب لان فى السنن الصحيح والحسن والضعيف والمنكر انتهى واجيب انه اصطلح عليه فى كتابه ولا مناقشة فيه واعتنى بشأنه العلمآء بالقراءة والتعليق فشرحه الشيخ الامام القاضى ناصر الدين عبد الله بن عمر البيضاوى المتوفى سنة ٦٨٥ وشهاب الدين فضل الله بن حسين التوربشتى الحنفى وسماه الميسّر اوله الحمد لله الذى شرع لنا الحقّ واوضح دليله الخ توفى سنة ٦٥٨ وشمس الدين محمد بن مظفر الخلخالى وسماه التنوير توفى سنة [٧٤٥] وعلاء الدين على بن محمد الشهير بمصنفك المتوفى سنة ٨٧٥ الّفه باشارة حضرة الرسالة

---

probis eae, quas *Abu Dawud*, *Tirmidzi* et alii attulerunt. Quae traditiones sublestae fidei aut propter novitatem vexandae esse putantur, eas indicat, et a traditionibus, quae, quod ab uno tantum viro relatae sunt, rejiciendae esse existimantur, aut suppositiciis consignandis abstinet. Hanc quidem conditionem in praefatione sibi praescripsit, at in fine capitis *Menáckib Coreish* inscripti traditionem habet, ad cujus finem eam rejiciendis annumerandam esse commemorat. Fortasse autem Traditionarius quidam hanc vocem adjecit. *Newewi* in libro *Tecrîb* haec habet: Quod *Beghewi* traditiones in probas et sanas sive veras divisit, ut sub sanis eas intelligi vellet, quae in duobus *Sahîh* legerentur, sub probis eas, quae in corporibus *Sonen* inscriptis referrentur, hoc perperam statuit. In *Sonen* enim traditiones sanae, probae, sublestae fidei et rejiciendae afferuntur. — Haec ille. — Respondeo. Auctor in libro suo ipse de re quae est certis terminis loquitur, nec ulla controversia admitti potest. — Viri artis criticae exercendae et artis commentandi gnari in libro explicando curam posuerunt. — Commentarios in eum scripserunt Sheikh et Imám El-Cádhi *Násir-ed-dín Abdallah Ben Omar Beidháwi*, anno 685 (inc. 27. Febr. 1286) mortuus — *Shehâb-ed-dín Fadhlallah Ben Hosein Turapushti* Hanefita, anno 658 (inc. 18. Dec. 1259) mortuus, cujus commentarius *Moyassir* inscriptus ita incipit: Laus Deo, qui nobis veritatem distinctam reddidit et ejus argumentationem explicuit etc. — *Shems-ed-dín Mohammed Ben Motzaffer Khalkháli*, anno [745 (inc. 15. Mai. 1344)] mortuus, cujus commentarius *Tenwír* inscriptus est — *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed*, vulgo *Mosannifek* dictus et anno 875 (inc. 30. Jun. 1470) mortuus, qui commentarium jussu prophetae

صلعم لابن قرامان بقونية سنة ٨٥٠ ومحمد بن محمد الواسطى [البغدادى مدرّس المستنصرية المعروف بابن العاقولى] المتوفى سنة ٧٩٧ وشمس الدين محمد بن محمد الجزرى المذكور فى التيسير فى ثلث مجلّدات توفى سنة ٨٣٣ الّفه بما وراء النهر وسمّاه تصحيح المصابيح وظهير الدين محمود بن عبد الصمد الفارقى المتوفى سنة وقره يعقوب بن ادريس الحنفى الرومى [القرمانى] المتوفى سنة ٨٣٣ وقطب الدين محمد الازنيقى المتوفى سنة ٨٨٤ وشمس الدين احمد بن سليمان المعروف بابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٤٠ وعلى بن عبد الله بن احمد المعروف بزين العرب قيل انه نخجوانى وفى شرح على قارى انه مصرى والاول منقول من قاسم زاده توفى سنة والمفهوم من اول شرحه انه شرح ثلاث مرّات والمتداول اوسط من الاولى [وهو الثالث] ومظهر الدين الحسين بن محمود بن الحسن الزيدانى المتوفى سنة سمّاه المفاتيح فى شرح المصابيح اوله الحمد لله ملأ السموات وملأ الارض الخ اورد [فى اوله مقدمة فى اصطلاحات اصحاب] الحديث وانواع علومه كذا وجدت فى ظهر نسخة منه ومن شروحه الازهار واختصره

---

missione divina ornati Iconii *Ibno Carámán* anno 850 (inc. 29. Mart. 1446) composuit — *Mohammed Ben Mohammed Wásiti* [*Baghdádi* professor ad collegium Mostansiríye, vulgo *Ibn-elácúli* dictus et] anno 797 (inc. 27. Oct. 1394) mortuus — *Shems-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Jezeri*, anno 833 (inc. 30. Sept. 1429) mortuus et supra in *El-Teisír* commemoratus, qui commentarium tribus voluminibus comprehensum in Transoxania composuit et titulo *Tas'hih El-Mesábih* ornavit — *Tzahír-ed-dín Mahmúd Ben Abd-el-samed El-Fáricki*, anno . . . mortuus — *Carah Ya'cúb Ben Idrís Rumi* [*Caramáni*] Hanefita, anno 833 (inc. 30. Sept. 1429) mortuus — *Cotb-ed-dín Mohammed Iznícki*, anno 884 (inc. 25. Mart. 1479) mortuus — *Shems-ed-dín Ahmed Ben Soleimán*, vulgo *Ibn Kemálpasha* dictus et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus — *Ali Ben Abdallah Ben Ahmed*, vulgo *Zein-elarab* dictus et anno . . . mortuus, qui ex urbe Nakhjewán oriundus esse fertur. At in commentario *Ali*i Corani Lectoris eum Aegyptium esse legitur. Prior illa sententia a *Cásimzádeh* petita est. Ex principio autem commentarii intelligitur, eum librum ter commentatum esse, et commentarius, qui maxime in manibus versatur, prioribus est praestantior [isque tertius] — *Motzahhir-ed-dín Hosein Ben Mahmúd Ben-elhasan Zeidáni*, anno . . . mortuus, cujus commentarius, *El-Mefátíh fi sharh El-Mesábíh* inscriptus, ita incipit: Laus Deo, qui coelos et terram implet etc. [Ab initio praefationem] habet [de terminis technicis, quibus Traditionarii utuntur], et de variis doctrinarum Traditionariorum generibus. Sic in tergo exempli cujusdam legi. Alius commentarius *El-Azhár* inscriptus est.

الشيخ ابو النجيب عبد القاهر بن عبد الله السهروردى المتوفى سنة ٥٦٣ وللشيخ تقى الدين علي بن عبد الكافى السبكى كتاب سمّاه ضياء المصابيح توفى سنة ٧٥٦ وصنف الشيخ مجد الدين ابو طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادى كتابا سماه التخاريج فى فوآئد متعلّقة باحاديث المصابيح توفى سنة ٨١٧ ثم ان الشيخ ولى الدين ابا عبد الله محمد بن عبد الله الخطيب كمل المصابيح وذيل ابوابه فذكر الصحابى الذى روى الحديث عنه والكتاب الذى اخرجه منه وزاد على كل باب من صحاحه وحسانه الّا نادرًا فصلا ثالثا وسماه مشكاة المصابيح فصار كتابا كاملا [فرغ من جمعه اخر يوم الجمعة من رمضان سنة ٧٣٧ وله اسم المشكوة] شرحه العلامة حسن بن محمد الطيبى المتوفى سنة ٧٤٣ وسماه الكاشف عن حقآئق السنن اوله الحمد لله مشيّد اركان الدين الحنيف الخ قال وكنت قبل قد استشرت الاخ فى الدين بقية الاوليآء قطب العلمآء ولى الدين محمد بن عبد الله الخطيب بجمع اصيل من الاحاديث فاتّفق رأينا على تكملة المصابيح وتهذيبه وتعيين رواته فما قصرت فيما اشرت اليه من جمعه

---

Archetypum Sheikh *Abu'lnejib Abd el-cáhir Ben Abdallah Soharawerdi*, anno 563 (inc. 17. Oct. 1167) mortuus, in epitomen coegit. — Sheikh *Tacki-ed-dín Ali Ben Abd-el-káfi Sebeki*, anno 756 (inc. 5. Jan. 1355) mortuus, librum edidit *Dhiyá El-Mesábíh* inscriptum, et Sheikh *Majd-ed-dín Abu Táhir Mohammed Ben Ya'cúb Firúzábádi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuus, alium librum *El-Tekhárij fi fewáid moteallicat bi ahádíth El-Mesábíh* inscriptum. Porro Sheikh *Weli-ed-dín Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah El-Khatíb* librum *Mesábíh* perfectiorem reddidit ejusque capita continuavit. Praeterea eos prophetae asseclas recenset, quorum auctoritate traditiones refert, et libros, e quibus eas elicuit. Singula capita, paucis locis exceptis, sectione tertia traditionum sanarum et probarum auxit. Huic recensioni, qui liber perfectus evasit, titulum *Mishkát El-Mesábíh* dedit, [ejusque syllogen ultimo die Veneris mensis Ramadhán anni 737 (inc. 10. Aug. 1336) absolvit. Nomine *Mishkát* inclaruit]. In eam vir doctissimus *Hasan Ben Mohammed Tayyibi*, anno 743 (inc. 6. Jun. 1342) mortuus, commentarium *El-Káshif an hacáic el-sonen* inscriptum composuit, qui ita incipit: Laus Deo angulos religionis orthodoxae firmissime exstruenti etc. Antea, inquit, fratrem in religione, sanctorum praestantissimum, virorum doctorum polum *Weli-ed-dín Mohammed Ben Abdallah El-Khatíb* de colligendo opere traditionum parvo originario consului, at consilium nostrum in perficiendo et recognoscendo libro *Mesábíh* et in relationis ejus auctoribus accurate definiendis convenit. Nec fine excidi in consilio traditionum colligendarum, quod ei dedi; probavit enim

فبذل وسعه فلما فرغ عن اتمامه شمّرت عن ساق الجدّ فى شرح معضله بعد تتبّع الكتب معلما لكلّ مصنف بعلامة فعلامة معالم السنن واحكامها خط وشرح السنة حن وشرح مسلم مح والفائق فا ومفردات الراغب غب ونهاية الجزرى نه والشيخ التوربشتى تو والقاضى البيضاوى قض والمظهر مظ والاشرف شف وابو الحسن على بن محمد المعروف بعلم الدين السخاوى المتوفى سنة ٦٤٣ وعبد العزيز بن محمد بن عبد العزيز الابهرى المتوفى [فى حدود] سنة ٨٩٥ لامير عليشير وسمّاه منهاج المشكاة وهو تاريخ تأليفه اوله ان اصحّ حديث ترويه الثقات فى الاعصار الخ وعلى المشكاة حاشية للعلامة السيد الشريف وللشيخ نور الدين على ابن سلطان محمد الهروى المعروف بالقارى [المتوفى سنة ١٠١٤] شرح عظيم ممزوج على المشكاة وسمّاه بالمرقاة [فى اربع] مجلّدات جمع فيه جميع الشروح والحواشى ثم جآء بعده واحد من الفضلآء فزاد فى كل باب فصلا اخر فصار كلّه اربعة فصول مما وجد بعدهما فى الدواوين

---

vastam eruditionem. Et cum librum usque ad finem absolvisset, me ad difficultates ejus explicandas studiose accinxi, postquam libros rem traditionariam tractantes diligenter examinavi, ita ut cuivis eorum siglum apponerem. Consignavi autem librum *Meálim el-sonen we ahkámihá* siglo *kht*, *Sharh el-sonen* siglo *hn*, *Sharh Moslim* siglo *mh*, *El-Fáic* siglo *fá*, *Mofridát El-Rághib* siglo *ghb*, *Niháyet El-Jezerí* siglo *nh*, El-Sheikh *Turapushti* siglo *tu*, El-Cádhi *Beidháwi* siglo *cdh*, *Motzahhir-ed-dín* siglo *mtz*, *El-Eshref* siglo *shf*. — Porro commentarios composuerunt *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Sekháwi*, vulgo *Alem-ed-din* dictus et anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuus — *Abd-el-azíz Ben Mohammed Ben Abd-el-azíz Abahri*, [circa] annum 895 (inc. 25. Nov. 1489) mortuus, qui Emiro *Alishír* commentarium, *Minháj El-Mishkát* inscriptum, composuit. Titulus hujus commentarii, qui ita incipit: Verissima traditio, quam Traditionarii fide digni variis seculis retulerunt etc., simul tempus ejus compositionis indicat. Ad *Mishkát* vir doctissimus Seyyid Sherif (*Jorjáni*) glossas edidit, itemque Sheikh *Núr-ed-dín Ali Ben Sultán Mohammed Herewi*, vulgo *El-Cári* dictus [et anno 1014 (inc. 9. Mai. 1605) mortuus], commentarium magnum, qui textum admixtum habet et *Mircát* inscriptus est. Continet [quatuor] volumina, et auctor in eo omnes commentarios et glossas congessit. Deinde post eum unus virorum bene meritorum venit, qui singula capita sectione auxit alia — unde evaserunt in universum sectiones quatuor — ex iis, quae post *Mesábíh* et *Mishkát* in doctrinae corporibus aestimatissimis Imamorum septem,

المعتبرة للائمة السبعة اعنى الحميدى وابن الاثير والصغانى والقضاعى والاقليشى والنووى والمدينى كل حديث استدل به مجتهد فى مذهبه فكان كالشرح لهذين الكتابين وسماه انوار المشكاة فعدد الكتب فيهن تسعة وعشرون والابواب سبعة وعشرون وثلثمائة والفصول ثمانية وثلثمائة والف ومن شروح المصابيح شرح الشيخ عبد المؤمن بن ابى بكر بن محمد الزعفرانى المتوفى سنة وشرحه خليل بن مقبل الحلبى شرحا بسيطا ومن شروح المصابيح مفتاح الفتوح اوله الحمد لله الذى قصر عما يليق بكبريائه الخ ذكر فيه انه جمعها من شرح السنة والغريبين والفائق والنهاية ووضع حروف الرموز لتلك الكتب وفرغ فى ٢١ رمضان سنة ٧٠٧ وشرح الشيخ ابو عبد الله اسمعيل بن محمد بن اسمعيل بن عبد الملك بن عمر المدعو بالاشرف الفقاعى وشرح الشيخ صدر الدين ابو عبد الله محمد بن ابراهيم السلمى المناوى الشافعى سماه المناهج والتفاتيح فى شرح احاديث المصابيح اوله الحمد لله كاشف مصابيح الهدى وجعله نجاة الخ ذكر ان المصابيح هو الذى عكف عليه المتعبدون لكنه لطلب الاختصار لم يذكر

---

*Homeidi*, *Ibn-elathir*, *Sagháni*, *Codhái*, *Oclíshi*, *Newewi*, *Medíni*, invenerat; omnis traditio autem, qua argumentatur, in secta sua summa gaudet argumentandi gravitate. Liber igitur *Anwár El-Mishkát* inscriptus commentarius quasi evasit in duos libros *Mesábíh* et *Mishkát*, et libri in eo continentur viginti novem, capita trecenta viginti septem, sectiones mille trecentae octo. — Commentarios praeterea in *Mesábíh* scripserunt Sheikh *Abd-el-mumin Ben Abi Bekr Ben Mohammed Za'feráni*, anno . . . mortuus, et *Khalíl Ben Mocbil Halebi*, qui commentarium amplum edidit. — Alius commentarius in *Mesábíh*, *Miftáh el-fotúh* inscriptus, ita incipit: Laus Deo, qui pauciori contentus est, quam quod ejus majestati convenit etc. Dicit auctor, qui die vicesimo primo mensis Ramadhán anni 707 (inc. 3. Jul. 1307) absolvit, se adnotationes e commentario Sunnae, duorum *Gharíb* et librorum *Fáic* et *Niháyet* collegisse, et sigla alphabetica his libris apposuit. — Deinde commentarios ediderunt Sheikh *Abu Abdallah Ismaíl Ben Mohammed Ben Ismaíl Ben Abd-el-melik Ben Omar Foccái*, vulgo *Eshref* dictus — Sheikh *Sadr-ed-dín Abu Abdallah Mohammed Ben Ibráhím Solemi Monáwi* Shafiita, cujus commentarius, *El-Menáhij we El-Tefáíth fi sharh ahádíth El-Mesábíh* inscriptus, ita incipit: Laus Deo, lucernas rectae religionis, quam nostram salutem aeternam esse voluit, aperienti etc. Auctor: *Mesábíh*, inquit, liber est, in quo viri Dei cultui addicti curam summam ponunt. Attamen *Beghewi* brevitatis studio multos socios et effatorum eorum relatores non

كثيرا من الصحابة رواة الآثار ولا تعرّض لتخريج تلك الاخبار بل اصطلح على ان جعل الصحاح هو ما فى الصحيحين او احدهما والحسان ما ليس فى واحد منهما والتزم ان ما كان من ضعيف نبّه عليه وان ما كان منكرا او موضوعا لم يذكره ولا يشير اليه فوقع له بعد ذلك ان ذكر احاديث من الصحاح وليست فى واحد من الصحيحين واحاديث من الحسان احاديث وهى فى احد الصحيحين وادخل فى الحسان احاديث ولم ينبّه عليها وهى ضعيفة واهية وربما ذكر احاديث موضوعة فى غاية السقوط متناهية فجعلت موضوع كتابى هذا لتخريج احاديثه ونسبة كلّ حديث الى مخرّجه من اصحاب الكتب الستة فان لم يكن الحديث فى شىء من الكتب الستة خرجته من غيرها كمسند الشافعى وموطّأ مالك وغيرهما ومنها تلفيقات المصابيح لقطب الدين محمد النكيدى الازنيقى المتوفى سنة ٨٢١ قال وسلكت فى النقل منها طريق الاختصار وكان جلّ اعتمادى وغاية اهتمامى بشرح مسلم للنووى لانه كان اجمعها فوآئد واكثرها عوآئد وما لا ترى عليه علامة من نتآئج خاطرى ذكر فى اوله

---

recenset, neque has notitias in lucem protrahere conatus est, imo potius ei hanc pactionem sibi propriam cum lectoribus facere placuit, ut sanas esse eas traditiones vellet, quas utrumque *Sahíh* aut alterum de duobus continerent, et probas eas, quae in neutro legerentur. Praeterea legem sibi scripsit, traditiones, quas sublestae fidei esse putaret, diserte significare, quae autem propter nimiam auctoritatem rejiciendae aut suppositiciae essent, omnino non commemorare et ne indicare quidem. At accidit ei nihilominus, ut traditiones inter sanas afferret, quae in neutro *Sahíh* leguntur, et traditiones inter probas, quae in altero de duobus leguntur. Jam etiam in traditiones probas admisit, quae sublestae et omnino infirmae fidei sunt, nec hoc indicat, et interdum traditiones suppositicias affert, quae extrema infirmitate laborant. Propositum igitur habui in hoc libro meo traditiones operis *Mesábíh* scripto mandare et traditiones omnes ad eos referre, qui ex auctoribus corporum sex traditionum canonicorum eas elicuerunt. Quodsi traditio in nullo corporum sex exstabat, eam ex aliis libris in lucem protraxi, ut e *Mosnad Shafiʿi*, e *Mowatta Málik*i aliisque, v. c. libro *Telfícát El-Mesábíh* a *Cotb-ed-dín Mohammed Nekídi Iznícki* edito, qui anno 821 (inc. 8. Febr. 1418) obiit. Ingressus sum, inquit, in locis ex illis scriptis afferendis viam brevitatis, praecipue autem fidem summam et curam diligentissimam in commentario in *Moslim*i corpus a *Newewi* edito posui, nam hic inter omnes libros adnotationum utilium copiosissimas et institutionum commodissimarum plurimas continet. Et quibus locis nullum siglum

مقدمة فى اصول الحديث ومن شروحه منهل الينابيع وشرحه غياث الدين محمد بن محمد الواسطى المتوفى سنة ٧١٨ وابو ذر احمد بن ابراهيم الحلبى ولم يكمله توفى سنة ومن شروحه شرح محمد بن عبد اللطيف المعروف بابن الملك المتوفى سنة وهو شرح لطيف ممزوج كشرح ابيه للمشارق اوله الحمد لله الذى بصّرنا بالصراط المستقيم الخ قال صاحب الانوار ترتيب الجمع من الصحيحين على فضآئل الصحابى الرواة ورتّب ابن اثير على حروف التهجى الصغانى والقضاعى والاقليشى رتبوها على الفاظ متشابهات فى اوآئل الكلمات والنووى والمدينى وغيرهما رتبوها باعتبار الاخلاق والصفات والازمنة والاوقات والمصابيح احسن ترتيبا من هذا الجمع فانه وضع دلآئل الاحكام على نهج يستحسنه الفقيه والترغيب والترهيب على ما يقتضيه العلم ويرتضيه فلو فكر احد فى تغيير باب عن موضعه لم يجد له موضعا انسب مما اقتضى رأيه جامع الجوامع السبعة للامامين والباقين الخمسة يعنى البخارى ومسلم وابو داود والترمذى والنسائى والدارمى وابن ماجه رضى الله عنهم ومن شروحه تنوير المصابيح وهو شرح ممزوج

---

appositum vides, hi ex mea mente petiti sunt. Ab initio libri praefationem habet de principiis traditionum. — In commentariis etiam *Menhel el-yenábi'* numeratur. Praeterea commentarios ediderunt *Ghiyáth-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Wásiti*, anno 718 (inc. 5. Mart. 1318) mortuus — *Abu Dzarr Ahmed Ben Ibráhím Hálebi*, anno . . . mortuus, qui commentarium non absolvit, et *Mohammed Ben Abd-el-latíf*, vulgo *Ibn-elmalik* dictus et anno . . . mortuus, cujus commentarius elegans textum admixtum habet, ut commentarius patris sui in *El-Meshúric*, et ita incipit: Laus Deo, qui nos via recta instituit etc. — Auctor libri *Anwár:* Sylloge e duobus *Sahíh*, ait, secundum gradum praestantiae, qua socii prophetae relatores gaudent, disposita est, *Ibn Athír* eam alphabetice, *Saghání*, *Codhái* et *Oclíshi* traditiones secundum voces inter se similes in initio dictorum, *Newewi*, *Medíni* et alii ratione morum, attributorum, et longiorum temporis spatiorum et breviorum temporis momentorum disposuerunt. Liber *Mesábíh* autem ordinem praestantiorem sequitur, quam haec sylloge. In illo enim argumenta statutorum ad rationem ordinata sunt, quam jurisconsulti laudabant, et loci, qui ad bona excitant et a pravo deterrent, ad regulam, quam scientia praescribebat et probabat. Si quis caput suo loco movere cogitaret, haud locum convenientiorem inveniret, quam quem *Beghewi* eligere consilio decrevit, qui septem corpora traditionum conjunxit, duorum Imamorum scilicet et reliquorum quinque, *Bokhári*, *Moslim*, *Abu Dawud*, *Tirmidzi*, *Nesáyi*, *Dárimi*, *Ibn Májeh*, quibus Deus propitius sit. — Alius commentarius, *Tenwír El-Mesábíh* inscriptus et ab *Abd-el-rahman Ben Khalíl* compositus,

كشرح ابن الملك لعبد الرحمن بن خليل اوله الحمد لله الذى جعلنا من ورثة الانبيآء الخ [وهو من المتأخّرين] لانه ينقل عن شرح زين العرب وذكر انه لم يكن له شرح يحتوى متنها ولعله لم ير شرح ابن الملك وان فى النسخ اختلافات نبّه عليها وانه اجاب كما ذهب اليه المجتهدون بظاهر الحديث نصرة على اهل الرأى على نهج ما سلكوا اليه وانه جمع فوآئد الشروح ولم يذكر المنقول عنه ولا رواة كلّ حديث ضيآء المصابيح لفضل بن شمس السيواسى وهو حاشية على شرح ابن الملك كتبه باشارة من مفتى عصره وحلّ فيه المواضع المشكلة من المتن اوله الحمد لله الذى جعل العلم اعزّ الاشيآء الخ وهو فى مجلّد اتمّه سنة تسع والف وقال فيه قد تمّ هذا الكتاب ومن شروح المصابيح شرح عثمان بن حاج محمد الهروى اوله الحمد لله الذى شرح صدور العالمين الخ وهو شرح مختصر موخّر من البيضاوى لانه ذكر فيه وشرحه ايضا القاضى البيضاوى قيل اسمه تحفة الابرار

١٢١٢٩ مصابيح الظلم لابن عبد الحكم

١٢١٣٠ مصابيح الفهوم ومفاتيح العلوم لعلى بن محمد

---

textum admixtum habet, ut commentarius *Ibn-elmaliki*, et ita incipit: Laus Deo, qui nos ex heredibus prophetarum esse voluit etc. [*Ibn Khalil* auctor recentior est], cum plura e commentario *Zeini-el-arab* petierit. In *Mesábíh* nullum commentarium existere dicit, qui textum archetypi contineat, et fortasse commentarium *Ibn-elmaliki* non vidit. Exstant autem in exemplis diversitates, ad quas animos advertit. Ut erat modus praeceptorum summa eruditione instructorum, ita ille quoque exteriore traditionum sensu usus est in responsis, quibus rationalistas eadem via refutaret, quam illi viri secuti erant. Praeterea adnotationes commentariorum utiles collegit, attamen neque eos, a quibus sumsit, neque relatores singularum traditionum commemorat. — *Fadhl Ben Shems Siwási* glossas ad commentarium *Ibn-elmaliki*, *Dhiyá El-Mesábíh* inscriptas, edidit, quas jussu Muftii cujusdam sui temporis scripsit. Glossator in hoc volumine, quod ita incipit: Laus Deo, qui scientiam omnium rerum pretiosissimam esse voluit etc., locos textus obscuros explicuit, et anno 1009 (inc. 3. Jul. 1600) absolvit. Dicit in eo: Ad finem perductus est hic liber. Denique commentarios in *Mesábíh* ediderunt *Othmán Ben Hájj Mohammed Herewi*, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, qui pectora virorum doctorum disposuit etc., brevitati studet et serius scriptus est, quam commentarius *Beidháwii*, quem *Othmán* in suo commemorat — itemque Cádhi *Beidháwi*, cujus commentarius titulum *Tohfet el-abrár* prae se ferre dicitur. — 12129. **Mesábíh el-tzolem**, lucernae obscuritatum, auctore *Ibn Abd-el-hakem*. — 12130. **Mesábíh el-fohúm we Mefátíh el-olúm**, lucernae intelligentiarum et

ابن على الشهير بابن ابى قصيبة الغزالى مختصر اوله احمد الله فى بداية الهداية الى فاتحة العلوم التى الّفه للامير محمد الدوادار ذكر فيه انه الّف اولا كتابا سمّاه الدرّ المنظوم فى خلاصة العلوم ثم سأله بعض اخوانه تأليفا مختصرا لتعريف اجناس العلوم وانواعها فاجاب ورتّب على مقالتين اورد فيه احدا وستين علما من نحو اربعمائة تأليف ١٢١٣١ مصابيح فى صلوة التراويح لجلال الدين السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١٢١٣٢ مصابيح فى علم الحروف ١٢١٣٣ مصابيح فى لابى بكر عبد الله بن ابى داود السجستانى المتوفى سنة ١٢١٣٤ مصابيح القلوب فى الموعظة فارسى للشيخ ابى على الحسن بن محمد السبزوارى البيهقى الشافعى المتوفى سنة ورتّب على ثلثة وخمسين فصلا وهو على ما رأيته من كتب الشيعة او مدسوس ١٢١٣٥ مصابيح الكتاب لابن كيسان محمد بن احمد النحوى المتوفى سنة ٣٢٠ ١٢١٣٦ مصاحف لابى بكر بن داود ولابن اشتة ولابن انبارى ١٢١٣٧ مصادر القرآن

---

claves doctrinarum, auctore *Ali Ben Mohammed Ben Ali Ghazáli*, vulgo *Ibn Abi Castba* dicto. Hoc compendium, quod ita incipit: Laudo Deum initio ductus recti ad portam doctrinarum etc., auctor Emiro *Mohammed El-Dewádár* composuit. Ibi narrat, se primum librum *El-Dorr El-Mantzúm fi khiláset el-olúm* composuisse. Tum ab eo amicorum quidam petiit, ut compendium breve ad genera et species doctrinarum definienda scriberet. Huic voto satisfecit et compendium in duos libros divisit, in quibus sexaginta unam doctrinam e quadringentis circiter scriptis affert. — **12131.** **El-Mesábíh fi salát el-teráwíh**, lucernae de precatione extraordinaria mensis Ramadhán *Teráwíh* dicta, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — **12132.** **El-Mesábíh**, lucernae de doctrina arcanorum literarum. — **12133.** **El-Mesábíh fi . . .**, lucernae de . . ., auctore *Abu Bekr Abdallah Ben Abi Dawúd Sejestáni*, anno . . . mortuo. — **12134.** **Mesábíh el-colúb**, lucernae cordium. Opus paraeneticum persice scriptum a Sheikh *Abu Ali El-Hasan Ben Mohammed Sebzewári Beihacki* Shafiita, qui anno . . . obiit. Dispositum est in quinquaginta tres sectiones, et, ut vidi, ad libros shiiticos pertinet aut ex occulto doctrinam shiiticam docet. — **12135.** **Mesábíh el-kottáb**, lucernae scribarum, auctore *Mohammed Ben Ahmed* Grammatico, vulgo *Ibn Keisán* dicto et anno 320 (inc. 13. Jan. 932) mortuo. — **12136.** **Mesáhif**, codices. Scripserunt *Abú Bekr Ben Dawud*, *Ibn Eshteh* et *Ibn Anbári*. — **12137.** **Mesádir El-Corán**, infinitivi

لابراهيم بن اليزيدى المتوفى سنة ٢٢٥ ويحيى بن زياد الفرّاء المتوفى سنة ٢٠٧ ١٢١٣٨
مصادر ليحيى بن ابى بكر التنوسى المتوفى سنة ٧٢٤ وابى الحسن نصر بن شميل النحوى
المتوفى سنة ٢٠٤ وابى زيد سعيد بن اوس الانصارى المتوفى سنة وابى سعيد عبد الملك ابن
قريب الاصمعى المتوفى سنة وابى الفضل احمد بن محمد الميدانى النيسابورى المتوفى سنة
٥١٨ وليحيى بن احمد ابى زكرياء البارانى اللغوى كتاب المصادر ولابى عبد الله محمد بن محمد
الزوزنى اوله الحمد لله على سوابغ آلآئه المتسابقة الخ جرّدها عن شواهد الحديث والاشعار
والامثال وترجمها ونقحها وصدّر كل باب بمصادر الافعال الصحيحة ثم اتبعها مصادر المعتلّة هلمّ
جرًّا وتقيّل فى ترتيب كلّ نوع منها صاحب ديوان الادب ١٢١٣٩ مصارعات للامام محمد بن
عبد الكريم الشهرستانى ١٢١٤٠ مصارع العشاق فى شارع الاشواق للقاضى ابى المعالى عبد
العزيز بن عبد الملك المتوفى سنة التقط الشيخ صدر الدين محمد البارزى كتابه الفائق منه

---

Corani. Scripserunt *Ibráhím Ben-elyezídi*, anno 225 (inc. 12. Nov. 839) mortuus, et *Yahya Ben Ziyád El-Ferrá*, anno 207 (inc. 27. Mai. 822) mortuus. — 12138. Mesádir, infinitivi sive nomina actionis. Libros de hoc argumento scripserunt *Yahya Ben Abi Bekr Tenúsi*, anno 724 (inc. 30. Dec. 1323) mortuus — *Abu'lhasan Nasr Ben Shomeil* Grammaticus, anno 204 (inc. 28. Jun. 819) mortuus — *Abu Zeid Saíd Ben Aus Ansári*, anno . . . mortuus — *Abu Saíd Abd-el-melik Ibn Coreib Asmai*, anno . . . mortuus — *Abu'lfadhl Ahmed Ben Mohammed Meidáni Nisábúri*, anno 518 (inc. 19. Febr. 1124) mortuus — *Yahya Ben Ahmed Abu Zakariyá Báráni* Lexicologus, cujus liber *Kitáb el-mesádir* inscriptus est — *Abu Abdallah Mohammed Ben Mohammed Zauzeni*, cujus liber ita incipit: Laus Deo pro copiosis ejus beneficiis certatim se excipientibus etc. Ex eo locos probantes traditionum, carminum, proverbiorum removit, infinitivos persice transtulit et erroribus purgavit. Ab initio singulorum capitum infinitivos verborum sanorum posuit; his infinitivos verborum imperfectorum sive anomalorum subjecit, et sic deinceps; et in disponendis singulis infinitivorum generibus auctorem libri *Diwán el-edeb* secutus est. — 12139. El-Mosáraát, colluctationes, auctore Imám *Mohammed Ben Abd-el-kerim Shehrestáni.* — 12140. Mesári' el-oshshác, strages amore captorum de legis latore capiditatum, auctore Cádhi *Abu'lmeáli Abd-el-azíz Ben Abd-el-melik*, anno . . . mortuo. Inde Sheikh *Sadr-ed-dín Mohammed Bárizi* librum suum *El-Fáic* repetiit. — Similes

ولابى محمد جعفر بن احمد المعروف بابن السراج القارى المتوفى سنة ٥٠٠ واحمد بن ابراهيم النحاس الدمشقى المتوفى سنة رتب البقاعى كتاب ابن السراج وهذبه وزاد من نوادر الاخبار وادخل فيه جميع كتاب الحافظ مغلطاى الواضح المبين فى ذكر من استشهد من المحبّين وجميع حكايات منازل الاحباب ومنارة الالباب لشيخه الشهاب فجآء فى مقدمة وعشرة ابواب وسماه اسواق الاشواق من مصارع العشاق اوله الحمد لله المميت الخلّاق الخ

١٢١٤١ مصاعد العلية فى القواعد النحويّة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١

١٢١٤٢ مصاعد النظر [ للاشراف على مقاصد السور لبرهان الدين ابراهيم ابن عمر البقاعى المتوفى سنة ٨٨٥ قال ويصلح ان يسمّى المقصد الاسمى فى (مقاصد) مطابقة اسم كل سورة للمسمّى اوله الحمد لله الذى اعلم سور الكتاب الخ جمع فيه ما لم يحتوه كتاب كالبحر العباب فى مجلّد صغير]

١٢١٤٣ المصافّة لابى بكر الرقانى وهو اربعين حديثا

---

libros composuerunt *Abu Mohammed Ja'far Ben Ahmed* Corani Lector, vulgo *Ibn-elserráj* dictus et anno 500 (inc. 2. Sept. 1106) mortuus, et *Ahmed Ben Ibráhím Dimeshcki El-Nahhás*, anno . . . mortuus. *Becái* librum *Ibn-elserráj*i disposuit, diligenter recognovit, et e libro *Newádir el-akhbár* nova addidit. Inseruit ei librum totum Háfitzi *Maghletái, El-Wádhih El-Mobín fi dzikr man istashhada min el-mohibbín* i. e. liber clarus et conspicuus de historia eorum amantium, qui mortem martyris subierunt, inscriptum — et historias omnes libri *Menázil el-ahbáb we Menáret el-albáb*, quem Sheikh *Nahhás*i *Shehâb-ed-dín* edidit. Haec recensio e praefatione et decem capitibus composita et *Iswác el-ashwác min Mesári' el-oshshác* inscripta est, et ita incipit: Laus Deo morte exstinguenti et pulchre creanti etc. — 12141. **El-Mesáid El-Alíyet fi el-cawáid el-nahwíyet**, gradus alti de regulis grammaticae primariis, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 12142. **Mesáid el-natzar**, gradus speculationis [ad videndum, quo Suratae tendant, auctore *Borhán-ed-dín Ibráhím Ben Omar Becái*, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuo. Hic: Et convenit, inquit, ut liber *El-Macsad El-Asma fi* (*mecásid*) *motábacat ism koll suret lil-mosammá* i. e. Scopus altissimus de (scopis) convenientiae nominis Suratarum omnium cum nominato, inscribatur. Incipit ita: Laus Deo, qui Suratas libri augusti certa nota consignavit etc. Collegit auctor hic in parvo volumine tantum, quantum vix continet liber, ut v. c. *El-Bahr El-Obáb*]. — 12143. **El-Mosáffet**, acies instructa, auctore *Abu Bekr Racáni*.

١٢١٤٤ مصالح الاجساد في الطبّ من المتوسطات ١٢١٤٥ مصالح المسلمين في منافع المؤمنين ١٢١٤٦ [المصالح والمفاسد للامام الغزالي اوله الحمد لله الذي خلق الانس والجنّ الخ] ١٢١٤٧ مصايد السلطان للشيخ شمس الدين محمد بن ابي بكر بن قيم الدمشقي المتوفي سنة ٧٥١ ١٢١٤٨ مصايد الشيطان للحافظ ابي بكر [عبد الله بن محمد القرشي البغدادي] المعروف بابن ابي الدنيا [المتوفي سنة ٢٨١] ١٢١٤٩ المصايد والمطارد لابي الفتح محمود بن الحسين المعروف بكشاجم المتوفي في حدود سنة ٣٥٠ ١٢١٥٠ مصباح الارواح في التصوّف للشيخ عبد الخالق بن ابي القاسم المصري الصوفي ١٢١٥١ مصباح الارواح في الكلام للقاضي ناصر الدين عبد الله بن عمر البيضاوي المتوفي سنة ٦٨٥ اوله الحمد لله الاول قبل كلّ موجود الخ ورتّب على مقدمة وثلثة كتب وشرحه القاضي عبيد الله العبيدلي بقال اقول وعليه شرح آخر بقال اقول المسمّى بالايضاح اوله الحمد لله الذي تحيّرت الافهام في

---

Quadraginta traditiones. — 12144. Mesálih el-ajsád, remedia corporibus convenientia. Opus medicum intermedium. — 12145. Mesálih el-moslimín, res salutares Moslimorum de commodis fidelium. — 12146. [El-Mesálih we El-Mefásid, res salutares et perniciosae, auctore Imám *Ghazáli*. Liber ita incipit: Laus Deo, qui homines et genios creavit etc.] — 12147. Mesáid El-Sultán, laquei Sultani, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr Ben Cayyim Dimeshcki*, anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) mortuo. — 12148. Mesáid el-sheitán, laquei Satanae, auctore Háfitz *Abu Bekr* [*Abdallah Ben Mohammed Coreshi Baghdádi*], vulgo *Ibn Abi'ldunyá* dicto [et anno 281 (inc. 13. Mart. 894) mortuo]. — 12149. El-Mesáid we El-Metárid, laquei et venabula, auctore *Abu'lfat'h Mahmúd Ben-elhosein*, vulgo *Koshájim* dicto et circa annum 350 (inc. 20. Febr. 961) mortuo. — 12150. Misbáh el-arwáh, lucerna spirituum. Opus theosophicum, auctore Sheikh *Abd-el-khálic Ben Abi'lcásim Misri Sufi*. — 12151. Misbáh el-arwáh, lucerna spirituum, auctore Cádhi *Násir-ed-dín Abdallah Ben Omar Beidháwi*, anno 685 (inc. 27. Febr. 1286) mortuo. Opus de theologia scholastica, quod ita incipit: Laus Deo, qui primus ante omnes res existentes fuit etc., et in praefationem et tres libros dispositum est. Cádhi *Obeidallah Obeideli* commentarium in illud scripsit, formula usus „Dicit auctor" et „Dico ego". Alius commentarius, qui eandem formulam sequitur, *Idháh* inscriptus est et ita incipit: Laus Deo, prae cujus majestate mentes attonitae haerent etc. Commentator concilii summi praesidem commemorat eique

عظمته الخ ذكر الشارح صاحب الديوان واهداه اليه لعلّه هو شرح العبيدلى ١٢١٥٢ [مصباح الارواح فارسى فى التصوّف وهو على خمسة وعشرين بابا لعامى اليزدى اوله بسم الله خير الاسماء الخ] ١٢١٥٣ مصباح الارواح واسرار الاشباح للشيخ اوحد الدين الكرمانى المتوفى سنة ١٢١٥٤ مصباح الانس فى شرح مفتاح الغيب يأتى ١٢١٥٥ مصباح انوار الادعية ومفتاح اسرار الادوية ١٢١٥٦ مصباح الانوار فى ادعية الليل والنهار للشيخ عبد الرحمن البسطامى ١٢١٥٧ مصباح التعديل فى كشف انوار التنزيل سبق ذكره ١٢١٥٨ مصباح الجنان فى ترجمة حصن الحصين مرّ ١٢١٥٩ مصباح الجنان ومفتاح الجنان لابى القاسم محمود بن احمد الفارابى ١٢١٦٠ مصباح الدجى فى حديث المصطفى للامام حسن بن محمد الصغانى المتوفى سنة ٦٥٠ وهو كتاب محذوف الاسانيد ١٢١٦١ مصباح الدجا فى حرف الرجا لمحمد ابن ابراهيم بن الحنبلى الحلبى المتوفى سنة ٩٧١ رسالة فى تحقيق كلمة لعل كتبها لابن

---

librum obtulit. Fortasse hic commentarius *Obeideli* auctorem habet. — 12152. [Misbáh el-arwáh, lucerna spirituum, auctore *Ami Yezdi.* Opus theosophicum persice scriptum et in viginti quinque capita dispositum, quod ita incipit: Nomine Dei, nominum optimi etc.]. — 12153. Misbáh el-arwáh we Asrár el-ashbáh, lucerna spirituum et arcana personarum, auctore Sheikh *Auhad-ed-dín Kermáni,* anno . . . mortuo. — 12154. Misbáh el-ons, lucerna societatis humanae. Commentarius in *Miftáh el-gheib*, de quo infra dicetur. — 12155. Misbáh anwár el-ad'iyet, lucerna luminum precationum et clavis arcanorum medicamentorum. — 12156. Misbáh el-anwár, lucerna luminum de precationibus noctis et diei, auctore Sheikh *Abd-el-rahman Bistámi.* — 12157. Misbáh el-ta'díl, lucerna distinctionis proborum ab improbis. Commentarius in *Anwár el-tenzíl*, de quo supra mentio facta est. — 12158. Misbáh el-jenán, lucerna noctis tenebrosae. Translatio libri *El-Hisn El-Hasín*, de quo supra videndum est. — 12159. Misbáh el-jenán we Miftáh el-jinán, lucerna noctis tenebrosae et clavis hortorum, auctore *Abu'lcásim Mahmúd Ben Ahmed Fárábi.* — 12160. Misbáh el-dojá, lucerna obscuritatis. Traditiones prophetae electi, auctore Imám *Hasan Ben Mohammed Sagháni*, anno 650 (inc. 14. Mart. 1252) mortuo. Liber auctoritatum consignatione carens. — 12161. Misbáh el-dojá fi harf el-rejá, lucerna obscuritatis de vocabulo spei, auctore *Mohammed Ben Ibráhím Ben-elhanbali Halebi*, anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuo. Tractatus de accurata vocis *laall* i. e. fortasse definitione, quem ad Cádhi Halebensem *Ibn-elmi'már*

المعمار قاضى حلب ١٢١٦٢ مصباح الدين من كتب الفروع المذكورة فى التاتارخانية ١٢١٦٣ مصباح الرمل فارسى مختصر على خمسة عشر بابا اوله الحمد لله ربّ الارباب ومسبّب الاسباب الخ ١٢١٦٤ مصباح الزاهر فى القرآءات العشر البواهر لابى الكرم مبارك بن الحسن السهروردى البغدادى المتوفى سنة ٥٥٠ قال الجعبرى واصحاب ابن القفصى يروى نحو خمسمائة طريق ١٢١٦٥ مصباح الزجاجة على سنن ابن ماجه مرّ ١٢١٦٦ مصباح الزمان فى المعانى والبيان لمحمد بن محمد الاسدى المقدسى المتوفى سنة ٨٠٨ وعليه شرح له ايضا ١٢١٦٧ مصباح السلوك فى مسامرة الملوك للشيخ عبد الرحمن البسطامى ١٢١٦٨ مصباح الصدور ١٢١٦٩ مصباح الطالب ومنير المحبّ الكاسب لموسى بن ابراهيم المتطبّب اوله الحمد لله الذى منه الابتداء واليه الانتهاء الخ رتّب على مقدمة وثلثة اقسام فى معرفة آلات الموضوعة لمعرفة الساعات بالبراهين الهندسيّات كالاسطرلاب والربع والزرقالة ونحو ذلك وذكر فى خطبته

---

scripsit. — 12162. **Misbáh el-dín**, lucerna religionis. Pertinet ad libros de partibus juris derivatis, qui in *El-Tátárkhániyet* commemorantur. — 12163. **Misbáh el-raml**, lucerna doctrinae ex figuris in arena descriptis interrogantibus respondendi. Compendium persicum in quindecim capita dispositum, quod ita incipit: Laus Deo, dominorum domino et omnium caussarum auctori et motori etc. — 12164. **El-Misbáh El-Záhir**, lucerna splendens de recensionibus Corani decem praecellentibus, auctore *Abu'lkerem Mobárek Ben-elhasan Soharawerdi Baghdádi*, anno 550 (inc. 7. Mart. 1155) mortuo. *Ja'beri* et discipuli *Ibn-elcafsi*: Refert, ajunt, quingentas fere auctoritatum series. — 12165. **Misbáh el-zojájet**, lucerna vitrea. Commentarius in opus *Sonen* ab *Ibn Májeh* editum, de quo supra videndum est. — 12166. **Misbáh el-zemán**, lucerna temporis de doctrina sententiarum et expositionis, auctore *Mohammed Ben Mohammed Asedi Mocaddesi*, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuo. Idem commentarium in eam edidit. — 12167. **Misbáh el-solúk fi mosáheret el-molúk**, lucerna viae ingrediendae de vigilia cum regibus confabulandi caussa agenda, auctore Sheikh *Abd-el-rahman Bistámi*. — 12168. **Misbáh el-sodúr**, lucerna pectorum. — 12169. **Misbáh el-tálib**, lucerna studiosi et lumen splendens amantis quaestum facientis, auctore *Musa Ben Ibráhím* Medico. Liber ita incipit: Laus Deo, a quo omne principium, et ad quem reditus extremus etc., et in praefationem et tres partes dispositus est. Agit de cognitione instrumentorum ad horas probationibus geometricis cognoscendas inventorum, ut astrolabii, quadrantis, *Zercálet* et similium.

السلطان سليمان خان ١٢١٧٠ مصباح الظلام فى علم حديث الرسول صلعم للشيخ جمال الدين حسين بن على الحصنى الفه سنة ٩٦٢ ١٢١٧١ مصباح الظلام فى المستغيثين بخير الانام فى اليقظة والمنام لابى الربيع سليمان بن موسى الكلاعى المتوفى سنة ٦٣٤ وللشيخ [شمس الدين] ابى عبد الله محمد بن موسى بن النعمان المراكشى المزنى الهنتاتى الفاسى [المالكى المتوفى سنة ٦٨٣] اوله الحمد لله المجيب لمن دعاه الخ ذكر فيه انه سبق جماعة من العلمآء الى جمع اخبار من استغاث بالله فى الازمان ولجأ اليه عند الطلبات فبلغه الله طلبته وفرج عنه كربته وشدّته فجمع فى ذلك الامام ابو بكر بن ابى الدنيا كتابا سماه بكتاب الفرج بعد الشدّة وكتابا سماه بمجاب الدعوة وللامام التنوخى فى ذلك كتاب كبير سمّاه بكتاب الفرج بعد الشدّة ونسج على منوالهما جماعة منهم الامام ابو الوليد يونس بن عبد الله بن مغيث محدّث قرطبة والقاضى بها الّف كتابا سمّاه بكتاب المستصرخين بالله عند نزول البلا وتلاه الامام ابو القاسم خلف بن عبد الملك بن بشكوال [القرطبى المتوفى سنة ٥٧٨] كتابا

---

Auctor in praefatione Sultanum *Soleimán Khán* commemorat. — 12170. **Misbáh el-tzalám**, lucerna obscuritatis de doctrina traditionum legati. Composuit Sheikh *Jemál-ed-dín Hosein Ben Ali El-Hisni*, anno 962 (inc. 26. Nov. 1554). — 12171. **Misbáh el-tzalám**, lucerna obscuritatis de iis, qui opem implorant optimi hominum per vigiliam et somnum. Scripserunt *Abu'lrebí' Soleimán Ben Musa Kelái*, anno 634 (inc. 4. Sept. 1236) mortuus, et Sheikh [*Shems-ed-dín*] *Abu Abdallah Mohammed Ben Musa Ben-elno'mán Merákeshi Mozeni Hintáti Fási* [Malikita, anno 683 (inc. 20. Mart. 1284) mortuus], cujus liber ita incipit: Laus Deo illum, qui ad se precatur, audienti etc. Narrat auctor, plures viros doctos jam antea historiam eorum collegisse, qui opem divinam temporibus calamitatis implorabant et ad Deum confugiebant, quando ab eo optanda petebant, Deus autem optatis eorum respondebat eosque sollicitudinibus et adversitate liberabat. De eodem argumento Imám *Abu Bekr Ben Abi'ldunyá* librum collegit *El-Faraj ba'da el-shiddet* inscriptum, et alium librum titulo *Mojáb el-da'wet* insignitum, itemque Imám *Tenúkhi*, qui librum majorem *Kitáb el-faraj ba'da el-shiddet* inscriptum edidit. Ad utriusque libri normam plurimi scripserunt, ut Imám *Abu'lwelíd Yunos Ben Abdallah Ben Moghíth* Cordubae Traditionarius et Cádhi, qui librum *Kitáb el-mostasrikhín billah inda nozúl el-belá* composuit. Hunc secutus est Imám *Abu'lcásim Khalaf Ben Abd-el-melik Ben Beshkowál* [*Cortubi*, anno 578 (inc. 7. Mai. 1182) mortuus], qui librum *Kitáb*

سماه بكتاب المستغيثين بالله فقصدت ان اذكر ما وقع ممن استغاث بالنبي ولاذ به لما قفلنا مع الحاج سنة ٦٣٩ ذكره السيوطي في انوار الحلك ١٢١٧٢ مصباح الظلام في معرفة ضرب الحساب مختصر اوله الحمد لله الذي اعدّ للمجاهدين الخ ١٢١٧٣ مصباح العلوم في كشف اسرار النجوم مجلّد اوله الحمد لله مستحقّ الحمد لجمال ذاته الخ ١٢١٧٤ مصباح في اختصار المفتاح في المعاني [والبيان] لمحمد بن محمد بن عبد الله ابن مالك وترجيز المصباح لمحمد بن عبد الرحمن المراكشي الضرير النحوي اوله يقول راجي ربّه ذي الرحمة الخ والتقطه من الحلية والطيبي والبنجديهي والصناعتين للعسكري وشرح الشقراطيسية للمصري وتفسير الكوثر لابن البنّا خاتمة ثم شرحها املاء وسماه ضوء الصباح على ترجيز المصباح اوله الحمد لله وكفى الخ ومختصر ضوء المصباح وشرحه اسفار الصباح كلّها يأتي في المفتاح ١٢١٧٥ مصباح في الجمع بين الاذكار والسلاح لابي محمود احمد بن محمد بن

---

*el-mostaghithín billah* edidit. Jam propositum habui, (inquit), ea commemorare, quae viri experti sunt prophetae opem implorantes seque ei applicantes, cum anno 639 (inc. 12. Jul. 1241) cum Mekkam peregrinantibus simul iter faceremus. Narrat hoc *Soyúti* in *Anwár el-halek.* — 12172. Misbáh el-tzalám, lucerna obscuritatis de cognitione multiplicationis. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui bellum sacrum gerentibus paravit etc. — 12173. Misbáh el-olúm, lucerna doctrinarum de retegendis astrorum arcanis. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, laude propter essentiae suae majestatem digno etc. — 12174. Misbáh fi ikhtisár El-Miftáh, lucerna. Epitome operis *Miftáh* de doctrina sententiarum [et expositionis], auctore *Mohammed Ben Mohammed Ben Abdallah Ibn Málik.* Librum *Misbáh* metro *Rejez* reddidit *Mohammed Ben Abd-el-rahman Meràkeshi Dharír* Grammaticus, et hoc carmen ita incipit: Dicit qui spem ponit in Deo misericorde etc. — Hanc recensionem e libro *Hilyet*, scriptis *Tayyibíi* et *Benjedíhíi*, duobus *Sanáat* ab *Askeri* editis, commentario in tractatum *Shocratisiyet* a *Misri* scripto, *Tefsír El-Kauther* ab *Ibn-elbenná* composito potiorem partem selegit. — Finis. — Tum eam dictando commentatus est, et commentarium, qui ita incipit: Laus Deo et sufficit etc., *Dhau el-sabáh ala Terjíz El-Misbáh* inscripsit. — Epitome ex *Misbáh* facta titulum *Dhau El-Misbáh* prae se fert, et commentarius in eam *Isfár el-sabáh*, de quibus omnibus in *Miftáh el-olúm* dicetur. — 12175. Misbáh fi el-jam'i' bein el-adzkár we el-siláh, lucerna de invocationibus Dei et armis conjungendis, auctore *Abu Mahmúd*

ابراهيم المقدسى المتوفى سنة ٧٦٥ ١٢١٧٦ مصباح فى شرح الحاوى الصغير مرّ ١٢١٧٧ مصباح فى شرح شواهد الايضاح فى النحو مرّ فى الالف ١٢١٧٨ مصباح فى الطبّ مختصر لمحمد بن القوصونى اوله الحمد لله الشافى بلطفه من الادوآء الخ ذكر فيه انّه الّفه لبعض الكبار فى العلاج ليكون دستورا لاصلاح المزاج ١٢١٧٩ مصباح فى علم المفتاح لايدمر بن عبد الله الجلدكى قال قد اشار الاستاد جابر فيما يزيد على ثلثة الاف كتاب وجعلنا الحاصل الذى جمعناه فى كتبنا الخمسة المطوّلة نهاية المطلب والتقريب وغاية السرور والبرهان وكنز الاختصاص وجعلنا خلاصة الخمسة فى هذا الكتاب اوله الحمد لله الذى خلق الاكوان وافتتحها بحكمته الخ قال وليعلم انّه المصباح الاعظم وله اصابع طوال واسنان كثيرة ولا شكّ ان كل اصبع فيه مصباح وجملة المصابيح ستون وثلثمائة وقسمنا على اربعة اقسام ولكلّ قسم مقدّمة ومصابيح وخاتمة ولكلّ تسعون مصباحا ١٢١٨٠ مصباح فى فروع الشافعية لمحمد

---

*Ahmed Ben Mohammed Ben Ibráhím Mocaddesi*, anno 765 (inc. 10. Oct. 1363) mortuo. — 12176. El-Misbáh fi sharh El-Háwi El-Saghír, lucerna. Commentarius in *El-Háwi El-Saghír*, de quo supra dictum est. — 12177. El-Misbáh fi sharh shewáhid El-Idháh, lucerna. Commentarius in locos probantes libri grammatici *Idháh*, de quo in *Elif* dictum est. — 12178. El-Misbáh fi el-tibb, lucerna de medicina, auctore *Mohammed Ben-elcausúni.* Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui gratia sua per medicamenta sanat etc. Narrat ibi auctor, se illud cuidam viro spectato de sanatione scripsisse, ut norma esset ad temperamentum bene moderandum. — 12179. El-Misbáh fi ilm el-miftáh, lucerna de doctrina alchymiae, auctore *Eidemir Ben Abdallah Jildeki.* Doctor *Jábir*, inquit, doctrinam in plus quam tribus milibus scriptorum docuit, et summam rei quam collegimus in libris nostris quinque latioribus, *Niháyet el-matlab*, *Tecríb*, *Gháyet el-sorúr*, *Borhán*, *Kanz el-ikhtisás*, proposuimus, et summam potiorem partem horum quinque librorum continentem huic libro inseruimus, qui ita incipit: Laus Deo, qui res existentes creavit, iisque sapientia sua initium dedit etc. Sciatis volo, inquit, hanc esse lucernam maximam, cui digiti longi sunt et dentes multi, et nullum dubium est, quin digitus omnis ibi lucerna sit, et summa lucernarum trecentae sexaginta. Eas in quatuor partes divisimus, et singulis partibus praefationem, lucernas et conclusionem dedimus, ita ut pars quaevis nonaginta lucernas contineret. — 12180. El-Misbáh fi forú' El-Sháfiíyet, lucerna de partibus juris *Sháfiit*ici derivatis, auctore

ابن احمد القاضي البخاري المتوفى سنة ٦٠٤ ١٢١٨١ مصباح في النحو للامام ناصر بن عبد السيد المطرزي النحوي المتوفى سنة ٦١٠ اوله اما بعد حمد الله ذي الانعام الخ الّفه لابنه على خمسة ابواب ا في الاصطلاحات النحويّة ٢ في العوامل اللفظيّة القياسيّة ٣ في العوامل اللفظيّة السماعيّة ٤ في العوامل المعنويّة ٥ في فصول من العربيّة وهو كتاب متداول بين الطلبة نافع مبارك شرحه احمد بن محمود بن الجندي سمّاه المقاليد اوله الحمد لله على جزيل نواله الخ وتأريخ كتابه النسخة سنة ٧٥١ فعلى هذا يكون التأليف قبل ذلك والشيخ علاء الدين على بن محمد البسطامي الشهير بمصنفك وهو شرح مفيد اوله الحمد لله الذي جعل علم النحو مفتاحا الخ ذكر فيه انّه شرح اوّلا مقتصرا على حلّ الفاظه ثم رأى كثيرا من الفضلاء يشتغلون بتدريسه فالتمسوا ان يشرحه ثانيا مفصّلا فاجاب وهو شرح ممزوج ذكر فيه انه اتمّه في شوال سنة ٨٢٤ بالغياثية بهراة وهو ابن احدى وعشرين سنة وتوفي سنة ٨٧٥ وحسن

---

*Mohammed Ben Ahmed Bokhári* Cádhi, anno 604 (inc. 28. Jul. 1207) mortuo. — 12181. El-Misbáh fi el-nahw, lucerna, auctore Imám *Násir Ben Abd-el-seyyid Motarrizi* Grammatico, anno 610 (inc. 23. Mai. 1213) mortuo. Liber grammaticus, qui ita incipit: Praemissa laude Dei, beneficiorum datoris etc. Auctor eum filio suo in quinque capitibus composuit, quorum primum de terminis technicis grammaticis agit, secundum de regentibus grammaticis regularibus, tertium de regentibus grammaticis usu confirmatis, quartum de regentibus logicis, quintum de variis grammaticae arabicae partibus. Liber tritissimus est inter studiosos, utilis et fructibus bonis abundans, in quem *Ahmed Ben Mahmúd Ben-eljondi* commentarium composuit. Hic *El-Mecálíd* inscriptus est et ita incipit: Laus Deo pro copiosis ejus beneficiis etc. Tempus compositionis libri i. e. annus septingentesimus quinquagesimus primus verbo *El-Nuskhat* expressum est, at hoc posito prius compositus esse debet. Porro commentarios composuerunt Sheikh *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed Bistámi*, vulgo *Mosannifek* dictus, cujus commentarius observationibus utilibus plenus ita incipit: Laus Deo, qui grammaticam clavem esse voluit etc., et auctor dicit, se primum commentarium scripsisse, qui in explicandis vocibus acquieverit. Postea vero multos viros bene meritos in eo legendo et explicando occupatos vidit, qui ab eo petierunt, ut commentarium secundum componeret, in quo de singulis partibus uberius dissereret. Satisfecit optatis et novo commentario textum admiscuit. Narrat se viginti unum annum natum mense Shewwál anni 824 (inc. 6. Jan. 1421) in collegio Heratensi *Ghiyáthíyet* illum absolvisse. Mortuus est anno 875 (inc. 30.

باشا بن علاء الدين الاسود وسماه الافتتاح توفى سنة اوله الحمد لله الذى انزل من السماء الفرقان الخ ومن شروحه الافصاح عن انوار المصباح وهو شرح ممزوج اوله الحمد لله الذى جعل لكلّ مساء صباحًا الخ وتاج الدين محمد بن محمد الاسفرائنى سمّاه المفتاح ثم لخّصه وسمّاه الضوء توفى سنة وترجم بعضهم [وهو كمال الدين المدرس] الضوء بالتركى كالسودى فى ترجمة الكافية وشرح خطبة الضوء رضى الدين الخوارزمى فى ورقتين وسماه درّة النوء فى شرح خطبة الضوء ومن حواشى الضوء ابكار الافكار وقاضيچق وهو كلمة تدلّ على التصغير عند الروميين وقد تبدل القاف بالكاف اشتهر به المولى المعروف بقاضى بلاط وحاشية هذه مقبولة بين الناس اجاد فيها كذا فى الشقائق اسمه عبد اللطيف بن جلال الدين محمد القزوينى خطيب دمشق كذا فى ذيله شرح الضوء الى آخر الباب الثانى ممزوجا ثم اكمله كلنجك كذلك الى آخر الكتاب وعلى الضوء حاشية ايضا لشمس الدين محمد بن حمزة الفنارى المتوفى سنة ٨٣٤ وشرح القاضى عبد الله بن محمد العبيدى الفرغانى المتوفى

---

Jun. 1470) — *Hasan Pasha Ben Alá-ed-dín Aswad*, anno . . . mortuus, cujus commentarius *El-Iftitáh* inscriptus ita incipit: Laus Deo, qui coelitus Coranum falsa a veris distinguentem revelavit etc. Alius commentarius *El-Ifsáh an anwár El-Misbáh* inscriptus textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui singulis temporibus vespertinis matutina dedit etc. — deinde *Táj-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Isferáini*, anno . . . mortuus, cujus commentarius *El-Miftáh* inscriptus est. Tum meliora ejus in epitomen contraxit *El-Dhau* inscriptam. Eam vir quidam [*Kemál-ed-dín* professor academicus] eodem modo turcice vertit, quo *Sudi Alfiyam*. Praefationem epitomae *Dhau Redhi-ed-dín Khowarezmi* duobus foliis commentatus est, quibus titulum dedit *Dorret el-nau fi sharh khotbet El-Dhau*. Ad eandem glossae *Abkár el-afkár* inscriptae exstant. Alias edidit *Cádhíjec* (quae forma diminutivum apud Rumaeos indicat litera *Cáf* literae *Káf* substituta). Hoc nomine Molla, vulgo *Cádhi Belát* dictus, inclaruit. Glossae istae inter homines plausum tulerunt, et certe auctor, cujus integrum nomen, quemadmodum appendix ad *El-Shecáic* docet, *Abd-el-latíf Ben Jelál-ed-dín Mohammed Cazwíni* Damasci Concionator est, eas egregie composuit, ut in *El-Shecáic* legitur. Commentatus est epitomen *Dhau* usque ad finem capitis secundi textu admixto, et eadem ratione *Kelinjik* usque ad finem libri commentarium perfecit. Pariter *Shems-ed-dín Mohammed Ben Hamza Fenári*, anno 834 (inc. 19. Sept. 1430) mortuus, glossas ad *El-Dhau* edidit. — Deinde commentarios in *El-Misbáh* ediderunt Cádhi *Abdallah Ben Mohammed Obeidi*

سنة وابو القاسم هبة الله بن عبد الله المعروف بابن سيد الكلّ القفطى المتوفى سنة ٦٩٧ وشرح ديباجته رجل من الفضلاء اوله الحمد لله الذى لا يبلغ كنهه جادّ الخ وشرح هذا الشرح المولى يعقوب بن سيدى على حين قرأ عليه البعض اوله الحمد لله الذى اعرب تركيب الكائنات من مزج الكاف والنون الخ وهو جامع لغرر اصول النحو وقواعده وشرح حاج بابا ابن حاج ابراهيم بن عبد الكريم وسماه خلاصة الاعراب اوله الحمد لله ولى الانعام [فاطر السموات] الخ وعلى شرح ابن سيدى على حاشية لمحمد بن ابراهيم الحنبلى الحلبى سماه الفقه الجلى على ابن سيدى على قال فى تاريخه هو متضمّن كلّ فنّ الّا انه بقى عليه مؤاخذات نبّهت عليها فيها وشرح ايضا محمد بن يوسف المعروف بقره پيرى قاجاد وسماه اصلاح فى شرح شرح ديباجة المصباح ومن شروح المصباح شرح الشيخ شهاب الدين احمد بن محمود السيواسى المتوفى سنة ٨٠٣ وشرحه المولى مصطفى بن شعبان المعروف بسرورى المتوفى سنة ٩٦١ اوله الحمد لله الذى جعل الفاعلين بامره الخ وهو شرح مقبول ومن شروحه

---

*Ferghâni*, anno... mortuus, et *Abu'lcâsim Hibetallah Ben Abdallah Cofti*, vulgo *Ibn Seyyid-elkoll* dictus et anno 697 (inc. 19. Oct. 1297) mortuus, et vir quidam eruditione praestans in praefationem commentarium composuit, qui ita incipit: Laus Deo, cujus essentiam nullus vir vel omnes nervos contendens penetrat etc. Illum commentarium denuo commentatus est Molla *Ya'cúb Ben Seyyidi Ali*, cum aliqui eum ipso praeside legerent. Incipit hic commentarius: Laus Deo, qui compositionem rerum ex mixtione literarum *Káf* et *Nún* formatarum (*kún* i. e. esto) distincte explicavit etc., et principia grammaticae praecellentia et leges primarias continet. *Hájj Bábá Ben Hájj Ibráhím Ben Abd-el-kerím* commentarium in *El-Misbáh* composuit *Khilúset el-i'ráb* inscriptum, qui ita incipit: Laus Deo, beneficiorum largitori [et coelorum creatori] etc. — Ad commentarium *Ibn Seyyidi*i *Ali* Hanbalita *Mohammed Ben Ibráhím Halebi* glossas edidit *El-Fic'h El-Jeli ala Ibn Seyyidi Ali* inscriptas. In historia sua illum commentarium continere dicit omnem doctrinae speciem, attamen in eo nonnulla restare reprehensioni exposita, et ad haec se in glossis animos advertisse. Pariter *Mohammed Ben Yusuf*, vulgo *Curah Píri* dictus, commentarium egregium in commentarium composuit *Isláh fi sharh sharh dibájet El-Misbáh* inscriptum. In *El-Misbáh* porro commentarios composuerunt Sheikh *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Mahmúd Siwási*, anno 803 (inc. 22. Aug. 1400) mortuus, et Molla *Mustafa Ben Sha'bán*, vulgo *Sorúri* dictus et anno 961 (inc. 7. Dec. 1553) mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, qui eos, qui jussa sua faciunt, esse vult etc., et multum approbatus est. —

خزانة اللطائف اوله الحمد لله المحمود الخ ومن شروحه الاصباح اوله الحمد لله المدعو باحسن اسمائه واشرف صفاته الخ وهو شرح بالقول جم الفوائد كتب المتن تماما والمشكاة اولها الحمد لله الذى نوّر قلوبنا الخ ذكر فيه انه هو المغنى عن الضوء والافتتاح وهو شرح ممزوج مختصر ومن شروحه الاصباح وشرح ديباجة المصباح للمولى التفتازانى كما حكى شارح درّة السنيّة للماردينى عند معنى الحمد وقال نقلته فى الكلام من خطّه اول شرح ابيات الضوء الحمد لله الذى شرف نوع الانسان الخ ١٢١٨٢ مصباح القارئ فى شرح البخارى مرّ ١٢١٨٣ مصباح القلوب ١٢١٨٤ مصباح لابى الحسن سلامة بن عياض بن احمد النحوى الشامى [المتوفى بعد سنة ٥٣٣] مختصر اوله اما بعد حمد الله حقّ حمده الخ وهو فى الاعراب ١٢١٨٥ مصباح المتهجّد مجلّد فى الادعية والاوراد وعمل اليوم والليلة والمواسم والاعياد ثم اختصره واول المختصر الحمد لله ربّ العالمين الخ ١٢١٨٦ مصباح المعانى للسيّد

---

Alius commentarius, *Khizánet el-letáif* inscriptus, ita incipit: Laus Deo laudando etc., itemque alius, *Isbáh* inscriptus, ita: Laus Deo, qui pulcherrimis suis nominibus et attributis nobilissimis invocatur etc. Exposita textus verba admixta habet et copiosas adnotationes utiles continet. Adscripsit hic auctor textum integrum. — Alius commentarius, *Mishkát* inscriptus, ita incipit: Laus Deo, qui corda nostra illuminavit etc., et auctor possessorem ejus carere posse dicit glossis *Dhau* et *Iftitáh* inscriptis. Commentarius hic textum admixtum habet et brevis est. — Alius commentarius *Isbáh* inscriptus est. — In praefationem ornatam (*Dibájet*) libri *Misbáh* Molla *Teftázáni* commentarium edidit, ut auctor commentarii in *El-Dorret El-Seniyet* a *Máridíni* compositum loco narrat, ubi significationem verbi *hamd* explicat, et se hoc ad verbum ex libro ipsius auctoris manuscripto petiisse dicit. — Commentarius in versus glossarum *Dhau* inscriptarum ita incipit: Laus Deo, qui genus humanum nobilitavit etc. — 12182. Misbáh el-cári, lucerna legentis. Commentarius in *Bokhári*i librum *Jámi' Sahíh*, de quo supra dictum est. — 12183. Misbáh el-colúb, lucerna cordium. — 12184. Misbáh, lucerna, auctore *Abu'lhasan Seláma Ben Iyádh Ben Ahmed Shámi* Grammatico, [post annum 533 (inc. 8. Sept. 1138) mortuo]. Compendium de doctrina flexionum finalium, quod ita incipit: Praemissa Dei laude, qui laude dignissimus est etc. — 12185. Misbáh el-motehajjid, lucerna vigilantis. Volumen de precibus, pericopis coranicis, exercitiis diei et noctis religiosis, de conventibus Mekkanis et festis. Deinde auctor librum in epitomen coegit, quae ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. — 12186. Misbáh el-meáni, lucerna

الامام جمال الدين محمد بن على بن عبد الله بن ابراهيم الخطيب الموزعى المعروف بابن نور الدين ١٢١٨٧ مصباح المغنى فى كتّاب النبى الامّى ورسله الى ملوك الارض من عربى وعجمىّ للشيخ الامام ابن عبد الله بن محمد بن على بن احمد بن حديدة الانصارى المتوفى سنة وجعله على قسمين الاول فى كتّابه والثانى فى رسله ومكاتباته الى الملوك اوله الحمد لله الملك الديّان ذى العزّة والسلطان الخ فرغ من تأليفه فى ذى القعدة سنة ٧٧٩ بمصر ١٢١٨٨ مصباح المنير فى غريب الشرح الكبير للشيخ الامام احمد بن محمد بن على الفيومى جمع فيه غريب شرح الوجيز للرافعى واضاف اليه زيادات من لغة غيره ومن الالفاظ المشتبهات وقسم كلّ حرف منه باعتبار اللفظ الى مكسور الاول ومضمومه ومفتوحه والى افعال بحسب اوزانها ثم اختصره على النهج المعروف ليسهل تناوله وقيّد ما يحتاج الى تقييده بالفاظ مشهورة ولم يلتزم ذكر ما وقع فى الشرح وجمع اصله من نحو سبعين مصنفًا مطوّلًا ومختصرًا

---

sententiarum, auctore Seyyid Imám *Jemál-ed-dín Mohammed Ben Ali Ben Abdallah Ben Ibráhím El-Khatíb El-Muri'i*, vulgo *Ibn Núr-ed-dín* dicto. — 12187. El-Misbáh El-Moghni, lucerna satisfaciens de scribis et legatis prophetae laici ad principes terrae sive Arabes essent sive barbari, auctore Sheikh et Imám *Ibn Abdallah Ben Mohammed Ben Ali Ben Ahmed Ben Hadída Ansári*, anno . . . mortuo. Divisit librum, qui ita incipit: Laus Deo boni malique remuneratori, potentia et imperio praedito etc., in duas partes, quarum prior de scribis prophetae, posterior de ejus legatis et literarum commercio cum principibus agit, et ejus compositionem mense Dzu'lca'det anni 779 (inc. 10. Mai. 1377) in urbe Misr absolvit. — 12188. El-Misbáh El-Monír, lucerna lucens de verbis Commentarii Magni inusitatis. Scripsit Sheikh et Imám *Ahmed Ben Mohammed Ben Ali Fayyúmi*, et in libro voces inusitatas commentarii a *Ráfii* in librum *Wejíz* editi collegit. Huic additamenta e scriptis aliorum lexicologicis et e libris de verbis ambiguis adjecit. Singulas literas libri ratione vocum habita in eas divisit, quarum prima syllaba vocali *Kesre*, *Dhamma* et *Fat'ha* signata est, et in verba spectata eorum forma grammaticali. Tum librum via usu recepta in epitomen coegit, ut ibi quaerere facilius esset, et quae accurate definire necesse esset, vocibus notis definivit. Neque legem sibi voces commemorare imposuit, quae in commentario occurrebant. Archetypum suum vero ex septuaginta circiter scriptis longioribus et brevioribus congessit ejusque compositionem

فرغ من تأليفه في شعبان سنة ٧٣٤ [ وتوفي سنة ٧٧٠ ] فصار ترتيبه كترتيب المغرب للحنفيّة
١٢١٨٩ مصباح الواقف على رسوم المصاحف لجمال الدين احمد بن محمد الواسطي المتوفى
سنة ١٢١٩٠ مصباح الهداية ومفتاح الكفاية في علم السلوك لكمال الدين الكاشي ١٢١٩١
مصباح الهداية ومفتاح الولاية في الفروع للشيخ علوان على بن عطية الحموى [ الصوفى ]
الشافعي المتوفى سنة [٩٣٦] ١٢١٩٢ المصحف الخفي ١٢١٩٣ مصحف القمر لهرمس الحكيم
وهو خواصّ وطلسمات باعتبار حلول القمر وسيره في المنازل ١٢١٩٤ مصرنامه تركى منظوم
للجمالي في ذمّ القاهرة وقدحها توفي سنة ١٢١٩٥ المصطفى من ادعية المصطفى لشمس الدين
احمد بن موسى بن نصر الله الخزرجي ١٢١٩٦ المصطفى والمختار في الادعية والاذكار لابي
السعادات المبارك بن محمد المعروف بابن الاثير الجزرى المتوفى سنة ١٢١٩٧ مصطفيات الاسرار
للامام ابي حامد محمد بن محمد الغزالي المتوفى سنة ٥٠٥ ١٢١٩٨ مصطلح الاشارات في القرآءات

---

mense Sha'bán anni 734 (inc. 12. Sept. 1333) absolvit, [et anno 770 (inc. 16. Aug. 1368) obiit]. Libri autem dispositio eadem est (Sháfiitis), quae libri *Mughrib* Hanefitis. — 12189. **Misbáh el-wáckif ala rosúm el-mesáhif**, lucerna ejus, qui orthographiam codicum Corani cognoscere studet, auctore ***Jemál-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Wásiti***, anno . . . mortuo. — 12190. **Misbáh el-hidáyet**, lucerna recti ductus et clavis sufficientiae de doctrina viae spiritalis, auctore ***Kemál-ed-dín Káshi***. — 12191. **Misbáh el-hidáyet**, lucerna recti ductus et clavis sanctitatis de partibus juris (Shafiitici) derivatis, auctore Sheikh ***'Alawán Ali Ben Atiya Hamawi*** [Sufi] Shafiita, anno [936 (inc. 5. Sept. 1529)] mortuo. — 12192. **El-Mas'haf El-Khafi**, codex (Corani) apocryphus. — 12193. **Mas'haf el-camar**, codex lunae, auctore Hermete Philosopho. Describit virtutes proprias et talismata, ratione habita introitus lunae in mansiones singulas et transitus ejus per mansiones. — 12194. **Misr-námeh**, liber de urbe Misr, auctore ***Jemáli***, anno . . . mortuo. Carmen turcicum in vituperium et obtrectationem urbis Cahirae. — 12195. **El-Mustafá min ad'i'yet el-mustafá**, delectus e precationibus prophetae electi, auctore ***Shems-ed-dín Ahmed Ben Musa Ben Nasrallah Khazreji***. — 12196. **El-Mustafá we El-Mokhtár**, selecta et exquisita de precationibus et meditationibus piis, auctore ***Abu'lseádát Mobárek Ben Mohammed Jezeri***, vulgo ***Ibn-elathír*** dicto et anno . . . mortuo. — 12197. **Mostafeyát el-asrár**, exquisita arcanorum, auctore Imám ***Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli***, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — 12198. **Mostalah 'el-ishárát**, indicia arte recepta de lectionibus

الزوائد المروية عن الثقات الثلثة عشر للشيخ الامام نور الدين على بن عثمان بن محمد القاصح العذرى [المتوفى سنة ٨٠١] اوله الحمد لله الذى جعل القرآن لاهله شرفًا ونورًا الخ

١٢١٩٩ مصطلح فى الجدل لابى حامد محمد بن محمد اليزدى الشافعى المتوفى سنة شرحه ابو الفتح مظفر بن عبد الله

١٢٢٠٠ مصطلح الكتّاب وبلغاء الدواوين والحساب فى علم الترسّل

١٢٢٠١ مصفّى فى شرح المنظومة النسفيّة يأتى

١٢٢٠٢ مصنّف فى الحديث للامام الحافظ ابى بكر عبد الله بن محمد بن ابى شيبة العَبْسى [المتوفى سنة ٢٣٥ هو كتاب كبير جدا جمع فيه فتاوى التابعين واقوال الصحابة واحاديث الرسول صلعم على طريقة المحدثين بالاسانيد مرتبا على الكتب والابواب على ترتيب الفقه وعبد الرزاق بن همام بن نافع الحميارى الصغانى احد الاعلام المتوفى سنة ٢١١ وهو اصغر من مصنف ابن ابى شيبة وهو كذلك على الكتب والابواب على ترتيب الفقه ولابى على الحافظ سعيد بن عثمان بن سعيد بن السكن البغدادى

---

Corani accedentibus auctoritate lectorum fide dignorum tredecim traditis, auctore Sheikh et Imám *Núr-ed-dín Ali Ben Othmán Ben Mohammed Cásih Odzri*, [anno 801 (inc. 13. Sept. 1398) mortuo]. Liber ita incipit: Laus Deo, qui Coranum suis asseclis gloriam et lucem esse voluit etc. — 12199. **Mostalah fi el-jadl**, termini technici de topica, auctore *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Yezdi* Shafiita, anno ... mortuo. Commentarium in hunc librum *Abu'lfat'h Motzaffer Ben Abdallah* edidit.— 12200. **Mostalah el-kottáb**, termini technici scribarum, scriptorum eloquentium muneribus in ministeriis administrationis fungentium et eorum, qui sunt a rationibus. Tractatus de arte epistolarum scribendarum. — 12201. **El-Mosaffa**, depurata. Commentarius in carmen *Mantzúmet* a *Nesefi* editum, de quo infra videatur. — 12202. **El-Mosannef fi el-hadíth**, codex compositus de traditionibus, auctore Imám et Háfitz *Abu Bekr Abdallah Ben Mohammed Ben Abi Sheiba Absi*, [anno 235 (inc. 26. Jul. 849) mortuo. Liber admodum magnus, in quo auctor jurisconsulta asseclarum sociorum prophetae, effata horum sociorum et traditiones prophetae ad rationem traditionariorum additis auctoritatibus collegit, ita ut opus in libros et capita ad rationem librorum juridicorum disponeret. Similes libros composuerunt *Abd-el-rezzác Ben Hemmám Ben Náfi' Himyari Saghání* unus principum scientiae, anno 211 (inc. 13. Apr. 826) mortuus, cujus liber minor est libro *Ibn Abi Sheibae*, sed pariter secundum rationem librorum juridicorum in libros et capita dispositus, et Háfitz *Abu Ali Saíd Ben Othmán Ben Saíd Ben-elsakan Baghdádi*, anno 353 (inc.

المتوفى سنة ٣٥٣] ١٢٢٠٣ مصنّف فى شرح تصريف المازنى مرّ فى التآء ١٢٢٠٤ مصنّف فى فضائل الصحابة للامام البيهقى الشافعى المتوفى سنة ١٢٢٠٥ المصون فى سرّ الهوى المكنون لابى اسحق ابراهيم بن على [القيروانى المعروف] بالحصرى الشاعر المتوفى سنة ٤٥٣ اوله الحمد لله الذى جعل الحمد اول كتاب الخ ١٢٢٠٦ مصون فى النحو لابى العباس احمد بن يحيى الثعلب المتوفى سنة ٢٩١ ١٢٢٠٧ مصيبت نامه للشيخ عطّار ١٢٢٠٨ مضاهات امثال كليلة ودمنة لابى عبد الله محمد بن حسين [اليمنى] النحوى المتوفى سنة [٤٠٠] ١٢٢٠٩ المضاهات والمضافات فى الاسمآء والانساب لابى كامل احمد بن محمد الاينردوانى البُصَيرى الحنفى المتوفى سنة [٤٤٩] ١٢٢١٠ المضبوط فى اخبار اسيوط جزء للسيوطى ذكره فى فهرسه فى التاريخ ١٢٢١١ مضبوط فى شرح المقصود يأتى ١٢٢١٢ مضمار الحقائق وسرّ الخلائق فى التاريخ صنفوا للملك المنصور محمد بن عمر صاحب حماة توفى سنة ٦١٧ وهو كتاب كبير نفيس وتوهّم

---

19. Jan. 964) mortuus]. — 12203. El-Mosannef, opus compositum. Commentarius in librum *Tesríf* a *Mázini* editum, de quo in litera *Tá* videndum est. — 12204. El-Mosannef fi fedháil el-sahábet, opus compositum de virtutibus sociorum prophetae praestantibus, auctore Imám *Beihacki* Shafiita, anno . . . mortuo. — 12205. El-Mesún fi sirr el-hewá el-meknún, asservata de arcano amoris in animo reconditi, auctore *Abu Is'hac Ibráhím Ben Ali* [*Cairawáni*] Poeta, [vulgo] *Hosri* [dicto et] anno 453 (inc. 26. Jan. 1061) mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo, qui laudem initium libri esse voluit etc. — 12206. El-Mesún fi el-nahw, asservata. Liber grammaticus, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Yahya El-Tha'leb*, anno 291 (inc. 24. Nov. 903) mortuo. — 12207. Mosíbet-námeh, liber afflictionis, auctore Sheikh *Attár*. — 12208. Modháhát amthál, mutua similitudo parabolarum libri *Kalílah we Dimnah*, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Hosein* [*Yemeni*] Grammatico, anno [400 (inc. 25. Aug. 1009)] mortuo. — 12209. El-Modháhát we El-Modháfát, similia et relativa de nominibus et genealogiis, auctore *Abu Kámil Ahmed Ben Mohammed Einardewáni Boseiri* Hanefita, anno [449 (inc. 10. Mart. 1057)] mortuo. — 12210. El-Madhbút fi akhbár Osyút, liber firme et solide compositus de historia urbis Osyút sive Soyút, auctore *Soyúti*. Fasciculus, quem in indice suo in scriptis historicis commemorat. — 12211. El-Madhbút, liber firme compositus. Commentarius in librum *Macsúd*, de quo infra dicetur. — 12212. Midhmár el-hacáic, hippodromus veritatum et arcanum rerum creatarum. Liber historicus regi *Mansúr Mohammed Ben Omar* Hamatae principi, qui anno 617

بعض المورخين فاسند تأليفه اليه وانما صنف رجل من علمآء عصره كما هو المفهوم من المختصر وصاحبه اعلم بحاله ١٢٢١٣ مضمرات اى جامع المضمرات مرّ فى الجيم وخلاصة المضمرات كتاب نقل عنها صاحب ابراهيم شاه ١٢٢١٤ المضنون به على غير اهله قال ابن السبكى فى طبقاته ذكر ابن الصلاح انّه منسوب الى ابى حامد الغزالى وقال معاذ الله ان يكون له وبيّن سبب كونه مختلقا موضوعا عليه والامر كما قال وقد اشتمل على التصريح بقدم العالم ونفى علم القديم بالجزئيّات ونفى الصفات وكلّ واحدة من هذه يكفّر الغزالى قآئلها هو واهل السنة اجمعون فكيف يتصوّر انّها مقوله انتهى اوله الحمد لله على موجب ما هدانا الى حمده الخ وهى اجوبة مسآئل سئل عنها الغزالى وفى التاسعة فصول كثيرة قال يشتمل على اربعة اركان ١ فى معرفة الربوبيّة ٢ فى معرفة الملائكة ٣ فى حقآئق المعجزات ٤ فى معرفة ما بعد الموت وفى منهاج العابدين الآتى ذكره ما يتعلّق بذلك وصنّف ابو بكر

---

(inc. 8. Mart. 1220) obiit, compositus, isque magnus et pretiosus. Auctorem esse suspicantur scriptorem quendam historicum, cui compositionem attribuunt. Certe tamen illum vir quidam doctus aequalis composuit, ut ex Compendio intelligitur. Auctor solus optime rei veritatem cognoscit. — 12213. **Modhmerát**, loci obscuri i. e. liber *Jámi' el-modhmerát*, de quo in litera *Jím* dictum est. — *Khiláset el-modhmerát* liber est, unde discipulus *Ibráhím Sháh* hausit. — 12214. **El-Madhnún bihi ala gheir ahlihi**, id quod cum iis, qui rei non capaces sunt, non communicandum est. *Ibn-elsobki* in suis *Tabacát* haec habet: Narrat *Ibn-elsaláh*, hunc librum *Abu Hámid*o *Ghazáli* tribui. At, dicit *Sobki*, prohibeat Deus, quin ei tribuendus sit, et caussam explicat, cur ficticius sit et falso *Ghazáli*o tribuatur. — Res ita se habet, ut dicit. — Liber enim dogma de aeternitate mundi diserte continet, et essentiam aeternam scientiam rerum particularium et qualitates habere negat, et qui unam harum opinionum hereticarum singularum pronunciat, eum *Ghazáli* et Sunnae asseclae omnes impietatis accusant. Quomodo igitur quis cogitare posset, eum illas pronunciasse? — Haec ille. — Liber ita incipit: Laus Deo pro caussa, quae nos ad ejus laudem ducit, etc. Responsa haec sunt ad quaestiones, quae *Ghazáli*o proponebantur. Quaestio nona sectiones multas continet. Dicit idem *Sobki:* Liber quatuor fulcimenta continet, quorum primum de cognitione divinitatis summae agit, secundum de cognitione angelorum, tertium de vera natura miraculorum supernaturalium, quartum de cognitione rerum, quae post mortem sunt. In libro *Minháj el-ábidín*, de quo infra mentio facta est, argumentum quod huc spectat tractatur. *Abu Bekr*

محمد بن عبد الله المالقى كتابا فى ردّه وتوفى سنة ٧٥٠ ورأيت مختصرا فى الاكسير سماه المضنون به على العامّة وهو على جزئين الجزء الاول يسمى رسالة الفوز والجزء الثانى رسالة التقريب فى معرفة سرّ التركيب ١٢٢١٥ مطارح الافكار فى شرح ايساغوجى مرّ ١٢٢١٦ مطارحات فى المنطق [والحكمة] لابى الفتوح شهاب الدين يحيى بن حبش السهروردى الحكيم المقتول فى سنة ٥٨٧ ١٢٢١٧ مطارحات لابى عبد الله حسين بن محمد القطان الشافعى المتوفى سنة وصنّفها للامتحان تطارح به الفقهآء عند اجتماعهم اى يمتحن بعضهم بعضا لدقّته كما يمتحن بالالغاز ذكر انّ كتاب المشارع والمطارحات غرضه فى اربعة مشارع الاوّل فى معرفة امور تعمّ الاجسام قال فى المشارع وامّا الامر الذوقى الذى يصير الانسان مستحقّا لاسم الحكمة ويعظّمه فى الملكوت ويصيّره من المقرّبين فانه لا يمكن ذكره صريحا فعجائب طرق ذلك وما تيسّر لنا باعتبار امور غريبة اختصّت بنا فضلا من الله ما لم يسبق

---

*Mohammed Ben Abdallah Málacki*, anno 750 (inc. 22. Mart. 1349) mortuus, opus composuit ad librum illum refutandum. Et compendium vidi de lapide philosophorum, cui auctor eundem titulum „Ea quae cum vulgo non communicanda sunt" dedit. In duas partes hoc divisum est, quarum prior „Tractatus beatitudinis (*Risálet el-fauz*)", posterior „Tractatus intelligentiae accuratioris de cognitione arcani compositionis (*Risálet el-tecríb fi ma'rifet sirr el-terkíb*) inscripta est. — 12215. Motárih el-afkár, propositiones cogitationum. Commentarius in *Isághúji*, de quo in litera *Elif* dictum est. — 12216. Motárahát fi el-mantic, propositiones. Opus logicum [et philosophicum, auctore *Abu'lfotúh Shehâb-ed-dín Yahya Ben Habash Soharawerdi* Philosopho, anno 587 (inc. 29. Jan. 1191) interfecto. — 12217. Motárahát, propositiones. Composuit eas *Abu Abdallah Hosein Ben Mohammed El-Cattán* Shafiita, anno . . . mortuus, tentandi caussa. Jurisconsulti eas in conventibus suis sibi invicem proposuerunt i. e. alius alium propter earum subtilitatem tentavit, ut proponendis aenigmatis tentari solet. Commemorat auctor, libri *El-Meshári' we El-Motárahát* institutum quatuor aquationibus perfici, quarum prima de cognitione rerum agit, quae corporibus communes sunt. In ea parte libri, cui titulus *El-Meshári'* est, haec dicit: Res a sensu interno pendens, qui hominem dignum reddit, ut nomine philosophi ornetur, eique in mundo substantiarum intellectualium honorem magnum affert et admissionem ad propinquitatem Dei comparat, nullo modo diserte describi potest; itaque miraculosae illae viae, quibus mihi cognitionem sensuum internorum proximam comparavi, et cognitiones contemplatione rerum mirarum Dei benevolentia

فرقناه وضربنا عليه الامثال ورتّبنا عليه الالغاز فى حكمة الاشراق وهو كنز اخفيته لخواصّ اخوانى قربانا الى الله تعالى ١٢٢١٨ مطارحة لجمال الدين ابى محمد حسين بن بدر [بن اياز] النحوى المتوفى سنة ٦٨١ ١٢٢١٩ مطالب الالهيّة فى شرح موضوعات مولانا لطفى يأتى ١٢٢٢٠ مطالب السؤال فى مناقب الرسول صلعم ١٢٢٢١ مطالب العالية بالاجازة العامّة الاسيوطيّة لعلى بن احمد القرافى الانصارى اوله حمدا لمن ايّد هذا الدين بعصابة دينه الظاهرة الخ ذكر فيه ان القاضى عبد الرحمن افندى مجاز من الاسيوطى بالاجازة العامّة فذكر نبذا من اخباره ١٢٢٢٢ مطالب العالية رسالة فارسيّة فى مسائل الرؤية والكلام للمولى حسن چلبى بن محمد شاه الفنارى المتوفى سنة ٨٨٦ ١٢٢٢٣ مطالب العالية فى الكلام للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦ شرحه عبد الرحمن المعروف بجلبى زاده ١٢٢٢٤ مطالب العالية مختصر فى الكتب المنزلة لمصطفى بن محمد الشهير

---

mihi singulariter impertitarum a me impetratae prius nemini contigerunt, easque a ceteris separatas in Sapientia illuminationis parabolice et aenigmatice pertractavi. Thesaurus est, quem amicis meis intimis tanquam adjumentum ad gratiam Dei consequendam celavi. — 12218. Motárahat, propositio controversa, auctore *Jemál-ed-dín Abu Mohammed Hosein Ben Bedr* [*Ben Ajáz*] Grammatico, anno 681 (inc. 11. Apr. 1282) mortuo. — 12219. El-Metálib El-Alahíyet, quaestiones metaphysicae. Commentarius in librum *Maudhúát* a Molla nostro *Lutfallah* editus, de quo infra videatur. — 12220. Metálib el-sowál, objecta quaestionis. Panegyricus in legatum divinum. — 12221. El-Metálib El-Aliyet, objecta alta cum licentia legendi generali a *Soyúti* data, auctore *Ali Ben Ahmed El-Caráfi El-Ansári*. Incipit ita: Laudem ei, qui hanc religionem cohorte religionis suae victrice adjuvit etc. Narrat auctor, Cádhi *Abd-el-rahman Efendi* licentia generali sua alios docendi a *Soyúti* donatum esse. Praeterea nonnulla, quae *Soyúti*i vitam spectant, affert. — 12222. El-Metálib El-Aliyet, objecta alta. Tractatus persicus de quaestionibus conspectus et sermonis Dei, auctore Molla *Hasan Jelebi Ben Mohammed Sháh El-Fenári*, anno 886 (inc. 2. Mart. 1481) mortuo. — 12223. El-Metálib El-Aliyet, objecta alta, auctore Imám *Fakhr-ed-dín Mohammed Ben Omar El-Rázi*, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo. Opus metaphysicum, in quod *Abd-el-rahman*, vulgo *Jelebízádeh* dictus, commentarium composuit. — 12224. El-Metálib El-Aliyet, objecta alta. Compendium de libris coelitus revelatis, auctore *Mustafa Ben*

بخواجه‌کی زاده اوله الحمد لله الذی شرف عباده الخ الّفه فی جمادی الاولی سنة ۹۷۸ الّفه بادرنه ورتّب علی اربعة ابواب آ فی التوراة ۲ فی الانجیل ۳ فی الزبور ۴ فی الفرقان ثم ترجم بالترکیّة شرحه ۱۲۲۲۵ مطالب العالیة من روایة المسانید الثمانیة للشیخ ابی الفضل شهاب الدین بن حجر احمد بن علی العسقلانی المتوفی سنة ۸۵۲ ۱۲۲۲۶ مطالب العلیّة فی الادعیة الزهیّة مختصر للشیخ الامام عبد الرؤف المناوی المتوفی سنة [۱۰۳۱] اوله الحمد لله الذی جعل الدعاء منح العبادة الخ رتّبه علی سبع مطالب آ فیما ورد عن النبی صلعم فی فضل الدعاء ۲ فی ادعیة کان یدعو بها ۳ فی [حفظ] اذکار یحفظ قائلها من الآفات ۴ فی ادعیة مرویة عن بعض اساطین العارفین ۵ فیما یقال عند رؤیة الهلال ۶ فیما ورد فی فضل قضاء حوائج الناس ۷ فی الاحادیث القدسیّة وهی اربعون ۱۲۲۲۷ مطالب المؤمنین فی فقه الحنفی ۱۲۲۲۸ مطالع الاسرار لشرح مشارق الانوار مرّ ۱۲۲۲۹ مطالع الافکار ۱۲۲۳۰ مطالع

---

*Mohammed*, vulgo *Khojakizádeh* dicto. Hunc librum, qui ita incipit: Laus Deo, qui cultores suos nobilitavit etc., mense Jomádzi primo anni 978 (inc. 5. Jun. 1570) Adrianopoli composuit et in quatuor capita distribuit, quorum primum de Pentateucho, secundum de evangelio, tertium de psalmis, quartum de Corano verum a falso distinguente agit. Serius commentarium in eum editum turcice transtulit. — 12225. El-Metálib El-Aliyet, objecta alta de relatione corporum octo traditionariorum *Mesáníd* appellatorum, auctore Sheikh *Abu'lfadhl Shehâb-ed-dín Ben Hajr Ahmed Ben Ali Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. — 12226. El-Metálib El-Alíyet, objecta alta de precibus splendentibus, auctore Sheikh et Imám *Abd-el-rawuf El-Monáwi*, anno [1031 (inc. 6. Nov. 1622)] mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui precationem donum esse vult cultoribus suis oblatum etc., et in septem objecta dispositum est. Primum ea continet, quae de praestantia precationis a propheta tradita sunt — secundum preces, quas ipse faciebat — tertium invocationes [memoria tenendas], quae eum, qui iis utitur, a detrimentis tuentur — quartum preces a columinibus quibusdam inter vitae spiritalis asseclas profectas — quintum preces, quae, quando luna nova conspicitur, funduntur — sextum ea, quae de merito hominum in iis perficiendis conspicuo revelata sunt, quae illis facto opus esset — septimum traditiones sanctas quadraginta numero. — 12227. Metálib el-muminín, objecta fidelium de jure Hanefitico. — 12228. Metáli' el-asrár, ortus arcanorum. Commentarius in *Mesháric el-anwár*, de quo supra videndum est. — 12229. Metáli' el-afkár, ortus cogitationum. — 12230. Metáli' el-antzár, ortus speculationum.

الانظار فى شرح طوالع الانوار مرّ ١٢٢٣١ مطالع انوار التنزيل ومفاتح اسرار التأويل لعبد الرزاق بن رزق الله بن ابى بكر خلف بن ابى الهيجاء الحنبلى الرسعنى المتوفى سنة ٦٦١ وهو تفسير كبير حسن انتقاه السيوطى كتب فى آخره اجازة سماع فى مجالس آخرها ثانى ذى القعدة سنة تسع وخمسين وستمائة بدار الحديث المهاجرية بالموصل وساق نسبه هكذا

١٢٢٣٢ مطالع الانوار على صحاح الآثار فى فتح ما استغلق من كتاب الموطّأ ومسلم والبخارى وايضاح مبهم لغاتها الخ فى غريب الحديث لابن قرقول ابراهيم بن يوسف المتوفى سنة ٥٦٩ وصنّفه على منوال مشارق الانوار للقاضى عياض نظمه شمس الدين محمد بن محمد الموصلى المتوفى سنة ٧٧٤ اوله الحمد لله مظهر دينه على كلّ دين الخ ممّن شرح واوضح وبيّن واتقن وضبط وقيّد الفقيه ابو الفضل عياض بن موسى بن عياض السبتى فى كتابه المسمّى بمشارق الانوار فاختصره واستدرك عليه واصلح فيه اوهامَ الفقيهِ ابو اسحق ابن قرقول

---

Commentarius in *Tawáli' el-anwár*, de quo supra dictum est. — 12231. Metáli' anwár el-tenzíl, ortus luminum revelationis et claves arcanorum interpretationis allegoricae, auctore *Abd-el-rezzác Ben Rizc-allah Ben Abi Bekr Khalaf Ben Abi'lhijá El-Ras'a'ni* Hanbalita, anno 661 (inc. 15. Nov. 1262) mortuo. Commentarius in Coranum magnus et probatus, cujus potiorem partem *Soyúti* selectam edidit. Ad finem libri *Rizc-allah* diploma licentiae posuit, quo auditores scholis academicis adfuisse testatum est, quarum ultima in collegio doctrinae traditionariae Mohájiríye in urbe Mosul die secundo mensis Dzu'lca'det anni 659 (inc. 6. Dec. 1260) habebatur, et stemma suum isthoc modo deduxit. — 12232. Metáli' el-anwár, ortus luminum super traditiones probatas ad ea aperienda, quae in libris *Mowatta*, *Moslimi* et *Bokhárii* intellectu difficilia leguntur, et ad dictiones in iis tectas et suspensas explicandas etc. *Ibráhím Ben Yusuf*, vulgo *Ibn Corcúl* dictus et anno 569 (inc. 12. Aug. 1173) mortuus, hunc librum, qui de verbis traditionum rarioribus agit, ad methodum libri *Mesháric el-anwár* a Cádhi *Iyádh* editi composuit. *Shems-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Mausili*, anno 774 (inc. 3. Jul. 1372) mortuus, eum versibus reddidit, et ita orsus est: Laus Deo, qui suam religionem omnibus religionibus superiorem reddidit etc. — Unus eorum, qui hoc argumentum commentatus est, enodavit, exposuit, bene et solide tractavit, orthographice correxit et definivit, fuit Jurisconsultus *Abu'lfadhl Jyádh Ben Musa Ben Jyádh Sebti* in libro suo *Mesháric el-anwár* inscripto; hunc librum in breve contraxit, supplementis omissis auxit et errores ab Jurisconsulto in eo admissos correxit et emendavit *Abu Is'hac Ibn Corcúl.* —

١٢٢٣٣ مطالع الانوار فى المنطق [والحكمة] للقاضى سراج الدين محمود بن ابى بكر الارموى المتوفى سنة ٦٨٢ وهو كتاب اعتنى بشأنه الفضلاء ويهتمّون ببحثه ودرسه ويستكشفون عن مظانّ درسه اوله اللهم انا نحمدك ولحمد من آلائك الخ رتّب على طرفين الاول فى المنطق الثانى اربعة اقسام آ فى الامور العامّة ب فى الجواهر ج فى الاعراض د فى العلم الآلهى خاصّة فشرحه قطب الدين محمد بن محمد الرازى التحتانى لغياث الدين الوزير فصار عظيم القدر كثير النفع توفى سنة ٧٦٦ اوله الحمد لله فيّاض ذوارف العوارف الخ وسمّاه لوامع الاسرار وعليه حاشية لمولانا ابيوردى واخرى لمولانا داود الشروانى واخرى لمولانا عبد الرحيم الشروانى وكتب السيد الشريف على بن محمد الجرجانى حاشية على ذلك الشرح حين قرأ على مبارك شاه المنطقى المتوفى سنة ٨١٦ وعليه حاشية لحاجى پاشا اوله تيمّنا بالاسماء الحسنى الخ ذكر فيه انّه التمس منه جماعة من اخوانه فكتب ذكر فيه انّه شرح الشرح اى شرح القطب وفسّر

---

12233. Metáli' el-anwár fi el-mantic, ortus luminum de logica [et philosophia], auctore Cádhi *Siráj-ed-dín Mahmúd Ben Abi Bekr El-Ormewi*, anno 682 (inc. 1. Apr. 1283) mortuo. Hic liber, in quo legendo viri bene meriti curam posuerunt, cui examinando et in scholis tractando operam dederunt, et cujus caussa loca detegere student, ubi scholas de eo haberi sperare possunt, ita incipit: O Deus, nos Te laudamus, et laus a Tuis beneficiis (proficiscitur) etc., et in duos terminos dispositus est, quorum primus de logica agit, et secundus quatuor partes continet — 1. de rebus generalibus — 2. de substantiis — 3. de accidentibus — 4. de metaphysica peculiariter. — *Cotb-ed-dín Mohammed Ben Mohammed El-Rázi El-Tehtáni*, anno 766 (inc. 28. Sept. 1364) mortuus, Weziro *Ghiyáth-ed-dín* commentarium in eum composuit, qui magno pretio est et multas adnotationes utiles continet. Incipit ita: Laus Deo largitori fluminum beneficiorum etc., et titulum *Lewámi' el-asrár* prae se fert. — Ad eum glossas composuerunt Molla noster *Abiwerdi* — Molla noster *Dawud Sherwáni* — et Molla noster *Abd-el-rehím Sherwáni.* Praeterea Seyyid Sherif *Ali Ben Mohammed Jorjáni*, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus, glossas ad hunc commentarium conscripsit, cum praeside *Mobárek Sháh* Logico eum legeret. Glossae, quas *Háji Pásha* ad eum edidit, ita incipiunt: Bonum omen ex nominibus Dei pulchris capiens etc. Narrat ibi, multos amicos a se flagitasse, ut glossas componeret. Scripsit igitur, et dicit, se commentarium in commentarium, *Cotb-ed-dín*i scilicet, scripsisse; ibi locos, quibus ille dubius inhaesit, interpretatus

فيه مواضع لبسه ووجّه كلامه واوضح مراده ورفع ما اعترضوا عليه وردّ ما شكّوا فيه وجمع ما تفرّق وزيّنه بالحواشى التى كتبها الشارح الفاضل عليه والتقريرات المسموعة منه فى اثناء درسه وفرغ عن تحريره فى جمادى الاولى سنة ٧٨٤ وهو حاشية تامّة من اوله الى آخر الكتاب وصنف تلك الحواشى قبل تحشية السيد الشريف حتى انه ردّ عليه فى بعض المواضع مع انه شهد له بالفضيلة التامّة ومن الحواشى على حاشية السيد ايضا حاشية مير مرتضى الشيرازى المتوفى سنة ١٠١٦ وميرزاجان [حبيب الله] الشيرازى المتوفى سنة ٩٩٤ واحمد بن سليمان ابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٤٠ ومولانا لطفى المقتول فى سنة ٩٠٠ اورد فيها فوائد وتحقيقات خلت عنها كتب الاقدمين ومن طالعها يعرف قدر فضل مصنّفها وحسين الاردبيلى وسيف الدين احمد بن محمد حفيد التفتازانى المتوفى سنة ٨٤٢ ورخانى المتوفى سنة وعلاء الدين على الطوسى المتوفى سنة ٨٨٧ وله شرح مطبوع فارسى للمطالع مشتمل على تدقيقات الّفه بامر السلطان محمد خان ذكره سعد الدين فى ترجمة مرآة الادوار وشجاع الدين الياس الرومى المتوفى سنة ٩٢٩

---

est, orationem ejus variis modis explicuit, quod ille propositum habuit, explanavit, quae ei objecerant, repulit, quae addubitaverant, refutavit, dispersa collegit et glossis, quas commentarii auctor meritissimus ad commentarium scripserat, et declarationibus ex ejus ore medio in scholarum decursu, in quibus librum tractabant, auditis ornavit, et libri descriptionem elimatam mense Jomádzi I anni 784 (inc. 17. Mart. 1382) absolvit. Hae glossae totum commentarium ab initio ad finem complectuntur easque composuit, antequam *El-Seyyid El-Sherif* suas ediderat, ita ut hic illum nonnullis locis refutaret; nihilominus tamen ei praestantiam omnibus numeris absolutam attribuit. Inter glossatores, qui glossas novas ad glossas *Seyyid*i ediderunt, numerantur *Mír Murtedhá Shirázi*, anno 1016 (inc. 18. Apr. 1607) mortuus — *Mirzáján* [*Habíballah*] *Shirázi*, anno 994 (inc. 3. Dec. 1585) mortuus — *Ahmed Ben Soleimán Ibn Kemál-púsha*, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus — Molla noster *Lutfallah*, anno 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuus, qui adnotationes utiles et disquisitiones subtiles attulit, quae in scriptis praecedentium frustra quaeruntur, et qui eas accurate legerit, praestantiam eruditionis auctoris cognoscet — *Hosein Erdebíli* — *Seif-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Teftázáni*i nepos, anno 842 (inc. 24. Jun. 1438) mortuus — *Rakhání*, anno . . . mortuus — *Alá-ed-dín Ali Tusi*, anno 887 (inc. 20. Febr. 1482) mortuus, qui commentarium persicum ex ingenio innato profectum in *Metáli'* jussu Sultani *Mohammed Khán* composuit, qui subtilitates acutas continet, ut *Sa'd-ed-dín* in translatione libri *Mir'at el-adwár* narrat — *Shojá'-ed-dín Ilyás Rumi*, anno 929

وسيدى على العجمى المتوفى سنة ٨٦٠ وعلى الشرح حاشية للقاضى شمس الدين محمد بن احمد البساطى المتوفى سنة ٨٤٢ وعلى تصديقاته وتصوّراته على شرح القطب لحاجى پاشا ردّه السيد الشريف فى حاشية على بعض المواضع منها ثم شرح شمس الدين ابو الثناء محمود ابن عبد الرحمن الاصفهانى المتوفى سنة ٧٤٩ وعلى ذلك الشرح حاشية للمولى محمد شاه بن يوسف الفنارى والمولى قره داود بن كمال القوجوى المتوفى سنة ٩٤٨ وعليه حاشية كتبها علاء الدين على بن محمد الشهير بمصنفك المتوفى سنة ٨٧٥ وعزّ الدين ابن الجماعة محمد بن احمد المتوفى سنة ٨١٦ وشرحه بدر الدين محمد بن اسعد اليمنى المشهور ببدر الدين التسترى وسمّاه بحلّ عقد مطالع الانوار اوله الحمد لله الذى تمّ جوده وقدم وجوده صنّفه فى شهور سنة ٧٠٧ بتبريز ذكر فى آخره على شاه الوزير ومن شروحه تنوير المطالع يقال اقول مجلّد اوله الحمد لله الذى خصّص نوع الانسان بالهداية الخ وعلى حاشية الكبرى حاشية

---

(inc. 20. Nov. 1522) mortuus — et *Seyyidi Ali El-Ajemi*, anno 860 (inc. 11. Dec. 1455) mortuus. — Ad commentarium Cádhi *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Bisáti*, anno 842 (inc. 24. Jun. 1438) mortuus, glossas scripsit, itemque ad varios comprobationis modos et ad varios imaginationis modos in libro propositos . . . (et) ad commentarium *Cotb-ed-dín*i *Háji Pásha*, quem *El-Seyyid El-Sherif* in glossis ad nonnullos earum locos refutavit. — Deinde commentarium in *Metáli'* edidit *Shems-ed-dín Abu'lthená Mahmúd Ben Abd-el-rahman Isfaháni*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuus, et ad hunc commentarium glossas Molla *Mohammed Sháh Ben Yusuf Fenári*, itemque Molla *Carah Dawud Ben Kemál Cujewi*, anno 948 (inc. 27. Apr. 1541) mortuus — *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed*, vulgo *Mosannifek* dictus et anno 875 (inc. 30. Jun. 1470) mortuus — *Izz-ed-dín Mohammed Ben Ahmed*, vulgo *Ibn-eljemáa* dictus et anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus. — Porro *Bedr-ed-dín Mohammed Ben As'ad Yemeni*, vulgo *Bedr-ed-dín Tusteri* dictus, commentarium composuit *Hall icd Metáli' el-anwár* inscriptum, qui ita incipit: Laus Deo, cujus benignitas perfecta et cujus existentia aeterna est etc. Composuit eum mensibus anni 707 (inc. 3. Jul. 1307) in urbe Tebriz et in fine Wezirum *Ali Sháh* commemorat. — Alius commentarius volumine comprehensus, in quo auctoris verba a verbis interpretis vocibus „dicit“ et „dico“ distinguuntur, *Tenwír El-Metáli'* inscriptus est et ita incipit: Laus Deo, qui genus humanum recta via ad religionem peculiariter ornavit

للمولى عبد الكريم توفى فى حدود سنة ٩٠٠ وعلى القطب حاشية للشيخ محيى الدين محمد ابن شهاب الدين الشروانى المتوفى سنة ٨٩٢ ورسالة الفياض لقاضى زاده الرومى ولشرف الدين حسنشاه على المطالع ١٢٢٣٤ مطالع الانوار فى المواعظ والحكم مرتب على نيف ومائة باب جمعه من مائة كتاب حتى من اصلاح وايضاح ١٢٢٣٥ مطالع الانوار النبوية فى صفات خير البرية ليحيى بن عبد الله الواسطى الشافعى المتوفى سنة ٧٣٧ ١٢٢٣٦ مطالع البدور فى شرح صدر الشذور للشيخ الامام ايدمر بن على الجلدكى من رجال القرن الثامن بمصر ١٢٢٣٧ مطالع البدور فى منازل السرور للشيخ الاديب علاء الدين على بن عبد الله البهائى الغزولى الدمشقى المتوفى سنة ٨١٥ اوله الحمد لله الذى جعل قلوب البلغاء افلاكا لمطالع البدور الخ وهى مجموعة لفريق اهل الادب ورتبه على خمسين بابا كلها متعلقة بتحسين المجالس والمنازل وآلاتها واسبابها وما قيل فيها من البليغ ١٢٢٣٨ مطالع الدقائق فى الجوامع والفوارق

etc. Ad glossas majores (*Háji Páshae*) Molla *Abd-el-kerim*, circa annum 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuus, novas glossas edidit, et ad commentarium *Cotb-ed-dín*i glossas Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Shehâb-ed-dín Sherwáni*, anno 892 (inc. 28. Dec. 1486) mortuus, porro tractatum *Risálet El-Feyyádh* inscriptum *Cádhizádeh El-Rumi*, et *Sheref-ed-dín Hasanshâh* ad *Metáli' el-anwár*. — 12234. Metáli' el-anwár, ortus luminum. Opus paraeneticum apophthegmatis plenum et in amplius centum capita distributum, quod auctor e centum scriptis et adeo ex *Islâh we Idhâh*, congessit. — 12235. Metáli' el-anwár el-nebewíyet, ortus luminum propheticorum de attributis optimi hominum creatorum, auctore *Yahya Ben Abdallah Wásiti* Shafiita, anno 737 (inc. 10. Aug. 1336) mortuo. — 12236. Metáli' el-bodúr, ortus lunarum plenarum. Commentarius in versus, qui initio libri *Shodzúr el-dzeheb* leguntur. Scripsit Sheikh et Imám *Eidemir Ben Ali Jildeki*, qui in Aegypto seculo octavo floruit. — 12237. Metáli' el-bodúr fi menázil el-sorúr, ortus lunarum plenarum de stationibus laetitiae, auctore Sheikh philologo *Alá-ed-dín Ali Ben Abdallah El-Beháyi El-Ghozúli El-Dimeshcki*, anno 815 (inc. 13. Apr. 1412) mortuo. Liber ita incipit: Laus Deo, qui corda eloquentium sphaeras esse voluit ortibus lunarum plenarum etc., et dicta dispersa virorum studiis humanitatis distinctorum collecta habet. Dispositus est in quinquaginta capita, quae omnia exornationem locorum, ubi societatis caussa conveniunt et habitant, supellectilia et res necessarias spectant et ea continent, quae de illis pulchre et graviter dicta sunt. — 12238. Metáli' el-decáïc, ortus subtilitatum de quaestionibus juris

في الفقه للشيخ جمال الدين عبد الرحيم بن الاسنوي الشافعي مختصر اوله الحمد لله العليم بغوارق الشبهات الخ ١٢٢٣٩ مطالع السعيدة في شرح الفريدة مرّ ١٢٢٤٠ مطالع العلوم في علوم الاوائل والحساب لابي سعيد عمر بن ابي الوفا البوزجاني ستمائة ورقة ١٢٢٤١ مطالع الكشف لمطالع الكهف للشيخ عمر بن يونس بن عمر النحيفي المتوفى سنة اختصره من كتاب اغاثة اللهف ١٢٢٤٢ مطالع المشرقة في الوقف على طبقة بعد طبقة للشيخ تقي الدين السبكي ١٢٢٤٣ مطالع النجوم فلينقل من مطلع النجوم ١٢٢٤٤ مطالع النور السني المنبئ عن طهارة نسب النبي العربي وهو مختصر على ثمان مطالع اوله الحمد لله الذي اراد ان يفتق الرتق المختص بحضرة العماء والاسماء الخ للشيخ عبدي افندي شارح الفصوص ١ في انبعاث الروح المحمدي ٢ في ثبوت اسلام ابويه ٣ في الآيات الدالة على بقاء ملة ابراهيم ٤ في الاحاديث التي دلت على طهارة نسبه ٥ في احياء ابويه ٦ في الرد على

---

conjunctis et separatis, auctore Sheikh *Jemál-ed-dín Abd-el-rehím Ben-elesnewi* Shafiita. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui quaestiones dispersas de argumentis dubiis cognoscit etc. — 12239. El-Metáli' El-Saídet, ortus fortunati. Commentarius in carmen *Ferídet*, de quo supra dictum est. — 12240. Metáli' el-olúm, ortus doctrinarum de doctrinis originum rerum et arithmeticae, auctore *Abu Saíd Omar Ben Abi'lwefá Buzjáni.* Sexcenta folia. — 12241. Metáli' el-kashf li motáli' el-kahf, ortus explicationis in favorem ejus, qui speluncam septem dormitorum attente observat, auctore Sheikh *Omar Ben Yunos Ben Omar El-Nahífi*, anno . . . mortuo. Epitome ex libro *Ighâthet el-lahf* facta. — 12242. El-Metáli' El-Moshricat, ortus splendentes de classibus singulis deinceps examinandis, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Sobki.* — 12243. Metáli' el-nojúm, ortus astrorum. Cetera ex libro *Matla' el-nojúm* petantur. — 12244. Metáli' el-núr el-seni, ortus luminis pretiosi nuntium afferentis de munditie genealogiae prophetae arabici, auctore Sheikh *Abdi Efendi* libri *Fosús* interprete. Compendium in octo ortus distributum, quod ita incipit: Laus Deo, qui conjunctionem gradui unitatis absolutae et nominum propriam disjungere voluit etc. Primus ortus de missione spiritus *Mohammedis* agit — secundus de confirmatione, qua parentes ejus fidem islamicam amplexos esse probatur — tertius de versibus coranicis, qui perpetuitatem religionis Abrahami probant — quartus de traditionibus, quae puritatem genealogiae ejus probant — quintus de parentibus ejus in vitam revocandis — sextus

من استدلّ بحديث مسلم على انّهما فى النار ٧ فى الفترة ٨ فيمن بقى على دين ابراهيم وفى عدم التعذيب لمن مات فى الفترة ١٢٢٤٥ مطامح الافهام فى شرح الاحكام للقاضى عياض ابن موسى اليحصبى المتوفى سنة [٥٤٤] ١٢٢٤٦ مطرب السمع فى شرح حديث امّ زرع لتاج الدين عبد الباقى بن عبد المجيد المكى المتوفى سنة ٧٤٣ ١٢٢٤٧ مطرب من اشعار اهل المغرب لابى الخطاب ابن دحية ١٢٢٤٨ مطلاب القصير فى قصّة ابى عمير لابن طولون الشافعى المتوفى سنة اوله الحمد لله الذى اكمل لقاء الدين الخ ١٢٢٤٩ مطلب الاديب لابى بكر بن على الحسنى السيوطى ١٢٢٥٠ مطلب الاسنى فى امامة الاعمى لشهاب الدين محمد بن احمد القاضى ابن الخويّى الشافعى المتوفى سنة ٦٩٣ ١٢٢٥١ مطلب الاسنى فى علم الحروف والاسماء ١٢٢٥٢ مطلب فى شرح الوسيط ياتى ١٢٢٥٣ مطلب فى العمل بالربع المجيب للشيخ الامام بدر الدين ابى القاسم محمد بن محمد بن احمد بن

---

de iis refutandis, qui ex traditione *Moslimi* argumentantur, ejus parentes in igne versari — septimus de temporis spatio Christum inter et *Mohammedem* — octavus de iis, qui religionem Abrahami firmiter tenent, et de punitione, qua ii, qui illo spatio mortui sunt, non afficiuntur. — 12245. Metámih el-afhám, loca, ad quae intelligentiae se efferunt. Commentarius in *El-Ahkám*, auctore Cádhi *Iyádh Ben Musa Yahsebi*, anno 544 [(inc. 11. Mai. 1149)] mortuo. — 12246. Motrib el-sam'i', citharoedus auditum exhilarans. Commentarius in traditionem *Omm Zar'i'*, auctore *Táj-ed-dín Abd-el-bácki Ben Abd-el-mejíd Mekki*, anno 743 (inc. 6. Jun. 1342) mortuo. — 12247. El-Motrib min ash'ár ahl el-maghrib, liber e carminibus poetarum occidentalium locos exhilarantes continens, auctore *Abu'lkhattáb Ibn Dihya*. — 12248. Mitláb el-casír, instrumentum scientiae acquirendae in usum hebetis ad intelligendum de historia *Abu Amíri*, auctore *Ibn Túlún* Shafiita, anno . . . mortuo. Incipit ita: Laus Deo, qui formam religionis perfectam reddidit etc. — 12249. Matlab el-adíb, disquisitionis objectum ingenuis artibus instructi, auctore *Abu Bekr Ben Ali Hasani Soyúti*. — 12250. El-Matlab El-Asna fi imámet el-a'ma, objectum altissimum de Imamatu coeci, auctore *Sheháb-ed-dín Mohammed Ben Ahmed* El-Cádhi *Ibn-elkhowayyi* Shafiita, anno 693 (inc. 2. Dec. 1293) mortuo. — 12251. El-Matlab El-Asna, objectum altissimum de doctrina qualitatum literis et nominibus propriarum. — 12252. El-Matlab fi sharh El-Wesít, objectum. Commentarius in *El-Wesít*, de quo infra dicetur. — 12253. El-Matlab fi el-amal bi'lrob'i' el-mojeyyeb, objectum de operatione cum quadrante *El-Mojeyyeb* dicto, auctore Sheikh et Imám *Bedr-ed-dín Abu'lcásim Mohammed Ben*

محمد المعروف بابن بنت المارديني الموقت بالجامع الازهري فرغ من تأليفه سنة ٩٤٤ اوله الحمد لله الذي تقدّس في جمال صفاته الخ رتّبه على مقدّمة ومائة وخمسين بابا وخاتمة ثم اختصره وسمّاه الطراز المذهب ذكر فيه انّه رأى في تبويبها وتراجمها ما يستغنى عنه وفي عبارتها ما يمكن اختصاره مع الايضاح لانه عملها وهو ابن ستّ عشرة سنة قبل الاشتغال بباقي العلوم الشرعيّة ١٢٢٥٤ مطلب الناسك في علم المناسك للشيخ الامام شهاب الدين فضل الله بن حسن التورپشتي الحنفي رتّبه على اربعين بابا وسلك فيه مسلك الحديث لا الفقه توفي سنة ٦٦١ ١٢٢٥٥ [مطلع الاعتقاد في الكلام لمحمد بن سليمان المعروف بفضولي البغدادي الشاعر تكلّم فيه ما اراده على وفق مذهب الحكماء والاماميّة توفي في حدود سنة ٩٧٠] ١٢٢٥٦ مطلع الانوار فارسي منظوم من خمسة خسرو الدهلوي المتوفى سنة ٧٢٥ وهو على عشرين مقالة في كلّ منها حكاية واحدة اوله

---

*Mohammed Ben Ahmed Ben Mohammed* ad cathedralem Azheri astronomo horas precationis indicante, vulgo *Ibn bint El-Máridíni* (i. e. filius filiae *Máridíni*) dicto. Compositionem libri, qui ita incipit: Laus Deo, qui in majestate attributorum suorum sanctus est etc., anno 944 (inc. 10. Jun. 1537) absolvit, eumque in praefationem, centum et quinquaginta capita et conclusionem disposuit. Postea eum in epitomen contraxit *El-Tiráz El-Modzehheb* inscriptam. Narrat ibi, se in capitum dispositione archetypi inscriptionibusque eorum plura vidisse, quibus studiosus facile careat, et in dictione verbositatem, quae salva perspicuitate in breve contrahi possit. Scripserat enim archetypum sedecim annos natus, antequam ceteris legis doctrinis operam navasset. — 12254. Matlab el-násik, objectum devoti de doctrina ceremoniarum in sacra peregrinatione observandarum, auctore Sheikh et Imám *Shehâb-ed-dín Fadhlallah Ben Hasan Turapushti* Hanefita, anno 661 (inc. 15. Nov. 1262) mortuo. Librum in quadraginta capita disposuit, et ibi methodum traditionariorum, non jurisconsultorum secutus est. — 12255. [Matla' el-i'ticád, ortus confessionis fidei, auctore *Mohammed Ben Soleimán Baghdádi* Poeta, vulgo *Fodhúli* dicto et circa annum 970 (inc. 31. Aug. 1562) mortuo. Opus metaphysicum, in quo disciplinae philosophorum et sectae *Imámíyet* convenienter libere prolocutus est, quae in mentem venerant]. — 12256. Matla' el-anwár, ortus luminum. Poema persicum, quod ad Pentada *Khosrewi Dehlewi*, anno 725 (inc. 18. Dec. 1324) mortui, pertinet. Viginti libri, qui singuli historiam unam continent. Incipit carmen ita:

بسم الله الرحمن الرحيم

خطبه قدس است بملك قديم

١٢٢٥٧ مطلع البدرين فيمن يؤتى اجرين رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ اوله الحمد لله وكفى قال وبعد فقد وقع الكلام فيمن يؤتى اجره مرّتين فجمعت فى ذلك ما وردت به الاخبار ونظمتها فى ابيات ثم وقعت على عمدة اخرى فاردت جمعها فيه ١٢٢٥٨ مطلع بدور الفوآئد ومنبع جواهر الفرآئد على شرح العقآئد سبق

١٢٢٥٩ مطلع خصوص الكلم فى معانى فصوص الحكم للشيخ داود بن محمود القيصرى المتوفى سنة [٧٥١] وهو المعروف بمقدّمة شرح الفصوص لكنه كتاب مفرد فى تمهيد مقدّمات التصوّف اوله الحمد لله الذى عين الاعيان الخ ذكر فيه انّه لما صحبه الشيخ عبد الرزاق القاشانى فتح له ما كتب فيه ممّا يستفاد من كتب الشيخ جعله اثنى عشر فصلا ا فى الوجود ٢ فى الاسمآء والصفات ٣ فى الاعيان الثابتة ٤ فى الجوهر والعرض ٥ فى العوالم الكلّيّة

---

„Nomine Dei misericordis clementis"

Haec est oratio solemnis in regno aeterno.

12257. **Matla' el-bedrein**, ortus duarum lunarum de eo, qui duplicem mercedem accipit, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Tractatus ita incipit: Laus Deo et sufficit. Deinde vero, ait, cum aliquando de eo mentio fieret, qui suam mercedem bis accepisset, notitias, quae de hac re prolatae sunt, collegi et versibus inclusi. Tum in fontem alium certae auctoritatis incidi, et quae inveni, in hoc libro congerere volui. — 12258. **Matla' bodúr el-fewáid**, ortus lunarum institutionum utilium et fons margaritarum observationum pretiosarum. Glossae ad commentarium in *Acáid Nesefi*i, de quibus supra dictum est. — 12259. **Matla' khosús el-kilem**, ortus pretii peculiaris verborum de sententiis, quas liber *Fosús el-hikem* continet, auctore Sheikh *Dawud Ben Mahmúd Caisari*, anno [751 (inc. 11. Mart. 1350)] mortuo. Tractatus nomine Praefationis commentarii ad librum *El-Fosús* innotuit. Attamen liber singularis est et praecursor prolegomenorum ad doctrinam theosophicam, qui ita incipit: Laus Deo, qui essentia essentiarum est etc., et auctor narrat, cum Sheikh *Abd-el-rezzác Cáshání* in societate sua fuisset, se ei aperuisse, quae de hoc argumento ex praeceptis utilibus conscripsisset, quae ex scriptis Sheikhi *Ibn Arabi* petenda essent. Disposuit librum in duodecim sectiones — 1. de existentia — 2. de nominibus et attributis divinis — 3. de essentiis firme inhaerentibus — 4. de substantia et accidente — 5. de mundis

٦ في مراتب الكشف ٧ ان العالم هو صورة الحقيقة الانسانيّة ٨ في الخلافة المحمديّة ٩ في الروح ١٠ في عورة ومظاهر العلويّة والسفليّة ١١ في النبوة والرسالة والولاية ١٢٢٦٠ مطلع السعادة لبرهان الدين محمد بن محمد النسفي المتوفى سنة ٦٨٨ ١٢٢٦١ مطلع السعدين [ فارسي في مجلّدين ذكر] من وقائع اوائل سنة ٧٠٠ الى آخر سنة ٨٧٥ مع الاشتمال على حوادث الربع المسكون للشيخ كمال الدين عبد الرزاق بن جلال الدين اسحق السمرقندي المتوفى سنة ٨٨٧ ١٢٢٦٢ مطلع العزائم للشيخ احمد البوني استخرجها من السرّ المكتوم وذكر فيه خواصّ عجيبة وغريبة وتأثيرات مجرّبة جرّبها بنفسه اوله الحمد لله الذي احاط بكلّ شيء علمه الخ توفي سنة ١٢٢٦٣ مطلع الفوائد في الادب لابن نباتة محمد بن محمد الفارقي المتوفى سنة ٧٦٨ من النفائس ١٢٢٦٤ مطلع المثال في العقائد الاسلاميّة في شرح القصيدة اللاميّة المعروفة بيقول العبد مرّ في اللام ١٢٢٦٥ مطلع المعاني ومنبع المباني مجلّدات للشيخ الامام

---

generalibus — 6. de gradibus illuminationis internae — 7. mundum esse formam verae hominis naturae — 8. de khalifatu *Mohammed*is — 9. de spiritu — 10. de nudis et patentibus partibus corporum coelestium superiorum et inferiorum — 11. de prophetia, legatione divina et sanctitate. — 12260. **Matla' el-seádet**, ortus felicitatis, auctore *Borhán-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Nesefi*, anno 688 (inc. 25. Jan. 1289) mortuo. — 12261. **Matla' el-sa'dein**, ortus astrorum fortunae duorum, auctore Sheikh *Kemál-ed-dín Abd-el-rezzác Ben Jelál-ed-dín Is'hac Samarcandi*, anno 887 (inc. 20. Febr. 1482) mortuo. [Opus persicum duobus voluminibus comprehensum], in quo eventa ab initio anni 700 (inc. 16. Sept. 1300) usque ad finem anni 875 (inc. 30. Jun. 1470) narrantur. Simul ea continet, quae in quarta parte terrae habitatae acciderunt. — 12262. **Matla' el-azáim**, ortus incantamentorum, auctore Sheikh *Ahmed El-Búni*, anno . . . mortuo. Depromsit ea ex libro *El-Sirr El-Mektúm*, et miras rarasque vires proprias et effectus experientia probatos describit, quos ipse expertus est. Liber ita incipit: Laus Deo, qui res omnes scientia sua comprehendit etc. — 12263. **Matla' el-fewáid**, ortus institutionum utilium de studio artium liberalium, auctore *Mohammed Ben Mohammed Fáricki*, vulgo *Ibn Nebáta* dicto et anno 768 (inc. 7. Sept. 1366) mortuo. Numeratur in scriptis pretiosis. — 12264. **Matla' el-methál**, ortus exempli de articulis fidei islamicae. Commentarius in *Casída*m in *Lám* desinentem, quae titulo *Yacúl el-abd* inclaruit, et supra in litera *Lám* uberius descripta est. — 12265. **Matla' el-meáni we Menba' el-mebáni**, ortus sententiarum et scaturigo fundamentorum. Plura volumina, auctore Sheikh et

حسام الدين محمد بن عثمان بن محمد العليابادى السمرقندى المتوفى سنة وهو تفسير كبير بالقول اوله الحمد لله الذى انزل القرآن هدى وبيانا الخ افتتح فى املائه يوم الاربعاء لثلاث ليال خلون من رجب سنة ٦٢٨ ذكر فى ديباجته ما ذكر صاحب الكشاف من لزوم العلمين ١٢٢٦٦ مطلع النجوم فى شرف العلماء والعلوم للشيخ ابى الحسن على بن المهذب ابى المكارم عبد الكريم بن طرخان بن تقى الحموى ثم الصفدى المتوفى سنة رتب على خمسين بابا اوله الحمد لله الذى اكرمنا بتوحيده وشرفنا بتعظيمه الخ ١٢٢٦٧ مطلع النيرين فى الحديث ١٢٢٦٨ مطلوب الاطباء ١٢٢٦٩ مطلوب الخانى فى السفر السليمانى لرضى الدين محمد بن ابراهيم ابن الحنبلى الحلبى المتوفى فى حدود سنة [٩٧١] ١٢٢٧٠ مطلوب الفقهاء ومرغوب النبهاء فى مسائل خيار العيب من البيع للعالم الفقيه مصطفى بن ميرزا بن محمد السيروزى الحنفى وهو من علماء عصرنا جمعها من كتب شتى فى مجلد

---

Imám *Hosám-ed-dín Mohammed Ben Othmán Ben Mohammed Aliabádi Samarcandi*, anno . . . mortuo. Commentarius magnus in Coranum, qui sola textus verba exposita continet et ita incipit: Laus Deo, qui Coranum coelitus revelavit, ut via recta nos duceret et discrimen inter bona et mala demonstraret etc. Eum dictare incepit feria quarta, nocte scilicet tertia mensis Rejeb anni 628 (inc. 9. Nov. 1230). In praefatione ornata idem dicit quod auctor libri *Keshsháf* de cognitione interpreti necessaria doctrinae expositionis et sententiarum. — 12266. Matla' el-nojúm, ortus astrorum de nobilitate virorum doctorum et doctrinarum, auctore Sheikh *Abu'lhasan Ali Ben-el-mohadzdzeb Abu'lmekárim Abd-el-kerím Ben Tarkhán Ben Tacki* primum Hamatae, deinde urbis Safed inquilino et anno ... mortuo. Liber in quinquaginta capita dispositus est et ita incipit: Laus Deo, qui nos doctrina sua de uno Deo honoravit et nos eo nobilitavit, quod eum magnifice laudare possumus etc. — 12267. Matla' el-nirein, ortus luminum. Opus traditionarium. — 12268. Matlúb el-atibbá, objectum studii medicorum. — 12269. El-Matlúb El-Kháni, objectum studii principalis de libro Salomonis, auctore *Redhi-ed-dín Mohammed Ben Ibráhím Ibn-elhanbali Halebi*, circa annum [971 (inc. 21. Aug. 1563)] mortuo. — 12270. Matlúb el-focáhá we Marghúb el-nobahá, objectum studii jurisconsultorum et desiderium nobilium de quaestionibus commercii, quo mercem venalem vitiosam reddendi copia eligitur, auctore Jurisconsulto docto *Mustafa Ben Mirzá Ben Mohammed Sírúzi* Hanefita. Fuit ex viris doctis seculi nostri. Et volumen, quod ita incipit: Laus Deo, quem

اوله الحمد لله الذى لا يعترى لوحدانيّة ذاته شكّ ولا ريب الخ وفرغ فى جمادى الاولى سنة ١٠٥٣ ١٢٢٧١ مطلوب فى شرح المقصود يأتى ١٢٢٧٢ مطلوب القلوب فارسى لابى الفتح حسن بن على الحسين الشيرازى المتوفى سنة جعله على قسمين الاول فى الغزليّات والثانى فى الرباعيّات وجمع فى كلّ منهما مكاتيب المحبّ الى المحبوب عدّة خمسين ١٢٢٧٣ مطلوب كلّ طالب لامير المؤمنين على بن ابى طالب وهو احد الكتب الاربعة التى جمعها رشيد الدين الوطواط من كلام خلفآء الراشدين كما مرّ فى انس اللهفان ١٢٢٧٤ مطلوب المسلمين فى فروع الحنفيّة ١٢٢٧٥ مطمح الانفس ومسرح التأنّس فى ملح اهل الاندلس لابى نصر الفتح ابن عيسى بن خاقان القيسى الاشبيلى الوزير المتوفى سنة ٥٣٥ وهو ثلث نسخ كبير ووسط وصغير اول صغيره اما بعد حمد الله الذى اشعر لنا الهامًا الخ جعل ثلثة اقسام الاول فى الكتّاب والبلغآء والثانى فى العلمآء والقضاة والفقهآء والثالث فى الادبآء ١٢٢٧٦ المطنب المطرب

---

propter unitatem essentiae suae neque haesitatio neque dubitatio tenet etc., ex diversis scriptis collegit et mense Jomádzi I. anni 1053 (inc. 12. Mart. 1643) absolvit. — 12271. **El-Matlúb**, objectum studii. Commentarius in librum *Macsúd*, de quo infra dicetur. — 12272. **Matlúb el-colúb**, objectum desiderii cordium, auctore *Abu'lfat'h Hasan Ben Ali El-Hosein El-Shirázi*, anno . . . mortuo. Liber persicus in duas partes distributus, quarum prior carmina amatoria, posterior carmina quatuor hemistichiorum continet. Auctor in iis singulis epistolas amantis ad amatum numero quinquaginta collegit. — 12273. **Matlúb koll tálib**, objectum studii cuivis studioso necessarii, auctore *Ali Ben Abi Tálib* principe fidelium. Hic unus est quatuor librorum, quos *Reshíd-ed-dín Wetwát* ex dictis Khalifarum quatuor legitimorum collegit, ut supra in *Uns el-lahfán* dictum est. — 12274. **Matlúb el-moslimín**, objectum studii asseclarum fidei islamicae de partibus juris Hanefitici derivatis. — 12275. **Matmih el-anfos we Masrah el-teannos**, locus ad quem animi se efferunt et campus apertus familiaritatis de facetiis incolarum Andalusiae, auctore *Abu Nasr El-Fat'h Ben Isa Ben Khácán Caisi Ishbíli* Weziro, anno 535 (inc. 17. Aug. 1140) mortuo. Exstant tres recensiones, major, media et minor. Minor ita incipit: Praemissa laude Dei, qui inspirationem naturalem nobis cognoscendam impertivit etc. Auctor tres fecit partes, quarum prima de scribis et viris eloquentibus, secunda de viris doctis, judicibus et jurisconsultis, tertia de viris artium liberalium studiosis agit. — 12276. **El-Motnib El-Motrib**, liber verbosus ad

على وزن مثلث قطرب لزين الدين سريجا بن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ ١٢٢٧٧ مطوّل علم لشرح سعد الدين التفتازانى على تلخيص المفتاح كما مرّ ١٢٢٧٨ مطيّة الفرق لابى الحسن بكمش التركى المتوفى سنة ٦٢٦ ١٢٢٧٩ المظفرى فى التاريخ للقاضى شهاب الدين [ ابراهيم ] بن عبد الله الحموى المعروف بابن ابى الدم المتوفى سنة ٦٤٢ وهو كتاب يختصّ بالملّة الاسلاميّة فى ست مجلّدات ذكره المؤيد فى اول مختصره وهو من مآخذه وقال ابن خلّكان فى ترجمة يوسف بن تاشفين ان المظفرى للمظفر بالله ابى بكر محمد بن مسلمة التجيبى من ملوك الاندلس ولعلّه اثنان ١٢٢٨٠ مظهر الآثار فارسى من خمسة الامير هاشم الهروى لشاه جهانكير الهاشمى الكرمانى نظمها فى مقابلة المخزن توفى سنة اوله

بسم الله الرحمن الرحيم

فاتحهٔ آراى كلام قديم

١٢٢٨١ مظهر الآثار فى علم الاسرار فارسى مختصر لاحمد بن اسحاق المنقالى القيصرى وهو على

---

hilaritatem excitans ad mensuram carminis *Mothalleth* a *Cotrob* editi, auctore *Zein-ed-dín Soreija Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 12277. **El-Motawwel**, (commentarius) longior. Hoc nomine proprio significatur commentarius *Sa'd-ed-dín*i *Teftázáni* in *Telkhís El-Miftáh*, ut supra dictum est. — 12278. **Matíyet el-farc**, jumentum discessus, auctore *Abu'lhasan Bekmesh* Turca, anno 626 (inc. 30. Nov. 1228) mortuo. — 12279. **El-Motzafferi**, liber *Motzafferi*cus, auctore Cádhi *Shehâb-ed-dín* [*Ibráhím*] *Ben Abdallah Hamawi*, vulgo *Ibn Abi'ldemm* dicto et anno 642 (inc. 9. Jun. 1244) mortuo. Liber historicus copiosus, qui sex voluminibus peculiariter civitatem islamicam complectitur. *El-Melik El-Mowayyed* eum initio Compendii commemorat, et ille unus fontium est, unde hausit. *Ibn Khallikán* in biographia *Yusuf*i *Ben Táshfín* narrat, librum appellatum esse *Motzafferi*cum in honorem *Motzafferi billah Abu Bekr Mohammed Ben Maslama Nejíbi*, unius ex principibus Andalusiae, et fortasse duo exstant principes nominis *Motzaffer*. — 12280. **Matzhar el-athár**, theatrum monumentorum. Carmen persicum Pentadis, quam Emír *Háshim Herewi*, anno . . . mortuus, Sháho *Jihánghír Háshimi Kermáni* composuit. Condidit illud, ut carmini *Makhzan* responderet, et orsus est ita:

„Nomine Dei misericordis clementis“

Ornamentum est primi capitis verbi divini aeterni.

12281. **Matzhar el-athár fi ilm el-asrár**, theatrum monumentorum de doctrina arcanorum, auctore *Ahmed Ben Ishác Mincáli Caisari*. Compendium persicum in

مقدّمة ومقالتين ١٢٢٨٢ مظهر الحقائق فى فروع الحنفيّة ١٢٢٨٣ مظهر العجائب فارسى منظوم للشيخ عطّار ١٢٢٨٤ مظهر المواهب فى الفروع ١٢٢٨٥ معاتبة الجرى على معاتبة الرأى لابن مظفر محمد بن عبد الله المكى المتوفى سنة ٥٦٨

١٢٢٨٦ علم المعاد

١٢٢٨٧ علم المعادن

١٢٢٨٨ معادن الابريز فى تسعة عشر مجلّدا فى التأريخ لابى المظفر شمس الدين يوسف ابن قزاغلى سبط ابن الجوزى المتوفى سنة ٦٥٤ ويقال له معادن الذهب ١٢٢٨٩ معادن الجواهر للشيخ الامام شهاب الدين ابى العباس احمد الشهير بالرسام الحموى ١٢٢٩٠ معادن الجوهر لابى الحسن على بن حسين المسعودى المتوفى سنة ١٢٢٩١ معادن الذهب فى الاعيان الذين تشرّفت بهم حلب لابى الوفا ابن عمر العرضى الحلبى ١٢٢٩٢ معادن الذهب فى حلب لابن ابى طى يحيى بن حميدة الحلبى المتوفى سنة ٦٣٠ وهو تأريخ كبير وذيله له

---

praefationem et duos libros dispositum. — 12282. Matzhar el-hacáic, theatrum veritatum de partibus juris Hanefitici derivatis. — 12283. Matzhar el-ajáib, theatrum rerum mirabilium. Poema persicum a Sheikh *Attár* compositum. — 12284. Matzhar el-mewáhib, theatrum donorum de partibus juris derivatis. — 12285. Moátebet el-jeri, objurgatio audacis propter studium ad rationem collatum, auctore *Mohammed Ben Abdallah Mekki*, vulgo *Ibn Motzaffer* dicto et anno 568 (inc. 23. Aug. 1172) mortuo. —

12286. Ilm el-meád. Doctrina vitae futurae.

12287. Ilm el-meádin. Metallurgia.

12288. Meádin el-ibríz, fodinae auri purissimi. Opus historicum undeviginti voluminibus comprehensum, auctore *Abu'lmotzaffer Shems-ed-dín Yusuf Ben Chizughli Sibt Ibn-eljauzi*, anno 654 (inc. 30. Jan. 1256) mortuo. Idem liber titulum *Meádin el-dzeheb* prae se fert. — 12289. Meádin el-jewáhir, fodinae gemmarum, auctore Sheikh et Imám *Shehâb-ed-dín Abu'labbás Ahmed Hamawi*, vulgo *El-Ressám* dicto. — 12290. Meádin el-jauher, fodinae gemmae, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Hosein Mes'údi*, anno . . . mortuo. — 12291. Meádin el-dzeheb, fodinae auri de viris spectatissimis, quibus urbs Haleb nobilitata est, auctore *Abu'lwefá Ibn Omar El-Ordhi El-Halebi*. — 12292. Meádin el-dzeheb, fodinae auri de urbe Haleb, auctore *Yahya Ben Hamida Halebi*, vulgo *Ibn Abi Tay* dicto et anno 630 (inc. 18. Oct. 1232) mortuo. Historia magna, ad quam appendicem quoque

ايضا ١٢٢٩٣ معادن الذهب مجلّدات لابى المظفر يوسف بن قزاغلى سبط ابن الجوزى المتوفى سنة ٦٥٤ ١٢٢٩٤ المعارج للسهروردى ١٢٢٩٥ معارج النبوة فى مدارج الفتوة فى السير فارسى لمعين الحاج محمد الفراهى المعروف بمسكين المتوفى سنة جعله على مقدّمة واربعة اركان وخاتمة المقدّمة فى المحامد الالهيّة ١ فى ذكر نوره صلعم وكيفيّة انتقاله وفيه واقعات الانبياء آدم وشيث وادريس ونوح وهود وابراهيم واسمعيل عليهم السلام ٢ فى الوقائع من الولادة الى البعثة ٣ فى كيفيّة الوحى والوقائع الى الهجرة وفيه ذكر المعراج مفصّلا بحيث صار سببًا لتلك التسمية ٤ فى الوقائع من الهجرة الى الوفاة والخاتمة فى معجزاته صلعم وترجم المولى مصطفى بن خالد التوقيعى پاشا بانشاء بليغ حال كونه توقيعيًّا فى سنة ٩٦٤ وسمّاه دلائل النبوة المحمّدى وشمائل الفتوة الاحمدى ثم ترجمه الشيخ محمد بن محمد المعروف بآلتى پرمق وسمّاه بما ذكر توفى سنة ١٠٣٣ ١٢٢٩٦ معارج الوصول فى الهيئة فارسى

---

scripsit. — 12293. Meádin el-dzeheb, fodinae auri. Plura volumina, auctore *Abu'lmotzaffer Yusuf Ben Ckizughli Sibt Ibn-eljauzi*, anno 654 (inc. 30. Jan. 1256) mortuo. — 12294. El-Meárij, scalae, auctore *Soharawerdi*. — 12295. Meárij el-nobowwet, scalae prophetiae de tramitibus generosae animi submissionis. Opus biographicum persice a *Mo'ín-ed-dín El-Hájj Mohammed El-Ferúhi*, vulgo *Miskín* dicto et anno . . . mortuo, compositum. Distribuit illud in praefationem, quatuor fulcimenta et conclusionem. Praefatio agit de virtutibus laudabilibus a Deo datis — primum fulcimentum de descriptione luminis prophetici *Mohammed*is et ratione translationis hujus luminis ab *Adam*o usque ad *Mohammed*em. Ibi narrantur fata prophetarum *Adam*i, *Seth*i, *Idrís*i, *Noah*i, *Húd*i, *Ibráhím*i et *Ismaíl*is, quos omnes illud lumen propheticum lustravit — secundum de iis, quae a *Mohammed*e nato usque ad ejus missionem propheticam evenerunt — tertium de ratione inspirationis supernaturalis et iis, quae usque ad fugam *Mohammed*is evenerunt. Ibi etiam per singulas partes ascensus narratur *Mohammed*is per coeli contignationes quasi per gradus ad Deum, ita ut haec pars caussa fieret tituli libro praepositi — quartum de iis, quae ab Hijret usque ad mortem *Mohammed*is evenerunt — conclusio de ejus miraculis supernaturalibus. — Molla *Mustafa Ben Khálid El-Tauckiípásha*, cum anno 964 (inc. 4. Nov. 1556) munere secretarii diplomatum imperialium fungeretur, oratione eleganti et gravi librum transtulit, translationique titulum *Deláil el-nobowwet El-Mohammedi we Shemáil el-fotowwet El-Ahmedi* dedit. Praeterea eum Sheikh *Mohammed Ben Mohammed*, vulgo *Alti Permac* dictus et anno 1033 (inc. 15. Oct. 1623) mortuus, turcice transtulit et translationem eodem titulo insignivit. — 12296. Meárij el-wosúl. scalae

مختصر على فصول لعلى الحسينى ١٢٢٩٧ المعارف الدينيّة ١٢٢٩٨ المعارف العقليّة والحكم
الالهيّة مختصر لابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ اوله الحمد لله الذى
ابكم العقل عن تشتيت الاشارة الخ وهو على خمسة ابواب ١ فى المنطق ٢ فى الكلام ٣ فى
القول ٤ فى الكتابة ٥ فى الغرض ١٢٢٩٩ معارف فى التاريخ لابن قتيبة ابى محمد عبد الله
ابن مسلم الدينورى المتوفى سنة ٢٧٦ ١٢٣٠٠ معارف فى شرح الصحائف مرّ ذكره ١٢٣٠١
معارف فى . . . لابى الفتح ناصر بن محمد الحصنى المتوفى سنة ١٢٣٠٢ معارف القلوب بذكر
كشف الغيوب فى نهاية المطلوب لابى الغنائم سعيد بن سليمان الكوفى الحنفى المتوفى سنة
٦١٦ ١٢٣٠٣ معارف المتأخّرة فى التاريخ مختصر لمحمد بن عبد الملك الهمدانى المتوفى سنة
٥٢١ ذكره ابن خلكان ١٢٣٠٤ معارف نامه منظومة بالتركيّة فى احوال السلوك للشيخ العارف
على بن مخلص بابا المعروف بعاشق پاشا القرشهرى المتوفى بها سنة ٧٣٣ والّف كتابه هذا سنة ٧٣٠

---

perveniendi. Compendium astronomicum persice scriptum et in sectiones distributum, auctore *Ali El-Hoseini.* — 12297. El-Meárif El-Díníyet, cognitiones religiosae. — 12298. El-Meárif El-Aclíyet, cognitiones rationales et statuta metaphysica, auctore *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui rationem mutam reddidit, ita ut mysteria, quae tantummodo innuuntur, divulgare non possit etc., et in quinque capita dispositum est, quorum primum de logica, secundum de metaphysica, tertium de loquendo, quartum de scriptura, quintum de proposito agit. — 12299. El-Meárif fi el-taríkh, notitiae historicae, auctore *Abu Mohammed Abdallah Ben Moslim Dineweri*, vulgo *Ibn Coteiba* dicto et anno 276 (inc. 6. Mai. 889) mortuo. — 12300. El-Meárif fi sharh el-saháif, cognitiones. Commentarius in librum *Saháif*, de quo supra dictum est. — 12301. El-Meárif fi ..., cognitiones de ..., auctore *Abu'lfat'h Násir Ben Mohammed El-Hisni*, anno ... mortuo. — 12302. Meárif el-colúb, cognitiones cordium per detectionem arcanorum de fine summo objecti, quod quaerendum est, auctore *Abu'lghanáim Saïd Ben Soleimán El-Kufi* Hanefita, anno 616 (inc. 19. Mart. 1219) mortuo. — 12303. El-Meárif El-Moteakhkhiret, notitiae serioris aetatis. Compendium historicum, auctore *Mohammed Ben Abd-el-melik Hemdáni*, anno 521 (inc. 17. Jan. 1127) mortuo. Laudatur ab *Ibn Khallikán.* — 12304. Meárif-námeh, liber cognitionum. Carmen turcicum de affectionibus vitae spiritalis, auctore Sheikh vitae mysticae studioso *Ali Ben Mokhallis Bábá Carashehri*, vulgo *Ashic Pásha* dicto et anno 733 (inc. 22. Sept. 1332) mortuo. Obiit in urbe Carashehr, et scripsit hunc librum anno 730 (inc. 25.

١٢٣٠٥ معارك الفحول في شرح المقدمة البرهانية ١٢٣٠٦ معارك الكتائب في مباحث من العلوم والكتب المشهورة لحافظ الدين محمد بن عادل پاشا العجمي المتوفى سنة اوله اليه يصعد الكلم الطيب الخ مختصر على مقدمة ومعارك المقدمة في فهرس المباحث وتعيين المباحث ثم كتيبة الهداية وكتيبة الكشاف والقاضي والتلويح وشرح المختصر وشفاء الرئيس وشرح الاشارات والمحاكمات وشرح المواقف والمطول وحاشية التجريد وحاشية المطالع وشرح المفتاح والشرح الجديد ١٢٣٠٧ معاش السالكين للشيخ محمد النوربخشي ١٢٣٠٨ معاش المسلمين مع المعاهدين رسالة اولها لا اله الا هو عليه توكلت واليه متاب [مرتبة] على مقدمة وفصلين وخاتمة ١٢٣٠٩ المعافاة للشيخ شهاب الدين [احمد] بن شمس الدين ابن عمر الدولت آبادي الهندي ذكر في آخر ارشاده ١٢٣١٠ معالم الاسلام للشيخ الاسفرائني المتوفى سنة ١٢٣١١ معالم الاوقات ارجوزة في الاسطرلاب لمولانا عبد الواحد نظمها تعليما لمحمد شاه ابن استاده الفناري اوله

---

Oct. 1329). — 12305. **Meárik el-fohúl**, palaestrae virorum eruditione praestantium. Commentarius in *Mocaddemet Borhánîyet*. — 12306. **Meárik el-ketáib**, palaestrae cohortium de thesibus e doctrinis et libris celeberrimis petitis, auctore *Háfitz-ed-dín Mohammed Ben Adil Pásha Ajemi*, anno . . . mortuo. Compendium, quod ita incipit: Ad eum ascendit blanda oratio etc., et in praefationem et loca pugnae distributum est. Praefatio agit de indice thesium et earum definitione. Tum sequuntur cohortes librorum *Hidáyet*, *Keshsháf*, *Cádhîi*, *Telwíh*, deinde illae ex commentario in *El-Mokhtasar*, e *Shefá Reyísi*, e commentario in *El-Ishárát*, e *Mohákamát*, e commentario in *El-Mewáckif*, e *Motawwel*, e glossis ad *El-Tejríd*, e glossis ad *El-Metálí'*, e commentario in *El-Miftáh*, et e Commentario Novo (*El-Sharh El-Jedíd*). — 12307. **Meásh el-sálikín**, victus via spiritali ingredientium, auctore Sheikh *Mohammed Núrbakhshi*. — 12308. **Meásh el-moslimín maa' el-moáhidín**, commercium vitae Mohammedanorum cum paciscentibus. Tractatus, qui ita incipit: Non est Deus nisi ille, in quo fiduciam pono et ad quem conversio etc., et in praefationem, duas sectiones et conclusionem dispositus est. — 12309. **El-Moáfát**, restitutio sanitatis, auctore Sheikh *Shehâb-ed-dín* [*Ahmed*] *Ben Shems-ed-dín Ben Omar Dewletabádi El-Hindi*. Commemoratur in fine ejus libri *Irshád*. — 12310. **Meálim el-islám**, dogmata Islámi, auctore Sheikh *Isferáini*, anno . . . mortuo. — 12311. **Meálim el-aucát**, signa temporum. Carmen metro *Rejez* compositum de astrolabio, auctore Molla nostro *Abd-el-wáhid*. Condidit illud ad instituendum *Mohammed Sháh*, filium praeceptoris sui *Fenári*, et orsus est ita:

الحمد لله على الانعام

وفياض انواع العطاء العامّ

ثم شرحها واول الشرح الحمد لله ذى المنّ القديم الخ وقال فى تأريخ تمام المتن اتمّها وقت صلوة العصر لنصف شهر ربيع الاول سنة ضبّب اى اثنى عشر وثمانمائة وعدد الابيات اثنان وخمسون وخمسمائة ١٢٣١٢ معالم التنزيل فى التفسير للامام محيى السنة ابى محمد حسين بن مسعود الفرّا البغوى الشافعى المتوفى سنة ٥١٦ وهو كتاب متوسّط نقل فيه عن مفسّرى الصحابة والتابعين ومن بعدهم اختصره الشيخ تاج الدين ابو نصر عبد الوهاب ابن محمد الحسينى المتوفى سنة ٨٧٥ ١٢٣١٣ معالم الدين لابى بكر محمد بن اليمان السمرقندى المتوفى سنة ٢٦٨ ١٢٣١٤ معالم السنن فى شرح سنن ابى داود مرّ فى السين ١٢٣١٥ معالم السنن للامام احمد البيهقى المتوفى سنة اختصره فخر الدين ابو الحسن عيسى بن ابراهيم المتوفى سنة ٧٤٦ ١٢٣١٦ المعالم الشريفة فى فضائل الامام ابى حنيفة لاحمد بن على بن

---

Laus Deo pro beneficiis

Et largitori donorum res creatas omnes complectentium.

Tum commentarium in carmen composuit, qui ita incipit: Laus Deo, qui ab aeterno beneficia contulit etc. Ad tempus quo textum absolvit significandum, usus est verbis: Absolvi eum tempore precationis pomeridianae medio mense Rebi' I anni *unionis* (*dhib*) i. e. anni 812 (inc. 16. Mai. 1409), et versuum sunt quingenti quinquaginta duo. — 12312. Meálim el-tenzíl, dogmata revelationis. Commentarius in Coranum, auctore Imám *Mohyi el-sunnet Abu Mohammed Hosein Ben Mes'úd El-Ferrá Beghewi* Shafiita, anno 516 (inc. 12. Mart. 1122) mortuo. Liber intermedius est, in quo auctoritate interpretum coranicorum inter socios prophetae, horum discipulos et inter eos usus est, qui hos secuti sunt. Librum in epitomen redegit Sheikh *Táj-ed-dín Abu Nasr Abd-el-wehháb Ben Mohammed Hoseini*, anno 875 (inc. 30. Jun. 1470) mortuus. — 12313. Meálim el-dín, dogmata religionis, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben-elyemán Samarcandi*, anno 268 (inc. 1. Aug. 881) mortuo. — 12314. Meálim el-sonen, vestigia regularum vitae. Commentarius in traditionum corpus ab *Abu Dawud* collectum et *Sonen* inscriptum, de quo in litera *Sín* dictum est. — 12315. Meálim el-sonen, vestigia regularum vitae, auctore Imám *Ahmed Beihacki*, anno . . . mortuo. Ex iis *Fakhr-ed-dín Abu'lhasan Isa Ben Ibráhím*, anno 746 (inc. 4. Mai. 1345) mortuus, epitomen edidit. — 12316. El-Meá'im El-Sheríffet, signa nobilia de meritis praestantibus Imámi *Abu Hanífa*, auctore *Ahmed Ben Ali Ben Násir Mekki.*

ناصر المكى مختصر اوله الحمد لله الذى جعل العلماء الخ الّفه للسلطان سليمان خان
ورتّب على مقدّمة واربعة ابواب وخاتمة ١٢٣١٧ معالم العترة النبويّة ومعارف اهل بيت
الفاطميّة للحافظ ابى محمد عبد العزيز بن الاخضر الحنابذى [البغدادى] الحنبلى المتوفى
سنة ٦١١ ١٢٣١٨ معالم فى اصول الدين للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى مختصر
اوله الحمد لله فالق الاصباح وخالق الارواح الخ مشتمل على خمسة انواع من العلوم المهمّة
ا علم اصول الدين ٢ علم اصول الفقه ٣ علم الفقه ٤ اصول معتبرة فى الخلاف ٥ اصول فى
آداب النظر والجدل ١٢٣١٩ معالم فى اصول الفقه للامام فخر الدين الرازى شرحه ابو الحسن
على بن الحسين الارموى المتوفى سنة ٧٥٧ اختصر نجم الدين ابن اللبودى المعالمين فى الاصلين
كذا فى عيون الانباء اقول لعلّه يريد المعالمين المذكورين وشرحه شرف الدين ابراهيم بن
اسحق المناوى المتوفى سنة ٧٥٧ وشرف الدين ابو محمد عبد الله بن محمد بن على الفهرى

---

Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui viros doctos esse voluit etc. Composuit illud in favorem Sultani *Soleimán Khán*, et in praefationem, quatuor capita et conclusionem distribuit. — 12317. Meálim el-itret el-nebewíyet, signa progeniei propheticae et notitiae familiae Fatimiticae, auctore Háfitz *Abu Mohammed Abd-el-azíz Ben-elakhdhar Hanábidzi* [*Baghdádi*] Hanbalita, anno 611 (inc. 13. Mai. 1214) mortuo. — 12318. Meálim fi osúl el-dín, dogmata de principiis religionis, auctore Imám *Fakhr-ed-dín Mohammed Ben Omar Rázi.* Compendium, quod ita incipit: Laus Deo auroras perrumpere facienti et spiritus creanti etc. Continet quinque varias doctrinas gravioris momenti — 1. doctrinam principiorum religionis — 2. doctrinam principiorum juris — 3. jurisprudentiam — 4. principia in theologia controversa gravitate eminentia — 5. principia de praeceptis in speculatione et topica observandis. — 12319. Meálim fi osúl el-fic'h, dogmata de principiis juris, auctore Imám *Fakhr-ed-dín Rázi.* In ea *Abu'lhasan Ali Ben-elhosein Ormewi*, anno 757 (inc. 5. Jan. 1356) mortuus, commentarium composuit, et *Nejm-ed-dín Ibn-ellobúdi* duo *Mehlim* de principiis religionis et juris (*El-Meálimein fi el-aslein*) in epitomen contraxit, ut in *Oyún el-inbá* memoratum est, et fortasse, inquam, his duo opera *Rázi* laudata, *Meálim fi osúl el-dín* et *Meálim fi osúl el-fic'h*, significantur. Porro commentarios in *Meálim fi osúl el-fic'h* composuerunt *Sheref-ed-dín Ibráhím Ben Is'hac Monáwi*, anno 757 (inc. 5. Jan. 1356) mortuus — *Sheref-ed-dín Abu Mohammed Abdallah Ben Mohammed Ben Ali Fihri*, vulgo *Ibn-eltilimsáni*

المعروف بابن التلمسانى وشرح المعالم لنجم الدين مجلّد اوله الحمد لله الذى خلق النفس فسوّاها الخ شرح فيه اصول الدين بالمتن والشرح ولم يكتب المتن تمامًا وكان سنة ٦٢٣ ١٢٣٢٠ معالم فى علم الكلام للمولى احمد بن مصطفى المعروف بطاشكبرى زاده المتوفى سنة ٩٦٢ ١٢٣٢١ المعالم فى الكلام لفخر الدين الرازى اختصره الشيخ الامام جمال الدين محمد بن عبد الكريم الحلبى وسمّاه عمدة المعالم اوله الحمد لله موجد الوجود بعد العدم الخ قال وكان من اشرف الكتب الكلاميّة ووضع من اكمل ما فى المصنّفات كتاب المعالم وكنت ممّن الـمّ بكتبه لا سيما المعالم احببت ان اختصرها باختصار يحتوى جملها قال ومقصوده ينحصر فى عشرة ابواب الّفه سنة ٦٧٣ ١٢٣٢٢ معالم اليقين فى ترجمة المواهب اللدنيّة يأتى ١٢٣٢٣ معالى الهمم لمقتدى مشايخ ابى القاسم الجنيد ذكر فى فتاوى الصوفيّة

---

dictus, et in librum *Meálim* (absolute dictum) *Nejm-ed-dín*, cujus commentarius volumine comprehensus ita incipit: Laus Deo, qui animam creavit eamque absolutam reddidit etc. Commentatus ibi est *Osúl el-dín* ita, ut textum et commentarium conjungeret, at textum non plene exscripsit. Hoc factum est anno 623 (inc. 2. Jan. 1226). — 12320. **El-Meálim fi ilm el-kelám**, dogmata de theologia scholastica, auctore Molla *Ahmed Ben Mustafá*, vulgo *Táshköprizádeh* dicto et anno 962 (inc. 26. Nov. 1554) mortuo. — 12321. **El-Meálim fi el-kelám**, dogmata de theologia scholastica, auctore *Fakhr-ed-dín Rázi*. Ea Sheikh et Imám *Jemál-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-kerím Halebi* in epitomen contraxit *Omdet el-meálim* inscriptam, quae ita incipit: Laus Deo, qui existentiam post non-existentiam existere voluit etc. Unus, inquit, librorum nobilissimorum metaphysicorum et unum scriptorum perfectissima arte compositorum est *Kitáb El-Meálim*. Sum ipse ex iis, qui scriptis ejus metaphysicis et praesertim libro *Meálim* operam dare ausus sum. Volui lubenter eum tali ratione in epitomen contrahere, ut haec ejus propositiones summatim contineret. Argumentum autem, inquit, quod proponendum esset, decem capitibus comprehensum est. Composuit anno 673 (inc. 7. Jul. 1274). — 12322. **Meálim el-yeckín**, dogmata fidei perfectae. Translatio (turcica) libri *Mewáhib Ladoníyet*, de quo infra dicetur. — 12323. **Meálí el-himem**, celsitudines propositorum in favorem ejus, qui Sheikhos *Abu'lcásimi El-Joneid* imitatur. Liber in *El-Fetáwi El-Sufíyet* commemoratur.

## ١٢٣٢٤ علم المعانى

١٢٣٢٥ معانى الآثار للطحاوى هو ابو جعفر احمد بن محمد الطحاوى ولد سنة ٢٢٨ وتوفى سنة ٣٢١ ذكر فيه انه سئله بعض اصحابه تأليفه فى الآثار المأثورة عن رسول الله فى الاحكام التى يتوهّم اهل الالحاد والزندقة ان بعضها ينقض بعضها لقلّة علمهم بناسخها ومنسوخها وجعل ابوابا فذكر فى كلّ منها ما فيه من الناسخ والمنسوخ وتأويل العلمآء واقامة الحجّة على الصحيح ولابى الحسين محمد بن محمد الباهلى المتوفى سنة ٣٢١ ولابى محمد بدر الدين محمود ابن احمد العينى المتوفى سنة ٨٥٥ شرح فى الآثار للطحاوى وللشيخ قاسم بن قطلوبغا الحنفى كتاب فى رجاله سماه الايثار برجال معانى الآثار توفى سنة ٨٧٩ قال الاتقانى فى صوم الهداية عند مسئلة قضآء المريض حين ساق الخلاف عن الطحاوى فيها رادًّا على المشايخ باعتماد قوله فاقول لا معنى لانكارهم على ابى جعفر لانّه مؤتمن لا متّهم مع غزارة علمه واجتهاده وورعه

---

12324. **Ilm el-meáni.** Doctrina sententiarum.

12325. **Meáni el-athár**, sententiae dictorum et factorum prophetae. Scripsit *Abu Ja'far Ahmed Ben Mohammed*, vulgo *Taháwi* dictus, qui anno 228 (inc. 10. Oct. 842) natus et anno 321 (inc. 1. Jan. 933) mortuus est. Narrat ibi, se ab amico quodam rogatum esse, ut librum componeret de dictis factisque celeberrimis a legato divino profectis et statuta spectantibus, quorum alia ab aliis ex opinione hereticorum et dualistarum tolluntur, quoniam isti dicta abrogantia et abrogata parum cognoscunt. Librum in capita disposuit, in quibus singulis effata abrogantia et abrogata, interpretationem virorum doctorum allegoricam et probationem effatorum verorum confirmatam distinxit. — *Abu'lhosein Mohammed Ben Mohammed Báhili*, anno 321 (inc. 1. Jan. 933) mortuus, et *Abu Mohammed Bedr-ed-dín Mahmúd Ben Ahmed Aini*, anno 885 (inc. 3. Febr. 1451) mortuus, commentarios scripserunt in effata prophetica a *Taháwi* collecta, et Sheikh *Cásim Ben Cotluboghá* Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus, librum *El-Ithár bi rijál meáni el-athár* inscriptum de primis effatorum relatoribus, quorum auctoritate *Taháwi* usus est. — *Itticáni* in capite libri *Hidáyet* de jejunio, ad quem commentarium edidit, ubi quaestio est de jejunio ab aegroto serius absolvendo, et opinionem controversam in ea solvenda, quae *Taháwio* Sheikhos probanda sua opinione refutanti tribuitur, ei minime imputandam esse contendit: Inanem esse, ait, eorum reprobationem statuo, qua *Abu Ja'far*um prosequuntur, nam pro fideli habendus neque in suspicionem adducendus est, ad quod accedunt copiosa ejus scientia, summum veritatis studium, abstinentia a rebus illicitis et progressus

وتقدّمه فى معرفة المذاهب وغيرها ولانه رأى ما ذكره للخلاف انّما هو بعد ثبوته عنده بوجهه فانكارهم عليه بعد تأخّر زمانهم بكثير لا يجدى فى ذلك لعدم بلوغهم ايّاه فان شككت فى امر ابى جعفر فانظر فى كتاب شرح معانى الآثار هل ترى له نظيرًا فى سآئر المذاهب فضلا عن مذهبنا هذا وقال البيهقى فى كتاب المعرفة فى اواخر باب مولد الشافعى قبيل باب ما يكون به الطهارة من المآء وحين شرعت فى هذا الكتاب بعث الىّ بعض اخوانى من اهل العلم بالحديث بكتاب لابى جعفر الطحاوى وشكا فيما كتب الىّ ما رأى فيه من تضعيف اخبار صحيحة عند الحفاظ حين خالفها رأيه وتصحيح اخبار ضعيفة عندهم حين وافقها رأيه وسألنى ان اجيب عمّا احتجّ به فيما حكم به من التصحيح فاستخرت الله تعالى فى النظر فيه واضافة الجواب عنه الى ما خرجته فى هذا الكتاب ففى كلام الشافعى عما احتجّ به فيما حكم او ردّه من الاخبار جواب عن اكثر ما تكلّف هذا الشيخ من تسوية الاخبار على مذهبه وتضعيف ما

---

praestans in cognitione quatuor disciplinarum orthodoxarum aliaque merita. Deinde iis, quae in controversiam vocat, tum demum locum dedit, postquam rationes, quae illam controversiam postulabant, ei certissime comprobatae erant. Quod autem Sheikhi illi improbatione eum prosequuntur, postquam eorum aetas multum recentior est, in hac re nihil refert, quod ad ejus aetatem non attingunt. Quodsi de caussa *Abu Ja'far*i dubitas, jam inspice librum *Sharh Meáni el-athár.* Videsne ei similem in ceteris sectis orthodoxis, nedum in hac nostra secta? — *Beihacki* in libro *Ma'rifet el-sonen* ad extremam partem capitis de natalibus *Shafii*i paulo ante caput de ea aquae qualitate, qua mundities legalis efficitur: Cum, inquit, hunc librum componere inciperem, amicorum meorum quidam doctrinae traditionariae bene gnarus librum *Abu Ja'far*i *Taháwi* mihi misit, et in epistola, quam mihi scripserat, de eo questus est, quod auctorem illius libri traditiones, quae ex opinione Sheikhorum traditionum cognitione excellentium probae haberentur, ubicunque sua opinio iis adversabatur, infirmas, eas autem, quae illorum sententia infirmae essent, quando sua opinio cum iis congruebat, sanas et probas declarare vidisset. Petiit igitur a me, ut ad argumenta a *Taháwi* allata responderem, quibus traditiones, quae infirmae ab illis viris haberentur, probas esse statuisset. Rogavi jam Deum, ut in hac re examinanda et dijudicanda et responso ad illam cum iis conjungendo propitius mihi esset, quae in hoc libro enucleavi. — Porro in *Shafii*i disputatione de iis, quae *Taháwi* argumentatus est ad traditiones statuendas aut refellendas, responsum cernitur, quo plurima artificia refutavit, quibus Sheikh iste traditiones ad suam doctrinam complanare, eas, quas

لا حيلة له فيه بما لا يضعف به والاحتجاج بما هو ضعيف عند غيره الخ هذا لعمرى تحامل ظاهر من هذا الامام فى شأن هذا الاستاد الذى اعتمده اكابر المشايخ ١٢٣٢٦ معانى الاخبار المسمّى ببحر الفوائد مرّ

١٢٣٢٧ علم معانى الادوات

من فروع التفسير

١٢٣٢٨ معانى الادوات والحروف لابن قيم الجوزية شمس الدين محمد بن ابى بكر الحنبلى المتوفى سنة ٧٥١ ١٢٣٢٩ كتاب المعانى الاكبر للامام حسين بن محمد بن المفضل الراغب الاصفهانى ذكره فى درّة التأويل ١٢٣٣٠ معانى اهل البيان من وفيات الاعيان يأتى ١٢٣٣١ معانى التحميد والدعاء لابى الحسن على بن محمد بن الحسين ابن عبدوس الكوفى ١٢٣٣٢

---

accommodare non potuit, rationibus, quibus fides iis non detrahitur, tanquam fide non dignas probare, et traditionibus, quae ex aliorum opinione fide non dignae sunt, suas opiniones confirmare studuit, et quae sequuntur. Hoc per vitam meam partium studium est manifestum, quo hic Imamus in caussa praeceptoris illius tractanda laborat, cujus auctoritatem Sheikhi clarissimi magni aestimabant. — 12326. **Meáni el-akhbár**, sententiae notitiarum. Hic liber alias titulum *Bahr el-fewaid* prae se fert et supra commemoratus est. —

**12327. Bahr meáni el-adwát.** Doctrina sensus particularum et verborum earum loco positorum, quorum cognitio interpreti necessaria est.

Pertinet ad doctrinas interpretationis coranicae secundarias. —

12328. **Meáni el-adwát we el-horúf**, sententiae verborum sensum particularum habentium et particularum ipsarum, auctore *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr* Hanbalita, vulgo *Ibn Cayyim-eljauziyet* dicto et anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) mortuo. — 12329. **Kitáb el-meáni**, liber sententiarum major, auctore Imám *Hosein Ben Mohammed Ben-elmofadhdhal El-Rághib El-Isfahání.* Laudatur ab eo in *Dorret el-tawíl.* — 12330. **Meáni ahl el-beyán**, sententiae rhetoricorum e libro *Wefayát el-a'yán*, de quo infra dicetur. — 12331. **Meáni el-tahmíd we el-doá**, sententiae formulae „Laus Deo" et precationis, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Ben-elhosein Ibn Obdús Kufi.* — 12332. **Meáni el-horúf**,

معانی الحروف لعبد الجلیل بن فیروز الغزنوی المتوفی سنة وللشیخ الامام علی بن عیسی الرمانی ١٢٣٣٣ معانی الدقیقة فی ادراک الحقیقة للشیخ جلال الدین عبد الرحمن بن ابی بکر السیوطی المتوفی سنة ٩١١ قال فهذه مسئلة مهمّة خفیّة علی کثیر من الناس فی موضعین احدهما فیما ورد من الاحادیث ان الاعمال تعرض فی صورة اشخاص الثانی فیما ورد من ان الموت یجاء به فی صورة کبش ویذبح فاحتاجوا الی التأویل مختصر اوله الحمد لله وکفی الخ ١٢٣٣۴ معانی الشعر لابی العباس احمد بن یحیی الثعلب النحوی المتوفی سنة وسعید بن مسعدة المعروف بالاخفش الاوسط المتوفی سنة وابی العمیثل عبد الله بن خلید المتوفی سنة وابن عبدوس علی ابن محمد الکوفی المتوفی سنة وابی عثمان الاشناندانی المتوفی سنة وابن درستویه عبد الله بن جعفر النحوی المتوفی سنة ١٢٣٣٥ معانی فی انواع التهانی لشرف الدین احمد بن محمد ابن العطّار الدنیسری المتوفی سنة ٧٩۴ ١٢٣٣٦ معانی القرآن لجماعة منهم محمد بن مستنیر

---

sententiae occultae, quae literis tribuuntur. Scripserunt *Abd-el-jelil Ben Firúz Ghaznewi*, anno . . . mortuus, et Sheikh et Imám *Ali Ben Isa Rommáni.* — 12333. El-Meáni El-Dackícat, sententiae subtiles de veritate concipienda, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Haec est, inquit, quaestio gravissima et plurimis hominibus occulta et quidem de duplici traditionum loco. Primus eas spectat traditiones proditas, ubi dicitur, actiones repraesentari sub specie personarum, secundus traditiones, in quibus proditum est, mortem adduci sub forma arietis, dum sacrificatur. Fideles igitur interpretatione allegorica egebant. Compendium ita incipit: Laus Deo et sufficit etc. — 12334. Meáni el-shi'r, sententiae carminum. Scripserunt *Abu'labbás Ahmed Ben Yahya Tha'leb* Grammaticus, anno . . . mortuus — *Saíd Ben Mes'ada*, vulgo *El-Akhfash El-Ausat* dictus et anno . . . mortuus — *Abu'lameithal Abdallah Ben Kholeid*, anno . . . mortuus — *Ali Ben Mohammed Kúfi*, vulgo *Ibn Obdús* dictus et anno . . . mortuus — *Abu Othmán Ushnándáni*, anno . . . mortuus — *Abdallah Ben Ja'far* Grammaticus, vulgo *Ibn Dorostaweih* dictus et anno . . . mortuus. — 12335. Meáni fi anwá' el-teháni, sententiae de variis gratulationum generibus, auctore *Sheref-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ben-elattár Doneiseri*, anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuus. — 12336. Meáni El-Cor'an, sententiae Corani. Plures de iis scripserunt, ut *Mohammed Ben Mostenír* Grammaticus, vulgo

المعروف بقطرب النحوى المتوفى سنة ٢٠٦ وعليه اعتماد القراء لم يسبق اليه مثله وابو جعفر احمد بن محمد النحاس النحوى المتوفى سنة ٣٣٨ وابو عبيد القاسم بن سلّام النحوى المتوفى سنة ٢٢٤ وابو العباس احمد بن يحيى الثعلب المتوفى سنة ٢٩١ وابن الخياط ابو عبد الله محمد بن احمد النحوى المتوفى سنة ٣٢٠ ومحمد بن حسن الرواسى المتوفى سنة ولابى يحيى بن زياد الفرّا المتوفى سنة ٢٠٧ وابو عبيدة معمر بن المثني اللغوى المتوفى سنة ٢١٠ وابو الحسن سعيد بن مسعدة اخفش البلخى المتوفى سنة وابن درستويه عبد الله بن جعفر النحوى المتوفى سنة وابن كيسان محمد بن احمد النحوى المتوفى سنة ٢٩٩ وابو محمد سلمة بن عاصم النحوى المتوفى سنة وابو الحسن عبد الله بن محمد النحوى المتوفى سنة ٣٢٥ وابو اسحق ابراهيم السرى المعروف بالزّجاج النحوى المتوفى سنة ٣١١ شرح ابياته ابن السيرافى واسمعيل بن اسحق الازدى المتوفى سنة ٨٢٠ وابو الحسن على بن حمزة الكسائى

١٢٣٣٧ معانى المخترعة فى صناعة الانشاء لموفق الدين المدائنى المتولد سنة ٥٩٠

---

*Cotrob* dictus et anno 206 (inc. 6. Jun. 821) mortuus, cujus libro, qui vix similem habet, a Corani lectoribus magna auctoritas tribuitur — *Abu Ja'far Ahmed Ben Mohammed El-Nahhâs* Grammaticus, anno 338 (inc. 1. Jul. 949) mortuus — *Abu Obeid Câsim Ben Sellâm* Grammaticus, anno 224 (inc. 23. Nov. 838) mortuus — *Abu'labbâs Ahmed Ben Yahya Tha'leb*, anno 291 (inc. 24. Nov. 903) mortuus — *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed* Grammaticus, vulgo *Ibn-elkhayyât* dictus et anno 320 (inc. 13. Jan. 932) mortuus — *Mohammed Ben Hasan El-Rewwâsi*, anno . . . mortuus — *Abu Yahya Ben Ziyâd El-Ferrâ*, anno 207 (inc. 27. Mai. 822) mortuus — *Abu Obeida Ma'mar Ben-elmothanna* Lexicologus, anno 210 (inc. 24. Apr. 825) mortuus — *Abu'lhasan Saîd Ben Mes'ada Akhfash Balkhi*, anno . . . mortuus — *Abdallah Ben Ja'far* Grammaticus, vulgo *Ibn Dorostaweih* dictus et anno . . . mortuus — *Mohammed Ben Ahmed* Grammaticus, vulgo *Ibn Keisân* dictus et anno 299 (inc. 29. Aug. 911) mortuus — *Abu Mohammed Salama Ben Asim* Grammaticus, anno . . . mortuus — *Abu'lhasan Abdallah Ben Mohammed* Grammaticus, anno 325 (inc. 19. Nov. 936) mortuus — *Abu Is'hac Ibrâhîm El-Seri* Grammaticus, vulgo *El-Zejjâj* dictus et anno 311 (inc. 21. Apr. 923) mortuus, in cujus versus *Ibn-elsîrâfi* commentarium edidit — *Ismaîl Ben Is'hac Azdi*, anno 820 (inc. 18. Febr. 1417) mortuus — et *Abu'lhasan Ali Ben Hamza Kisâyi.* —

12337. **El-Meâni El-Mokhtaraat**, sententiae inventae et de novo prolatae de arte pedestri oratione eleganter scribendi, auctore *Mowaffic-ed-dîn Medâini*, anno 590 (inc. 27. Dec.

١٢٣٣٨ معاهد التنصيص على شواهد التلخيص مرّ اوله الحمد لله الذى اطلع فى سماء البيان اهلّة المعانى الخ جعله كالشرح لابيات تلخيص المفتاح واهداها الى المقرّ الاشرف البدرى ابى البقاء محمد بن يحيى بن شاكر بن ابى الجيعان وذكر فيه تراجم قائليها ووضع فيه فى كلّ فنّ ما يناسبه من نظائره الادبيّة ومزج فيه الجدّ بالهزل ١٢٣٣٩ معاهد الجمع فى مشاهد السمع مختصر للشيخ جمال الدين محمد بن ابى الحسن البكرى الصديقى الشافعى المتوفى سنة [ اوله حمدا لمن سمع بالاسرار فى مجامع الاشفاع والاوتار الخ والكلام فيه ينحصر فى مقدّمة وثلاثة فصول كلّها فى احوال السماع واحكامه] ١٢٣٤٠ المعاياة فى العقل للشيخ ابى [العباس] احمد بن محمد الجرجانى الشافعى المتوفى سنة ٤٨٢ ١٢٣٤١ معتبر فى انباء من عبّر للقاضى مجير الدين عبد الرحمن بن محمد القدسى ١٢٣٤٢ معتبر فى شرح المختصر اى مختصر الجوينى مرّ ١٢٣٤٣ معتبر فى علم النظر لمحمد بن الحسن الاسنائى المتوفى

---

1193) mortuo. — 12338. **Meáhid el-tensís**, monumenta visitata affirmationis disertae de locis probantibus libri *Telkhís*, de quo supra dictum est. Incipit liber ita: Laus Deo, qui in coelo eloquentiae interlunia sententiarum oriri jussit etc. Auctor eum quasi commentarium esse voluit in versus libri *Telkhís El-Miftáh*, et Praesidio eminenti *Bedr-ed-dín Abu'lbecá Mohammed Ben Yahya Ben Shákir Ben Abi'ljíán* obtulit. Ibi biographias eorum, qui versus scripserant, enarrat, cuique generi res philologicas similes, quae ei respondent, addidit et seriis jocosa immiscuit.— 12339. **Meáhid el-jam'i'**, loca visitata multitudinis de locis, ubi homines audiendi caussa conveniunt, auctore Sheikh *Jemál-ed-dín Mohammed Ben Abi'lhasan Bekri Siddícki* Shafiita, anno . . . mortuo. Compendium, [quod ita incipit: Laudem ei, qui arcana audienda impertit in conventibus parium et imparium (fidium et tibiarum) etc. Disputatio ibi continetur praefatione et tribus sectionibus, quae omnes res musicas earumque statuta tractant]. — 12340. **El-Moáyát fi el-acl**, prolatio sermonis haud intelligibilis de ingenio, auctore Sheikh *Abu'[labbás] Ahmed Ben Mohammed Jorjáni* Shafiita, anno 482 (inc. 16. Mart. 1089) mortuo. — 12341. **El-Mo'tebar fi anbá man abbara**, historia pretiosa interpretum somniorum, auctore Cádhi *Mojír-ed-dín Abd-el-rahman Ben Mohammed Codsi*. — 12342. **El-Mo'tebar fi sharh el-mokhtasar**, liber magni aestimandus. Commentarius in compendium *Joweiníi*, de quo supra dictum est. — 12343. **El-Mo'tebar fi ilm el-natzar**, liber magni aestimandus de arte, qua disputantibus disserendum est, auctore *Mohammed Ben-*

سنة ٧٦٤ وله عليه شرح ١٢٣٤٤ معتبر فى الفرق بين الوصف والخبر لابى البركات عبد
الرحمن بن محمد الانبارى النحوى المتوفى سنة ٥٧٧ ١٢٣٤٥ معتبر فى المنطق لابى البركات
هبة الله بن ملكا البغدادى المتوفى سنة ١٢٣٤٦ معترك الاقران فى مشترك القرآن لجلال
الدين السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١٢٣٤٧ معتصر فى تقرير عبارة المختصر رسالة للسيوطى
ايضا قال فيه رأيت من كتب المالكية فى مختصر الشيخ خليل وما نصّه فى الخصائص وحرمة
الصدقتين عليه وعلى آله واكله الثوم وغير ذلك من مسائل غريبة لا ذكر لها فى كتب اصحابنا
وشارحوه تبعوه وهذا مشكل فكتبت ١٢٣٤٨ معتصر فى مختصر المختصر اى مختصر المزنى
مرّ ١٢٣٤٩ المعتصر من المختصر من مشكل الآثار للطحاوى سبق ١٢٣٥٠ المعتقد لابى
حفص عمر بن محمد النسفى المتوفى سنة شرحه الشيخ شرف الدين ابو الفضل اسمعيل

---

*elhasan Isnáyi*, anno 764 (inc. 21. Oct. 1362) mortuo. Idem commentarium in eum edidit. — 12344. El-Mo'tebar fi el-farc bein el-wasf we el-khabar, liber magni aestimandus de discrimine inter qualitatem adjectivi et attributum, auctore *Abu'lberakát Abd-el-rahman Ben Mohammed Anbári* Grammatico, anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) mortuo. — 12345. El-Mo'tebar fi el-mantic, liber magni aestimandus de logica, auctore *Abu'lberakát Hibetallah Ben Melkú Baghdádi*, anno ... mortuo. — 12346. Mo'terak el-acrán, palaestra aequalium de verbis Corani, quae plures notiones admittunt, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 12347. El-Mo'tasar fi tecrír i'báret el-mokhtasar, perfugium de dictione compendii accuratius definienda, auctore eodem *Soyúti*. Tractatus, in quo: Vidi, inquit, in compendio Sheikhi *Khalíl*, qui liber est Málikitarum, locum, qui de rebus prophetae propriis ad verbum haec habet: „Et (ad illas res porro hoc pertinet, quod) ei ejusque familiae interdictum erat, ne quadragesimam et eleemosynam solveret neve ipse allium ederet" et alias quaestiones singulares, quae in scriptis asseclarum nostrorum non commemorantur; et *Khalíli* interpretes eum in illis quaestionibus defendendis secuti sunt. Quae res cum difficultatibus laboraret, tractatum scripsi. — 12348. El-Mo'tasar fi mokhtasar El-Mokhtasar, perfugium. Epitome Compendii *Mozeni*ani, de quo supra dictum est. — 12349. El-Mo'tasar min el-mokhtasar, pars ex epitome capta, quae ex *Moshkil* (i. e. locis difficilioribus) libri *Athár* a *Taháwi* editi, de quo supra sermo fuit, facta est. — 12350. El-Mo'tecad, liber, cui fides summa habenda est, auctore *Abu Hafs Omar Ben Mohammed Nesefi*, anno ... mortuo. Sheikh *Sheref-ed-dín Abu'lfadhl Ismaíl*

ابن ابراهيم بن احمد الشيبانى وسمّاه المنتقد اوله الحمد لله الذى هدانا لدينه القويم الخ ذكر فيه انه رواه ابو جعفر الطحاوى وهو الموثوق بروايته عن الامام ابى حنيفة ورواه عن اصحابه وذكره باوجز عبارة وابلغ اشارة وضمّنه معظم اصول الدين ١٢٣٥١ المعتقد للامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ ١٢٣٥٢ المعتلى فى تعديد صور الولى للسيوطى ذكره فى فنّ الاصول ١٢٣٥٣ معتمد الخلآئق فى علم الوثآئق للشهاب احمد بن الياس اوله الحمد لله الذى تنزّه بسموّ سرمديّته الخ مرتّب على اصلين ١٢٣٥٤ معتمد الخلائق فى علم الوثآئق للشيخ الامام عبد الله بن ابى احمد الشريف ١٢٣٥٥ معتمد فى احاديث المسند الى الامام الاعظم ابى حنيفة مختصر على ثلثة وثلثين بابا على ترتيب الفقه للشيخ الامام جلال الدين ابى الثنآء محمود بن احمد [بن مسعود] القونوى المتوفى سنة ٧٧٠ اوله اما بعد حمد الله على نوال الآئه الخ قال جمعت فيه مسند الامام الاعظم النعمان المنسوب الى الشيخ الامام

---

*Ben Ibráhím Ben Ahmed Sheibáni* commentarium in eum edidit *El-Montecad* inscriptum, qui ita incipit: Laus Deo, qui nos ad religionem suam rectam ducit etc. Dicit ibi, *Abu Ja'far Taháwi* eum traditione propagasse, et sane summam hic fidem meretur propter relationem, quae ab Imámo *Abu Hanífa* proficiscitur. Auctoritate illius sociorum eum tradidit et brevissimis verbis efficacissimaeque dictionis eloquentia describit. Maximam partem principiorum religionis ei inseruit. — 12351. El-Mo'tecad, liber cui fides summa habenda est, auctore Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — 12352. El-Mo'teli, liber eminens de enumeratione formarum, quibus appropinquatio ad Deum efficienda sit, auctore *Soyúti*. Commemorat eum in sectione catalogi, quae de principiis juris et religionis agit. — 12353. Mo'temad el-khaláic, liber, cui homines fidere possunt, de doctrina pactorum firmorum, auctore *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Ilyás*. Liber ita incipit: Laus Deo, cujus majestas sancta est altitudine sempiternitatis suae etc., et in duo principia dispositus est. — 12354. Mo'temad el-khaláic, columen, cui homines fidere possunt, de doctrina pactorum, auctore Sheikh et Imám *Abdallah Ben Abi Ahmed El-Sherif*. — 12355. El-Mo'temad fi ahádíth El-Mosnad, liber probatae fidei de traditionibus libri *Mosnad* Imamo maximo *Abu Hanífa* tributi. Epitome in triginta tria capita ad rationem librorum juridicorum disposita, auctore Sheikh et Imám *Jelál-ed-dín Abu'lthená Mahmúd Ben Ahmed [Ben Mes'úd] Cunewi*, anno 770 (inc. 16. Aug. 1368) mortuo. Incipit ita: Praemissa laude Dei pro dono beneficiorum ejus etc. Auctor: In eo, inquit, collegi *Mosnad* Imámi maximi *No'mán*

ابى محمد عبد الله بن محمد بن يعقوب بن الحارث البخارى مجرّدة عن الاسانيد ليسهل حفظها [ وشرحه له المسمّى بالمستند شرح المعتمد] ١٢٣٥٦ معتمد فى الادوية المفردة تأليف الملك المظفر الاشرف يوسف بن عمر بن على بن رسول الغسانى [صاحب اليمن المتوفى سنة ٦٩٥] اوله الحمد لله الذى اوجد الاشيآء بحكمته الخ جمع فيه من مختصر كتاب ابن البيطار بعلامة العين ومن كتاب المنهاج بعلامة جيم ومن كتاب التفليسى وعلامته فآء ومن ابدال الزهراوى وعلامته زآء ورتب على ترتيب حروف المعجم ١٢٣٥٧ معتمد فى اصول الفقه لابى الحسين محمد بن على البصرى المعتزلى الشافعى المتوفى سنة ٤٦٣ وهو كتاب كبير ومنه اخذ فخر الدين الرازى كتاب المحصول وللقاضى ابى يعلى محمد بن محمد بن الحسين الفراء الحنبلى المتوفى سنة ٤٥٨ ١٢٣٥٨ معتمد فى التفسير عشر مجلدات لابى القاسم اسمعيل ابن محمد الاصفهانى الحافظ [الملقّب بقوام السنة المتوفى سنة ٥٣٥] ١٢٣٥٩ معتمد فى الحديث وهو مختصر مسند ابى حنيفة سبق مع شرحه ١٢٣٦٠ معتمد فى فروع الشافعية

---

Sheikho et Imámo *Abu Mohammed Abdallah Ben Mohammed Ben Ya'cúb Ben-elhárith Bokhári* tributum. Traditiones auctoritatibus nudatae sunt, ut memoriae eas mandare facilius esset. [Idem commentarium in eum composuit *Mostenad sharh El-Mo'temad* inscriptum]. — 12356. El-Mo'temad fi el-adwiyet el-mofridat, liber magnae auctoritatis de remediis simplicibus. Composuit *El-Melik El-Motzaffer El-Eshref Yusuf Ben Omar Ben Ali Ben Resúl Ghassáni* [Arabiae felicis princeps, anno 695 (inc. 10. Nov. 1295) mortuus]. Liber ita incipit: Laus Deo, qui sapientia sua rebus existentiam dedit etc. Collegit auctor ibi ex compendio libri *Ibn Beitári* siglo *Aïn* usus e libro *Minháj* siglo *Jîm*, e libro *Teflísi* litera *Fá*, e libro *Ibdál* a *Zahráwi* edito siglo *Zá*, et ad ordinem alphabeticum disposuit. — 12357. El-Mo'temad fi osúl el-fich, liber magnae auctoritatis de principiis juris, auctore *Abu'lhosein Mohammed Ben Ali Basri Mo'tazelita* Shafiita, anno 463 (inc. 9. Oct. 1070) mortuo. Liber magnus, ex quo *Fakhr-ed-dín Rázi* librum *Mahsúl* petiit. Cádhi *Abu Ya'li Mohammed Ben Mohammed Ben-elhosein El-Ferrá* Hanbalita, anno 458 (inc. 3. Dec. 1065) mortuus librum ejusdem tituli edidit. — 12358. El-Mo'temad fi el-tefsír, liber magnae auctoritatis. Commentarius in Coranum decem volumina continens, auctore Háfitz *Abu'lcásim Ismaïl Ben Mohammed Isfaháni*, [honorifice *Chiwám el-sunnet* cognominato et anno 535 (inc. 17. Aug. 1140) mortuo]. — 12359. El-Mo'temad fi el-hadíth liber magnae auctoritatis de traditionibus. Epitome ex *Mosnad Abu Hanífae*, cujus supra cum commentario mentio facta est. — 12360. El-Mo'temad fi forú' El-

للشيخ ابى نصر محمد بن هبة الله البندنيجى الشافعى المتوفى سنة ٤٩٥ وهو كتاب مشتمل على احكام مجردة غالبا عن الخلاف وله فيه اختيارات غريبة ١٢٣٦١ معتمد فيه ايضا لابى بكر محمد بن احمد الشاشى المتوفى سنة ٥٠٧ وهو كالشرح لحلية العلمآء المعروف بالمستظهرى ١٢٣٦٢ معتمد فى المعتقد للامام شهاب الدين فضل الله ثوربشتى ذكره حسين الواعظ فى تحفة الصلوة ١٢٣٦٣ معتمد لابى حفص عمر بن على بن احمد الزنجانى البغدادى الدارقطنى الشافعى المتوفى سنة ٤٥٩ ١٢٣٦٤ معجب فى اخبار اهل المغرب لعبد الواحد بن على المراكشى ١٢٣٦٥ معجم ابن الفوطى يأتى ١٢٣٦٦ معجم ابى بكر المقرى ونور الدين بن آيدغدى البعلبكى المحدث قال ابن حجر لا يعتمد عليه ١٢٣٦٧ معجم الادبآء لياقوت الحموى ١٢٣٦٨ معجم البقاعى ١٢٣٦٩ معجم البلدان للشيخ ابى عبد الله ياقوت بن عبد الله الحموى الرومى البغدادى منشأ المتوفى سنة ذكر فى المشترك انّه انتخبه من معجمه واختصره

---

**Sháfiíyet**, liber probatae fidei de partibus juris Shafiitici derivatis, auctore Sheikh *Abu Nasr Mohammed Ben Hibetallah Bendeniji* Sháfiita, anno 495 (inc. 26. Oct. 1101) mortuo. Liber statuta continens, quae maximam partem quaestionibus controversiae obnoxiis nudata sunt. Tractavit ibi quaestiones selectas rariores. — 12361. **El-Mo'temad fíhi**, liber probatae fidei, qui idem argumentum tractat, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Ahmed Sháshi*, anno 507 (inc. 18. Jun. 1113) mortuo. Commentarius quasi est in librum *Hilyet el-olamá* vulgo titulo *Mostatzhiri* insignitum. — 12362. **El-Mo'temad fi el-mo'tecad**, liber magnae auctoritatis de vera fide, auctore Imám *Sheháb-ed-dín Fadhlallah Turapushti.* Laudat eum *Hosein El-Wáitz* in libro *Tohfet el-salát.* — 12363. **El-Mo'temad**, liber probatae fidei, auctore *Abu Hafs Omar Ben Ali Ben Ahmed Zenjáni Baghdádi Dáracotni* Shafiita, anno 459 (inc. 22. Nov. 1066) mortuo. — 12364. **El-Mo'jib**, liber admiratione afficiens. Historia incolarum Occidentis, auctore *Abd-el-wáhid Ben Ali Merákeshi.* — 12365. **Moajjem Ibn-elfoweti**, lexicon alphabetice dispositum *Ibn-elfowetii.* Vide infra. — 12366. **Moajjem Abi Bekr**, liber alphabetice dispositus. Ediderunt *Abu Bekr* legendi Corani magister, et *Núr-ed-dín Ben Ayedghudá Baalbeki* Traditionarius. Teste *Ibn Hajr* hujus liber nullam fidem meretur. — 12367. **Moajjem el-odabá**, liber philologos alphabetice recensens, auctore *Yacút Hamawi.* — 12368. **Moajjem El-Becái**, liber alphabetice dispositus. — 12369. **Moajjem el-boldán**, liber terras ad alphabeticum ordinem recensens, auctore Sheikh *Abu Abdallah Yacút Ben Abdallah Hamawi Rumi* Baghdado oriundo et anno . . . mortuo. Narrat in *El-Moshtarik*, se hunc librum cum delectu ex *Moajjem* excerpsisse. Eum

جلال الدين السيوطى [ولم يتمّ كما فى فهرسه] قال السيوطى [فى مختصره] وبعد فان الغرض من وضع الكتاب انما هو بيان علم مقصود به فلا ينبغى ان يخلط به غيره مما يبيّن فى علم آخر لئلّا يتشعّب الفهم ويطول الكلام فيؤدّى الى الاملال وهذه حال معجم البلدان فان الغرض انّما هو معرفة اسمآء الاماكن والبقاع التى على الربع المسكون من الارض ممّا ورد به خبر او جآء فى شعر وبيان جملة من الارض من اصقاعها فما زاد على هذا القدر فهو فضل لا حاجة اليه وخلط للحموى اشتقاق الاسمآء وذلك علم برأسه مشتمل على كتب اللغة وكذلك ما ذكر من طول البلدان فاكثره لا يصحّ وكذلك ذكر المنسوبين الى الاماكن انما موضعه الكتب الموضوعة فى معرفة الرجال واستقصاؤه غير ممكن فكتبت منه ممّا لا بدّ منه فى الاسمآء الواردة على الاخبار والآثار وكتب المغازى فقيّدت ما اهمله وربّما زدته بيانًا فى بعض المواضع واصلحت ما نبّهت عليه فيه من خلل وجدته امّا من جهة النقل عن غيره [وهو خطاء] او ظنّه كذلك

---

*Jelál-ed-dín Soyúti* in epitomen contraxit, [attamen, ut in indice scriptorum suorum dicit, non ad finem perduxit]. *Soyúti* in hac epitome: Deinde vero, inquit, liber iste ad hunc finem tantum compositus est, ut doctrinam, quae sui ipsius caussa colitur, describat. Itaque non convenit, ut ei aliena admisceantur, eaque talia, quae in doctrina alia exponuntur, ne mens distrahatur et oratio latius se fundat, ita ut taedium afferat; et hoc quidem cadit in librum *Moajjem el-boldán.* Hic enim tantum eo spectat, ut nomina locorum et tractuum cognoscantur, quae in quarta parte terrae habitata inveniuntur, eaque talia, de quibus notitia in historiis obvenit aut in carminibus sermo est, et ut universitas terrae ratione ejus plagarum habita describatur. Quicquid hunc finem excedit, superfluum neque necessarium est. *Hamawi* autem etymologiam nominum immiscuit. Haec vero scientia particularis est, quae libros lexicologicos complectitur. Ejusdem generis sunt ea, quae de longitudine locorum profert, quorum major pars ne probationem quidem sustinet; ejusdem generis etiam sunt ea, quae de viris dicit ex hoc illo loco originem ducentibus. Ea locum suum habent in scriptis, quae de cognitione virorum eruditione spectatorum agunt, et quin haec materia scribendo effundatur, minime fieri potest. Descripsi igitur ea nomina, quorum cognitione nullo modo carere possumus, eaque talia, quae in historiis, monumentis et libris de expeditionibus bellicis obveniunt. Praeterea literis mandavi et definivi ea, quae auctor praetermiserat, et interdum explicationis caussa in nonnullis locis nova addidi, vitiaque, quae in libro animadverti, correxi et emendavi, sive illa inveni in iis, quae aliunde assumserat [et quae falsa erant] sive ipse perperam opinatus erat. Epitomae

وسمّيته مراصد الاطلاع على اسمآء الامكنة والبقاع انتهى اقول لكنّه لم يتم وللصيمرى ايضا وفيه انساب السمعانى مرّ فى الالف ولابى عبيد البكرى وللحافظ ابى القاسم على بن عساكر الدمشقى [ ومختصره لصفى الدين عبد المؤمن واختصره المؤلّف وسمّاه بمراصد الاطّلاع على اسمآء الامكنة والبقاع قال فيه الفت الكبير المسمّى بمعجم البلدان فى معرفة المدن والقرى والخراب والعمار والسهل والوعر من كلّ مكان وانتخبته من كتب التواريخ والخطط والعجآئب وغير ذلك فجآء مطوّلا واقتبسته منه ما اتّفق من اسمآء البقاع لفظًا وخطًّا وزدت ما احتاج الى الزيادة] ١٢٣٧٠ معجم البلدان غير الانساب ذكره السبكى ١٢٣٧١ معجم الحافظ زين الدين الابيوردى ذكره السيوطى ١٢٣٧٢ معجم الحافظ عزّ الدين عمر بن الحاجب ١٢٣٧٣ معجم الحدود للعلّامة جار الله ابى القاسم محمود بن عمر الزمخشرى المتوفى سنة ٥٣٨ ١٢٣٧٤ معجم الشعرآء للشيخ ابى عبد الله محمد بن عمران بن موسى المرزبانى الكاتب

---

